DELECTVS LATINITATIS, DESIGNATVS RVDIORE EXEMPLO, POSTEA EDENDVS

tantò cultior, & auctior:

Operâ R. P. PHILIBERTI MONETI, *de Societate* IESV.

SEPTIMA EDITIO.

Plenior cæteris, ac iis quidem capitibus, quæ auersa pagina indicantur.

LVGDVNI,
Sumtibus ANTONII PILLEHOTTE, ad insigne Sanctissimæ Trinitatis.

CIↃ IↃC XXVIII.

EX REGIA AVCTORITATE.

Hac septima Editione, huic Libello accessit consequentium vocabulorum interpretatio, & vsus varius.

Æs.	Polluctus.
As.	Polluctum.
Dies.	Pollnctura.
Dico, in certis capitibus.	Porricio.
Honor.	Porrecta.
Iniungo.	Potestas.
Irrigo.	Ruo.
Iuro.	Ruta.
Macto.	Sirempts.
Meditor.	Sisto.
Meditatio.	Stemma.
Mulco.	Sublino.
Nuncupo.	Sum.
Obduco.	Videri & Arbitrari
Polluceo.	Vtensile.

Adiecta item est Mutua proportio Nummorum,

Romanorum,	Notarum rationalium, Romani vsus, index.
Græcorum,	Notarum Nummariarum, Romani moris,
Francicorum.	periculum.

FRANCICÆ IVVENTVTI, LATINITATIS ÆMVLÆ, S.

IN Latinitatis pelago nauigationem instituentium, non singulæ modò naues, sed & integræ classes, quotidie cum censeantur in portu, mirari se, nec immeritò, plerique putant, cur, benè longo vasti maris circuitu, pauci admodùm plenis onerariis, plerique vacuis, reuertantur. Mihi verò, in nauigationis rationem totam propiùs intuenti, non adeò mirum videri solet, inanes Latinitate plerosque, vt non mirabilius multò videatur, non cunctos funditùs expertes redire. Enimuerò, cùm suis auspiciis, ductúque alij, alij autem iis ductoribus, quos

æquius erat ad ſcalmum , atque remum , quàm ad gubernaculum ſedere, & conſcendant inauſpicatò , & vela etiam faciant inauſpicatiùs, non alium fas eſt huiuſce nauigationis curſum , atque exitum exſpectari, quàm, qui conſequi ſolet profectionem, ſumma temeritate ſuſceptam. Atque, vt cæteris in rebus, ita maximè in hac ancipiti, & flexuoſa Latini maris nauigatione, vſuuenit, vt non pauca ex præiudicatis peccentur opinionibus, præſertim quia huius negotij ſic comparata natura eſt, multa vt ſuſcipi, multa in eo geri, ex alterius auctoritate, & fide oporteat. Duplex autem in hoc genere increbuit, iam aliquot ſæculis iactata ſententia, quarum ad alterutram, quaſi ad fatalem Siculi freti ſcopulum, ſuas allidunt naues, quotquot ferè vicino è littore ſoluunt, in Latino Oceano nauigaturi. Ex iis enim claſsibus, quæ permultæ, ſæculis omnibus, in extremas Latinitatis oras traiicere contēderunt, vectores quoſdam, vi tempeſtatis à cætera claſſe auulſos, ad

littus

littus proximæ Insulæ delatos, tædio longioris circumuectionis, ferunt ad illam Insulam adhæsisse, in eáque, vsu tandem adamata, quam ipsam auream Latini sermonis Chersonesum esse dicerent, rerum suarum sedem collocasse. Ea ex Insula variæ de re Latina prodierunt quondam, ac etiamnum prodeunt quotdiebus, commẽtationes, multiplices sententiæ, sectæq́; ac, inter cæteras, duæ illæ celebres leges, latéque proseminatæ. Alterius sectæ princeps istud est dogma: Quidquid conformatum ad rationem quamdam, analogiamq́ue Latini sermonis, sono, atque exitu vocabuli Latinam linguam imitatur, id puræ putæq́ue Latinitatis censu continetur: non secùs atque ipsa verba concepta, quibus sunt legum duodecim tabulæ consignatæ. *Alterius contrà factionis sollemne effatum:* Nefas est, natiuam Latinitatis ingenuitatem, germanitatemq́; de vllo, quod exstet, scripti genere asseuerare, extra quàm, si de vna

Tulliana dictione pronunciaris. *Hæc duo discrepantium opinionum capita, ex quo primùm, geminis æreis columnis, ad littus illius Chersonesi incisa, atque animaduersa sunt, mirum dictu, quàm frequentes Latinitatis candidatorum classes, funestam Insulam, veluti Sirenum formidolosos scopulos, quondam præteruehi solitæ, curiositatis æstu quodam, ad illas prouectæ cautes, atque allisæ, fœdum naufragium Latinarum opum, iustis rationibus antè quæsitarum, sint perpessæ. Quia enim, quò sua quemque ingenij propensio, quodam veluti necessario, & vrgente pondere adigit, eò plerumque cæco impetu quisque abripi solet: inde factum est, vt alios laboris fuga: cuiusdam excellentiæ amor, & singulariter agendi, sentiendíque studium, alios pertraheret ad congruentis sibi dogmatis æmulationem. Fecerunt, ex ipso portu soluentes, sicut pedibus in curia, ita remis, & velis in pelago discessionem nonnulli, sed ij tamen pauci, in eam sententiam, quæ, extra Tullij*

lij onerarias, nullam genuinam Latinæ mercis partem, sed adumbratam solùm, & fucatam, agnoscit. Cæteri frequentes abiuêre in alia omnia. Paucissimi ab istis, illísque assensionem ita sustinuerunt suam, vt medium quiddam, cum ratione, amplecterentur. Exinde, in illam, & ex illa Chersonesia Latinitatis apotheca, creberrimi, magno impendio, nullo compendio, maximarum classium commeatus exstiterunt. Inde, ab illo etiam gemino quasi opinionum iugo, sicut aquarũ, facta sunt multiplicium sententiarum diuortia. Cuiusmodi dogmatum varietas, & nouitas, (adolescentes optimi) genus quoddam veneni est, atque veneficij, studiis vestris quàm funestissimi, tam maximè reformidandi, cuius perniciem, qui à vestris capitibus depellere niterentur, tametsi hactenus numquam defuerunt acerrimi Latinæ veritatis vindices: æquum tamen videbatur, vt paullò intentiore cura, & opera, potentioribúsque machinis, in eam pestem opprimendam incumberetur. Nam, quæ à plerisque in commune colle-

cta sunt, aduersùs funestè grassantem luem præsidia, ea sunt ita plerumque comparata, vt instar Lesbiæ regulæ, gladiíque Delphici, vtramque in partem valeant, & ferè in deteriorem, nisi à peritis, adhibeantur. Tirones itaque, quorum auertendæ in primis grauissimæ calamitati, auxiliarias illas remediorum copias maiores nostri prouisas esse studuerunt, quòd rectè vtendi prudentia nouitiis adesse non potest, ij, ex præsentibus subsidiis, aut inanem, aut omninò nullam nanciscuntur opem. Nam, qui de Latinæ linguæ vsu innumerabiles penè sunt editi commentarij, quibus, tamquàm salutaribus nartheciis, præsentia medicamenta consulti viri esse inclusa voluerunt, ita plerique omnes conflati sunt, hominibus exercitatis non inutiles vt esse possint, vix possint tironibus esse fructuosi. Canunt enim magistro, & Musis, vt Antigenidæ discipulus, quicumque hactenus in eo versantur opere: aut, vt ille Aspendius, sibi solis intùs canunt. Index in Tullij monumenta, quæ exstant, ab aliis, alio tempore,

ac

ac modo, multiplex editus quidẽ est, vt de hoc vno in præsentia dicam, sed editus ita, vt qui Tullium ipsum, sine Delio natatore, animo subire possit, huiusmodi Indice perbenè vtatur, sine interprete: insolens reconditæ Latinitatis non benè vtatur. Quid enim, quæso, perturbatius illo interpretandi ordine, quid fingi potest pleri[s]que commentationibus, in eum librum coniectis, ineptius, imperitius? Inibi scilicet vulgare id vitium est, vt, quæ genere vna sunt, ea ferè distinctis locis, & notationibus, vt diuersa, explanentur. Quæ contrà specie omninò discrepantia, quasi eiusdem rationis, & loci essent, & ea in vnum sæpiùs congerantur, & confundantur locum, sub eamdémque adstringantur notationis formam. Vnde illæ erumpunt, in adolescentium animis, tam densæ Latinitatis tenebræ: vnde tam inconditæ, ac insulsæ loquendi, scribendíque formulæ, quibus circumsonant gymnasiorum pulpita, exedræq́; Qui eximeret hac infamiæ nota Ciceronianum

Indi

Indicem, vestráque studia tam graui incommodo, vna opera beneficus, liberaret, diu iam factum est, cùm optaui, existeret aliquis ex benè feriatorum decuria: atque, si nemo prouinciam illam ambiret, ego mihi, tametsi haud otioso, impositam non recusaturum ostendi. Quò minùs, quàm citò vellem, id facerem, multa nuper moram iniecerunt, & iniicit etiamnum, quem vobis apparo, Elenchus mutuus Gallicæ, Latinæq; linguæ: secundùm quem, vberes antiquæ, ac puræ Latinitatis commentarios, ex Tullio, & ipsius æqualibus, iam penè affectos, vestris studiis destinamus. Quibus dum vltima manus accesserit, interim vos hoc compendiario Latinitatis delectu æquis animis fruimini. Valete, Lugduni, Calendis Iuliis CIↃ IↃC XXI.

Extrait

Extrait du Priuilege du Roi.

PAr grace, & Priuilege du Roi, donné à Paris, le 26. iour de Ianuier, 1619. il eſt permis à Antoine Pillehotte, Marchand Libraire, demeurant à Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer, vandre, & diſtribuer, tant de fois, & an telle marge, que bon lui ſamblera, pandant le tans & eſpace de dix ans antiers, & conſecutifs, vn Liure intitulé, *Delectus Latinitatis, deſignatus rudiore exemplo, poſteà edendus tantò cultior, & auctior, operâ R.P. Philiberti Moneti, de Societate* IESV: Faiſans expreſſes inhibitions, & defanſes à tous Marchands Libraires, Imprimeurs, & à toutes autres perſonnes, de quelque etat, qualité, & condition qu'ils ſoient, de l'imprimer, ou faire imprimer, d'an vandre, ni diſtribuer d'autres, que de ceux, qui ſeront imprimez par ledit Pillehotte, ou de ſon conſantemant, ſur peine de confiſcation des examplaires, de mille liures d'amande, & de tous depans, dommages,

mages , & interets , anuers ledit Pillehotte : comme plus à plein le contient l'original , feelé du grand feau de cire jaune , & figné

Par le Roi, an fon Confeil,

RENOVARD.

DELECTVS

DELECTVS
LATINITATIS,
EXEMPLO RVDIORE
NVNC DESIGNATVS:

posteà

AVCTIOR LONGE,
ac cultior edendus.

A

ABALIENO, Abalienare, maximè propria notione, olim apud Romanos erat, ciuem Romanum Romano ciui, & dominij, & possessionis ius transferre illius rei, cuius inter solos ciues Romanos, iure Mancipi, legitimum esset commercium.

ABALIENARE, *estoit iadis à Rome, passer vente pure, & simple, par vn citoien Romain, à vn autre citoien de Rome, des choses proprement, & seulement, dont la proprieté, le commerce, & disposition estoit licite au peuple Romain, sous le tiltre de* Mancipium, *priuatiuement à tout autre, laquelle vente propremẽt se nommoit* Abalienatio. Tullius Top. 28. Abalienatio est eius rei, quę Mancipi sit, aut traditio alteri, nexu; aut in iure cessio, inter quos ea Iure Ciuili fieri possunt. *L'Abalienation des Romains est vne espece de vente, propre du seul peuple Romain, des cho-*

mages , & interets , anuers ledit Pillehotte : comme plus à plein le contient l'original , ſeelé du grand ſeau de cire jaune , & ſigné

Par le Roi, an ſon Conſeil,

RENOVARD.

DELECTVS

DELECTVS
LATINITATIS,
EXEMPLO RVDIORE
NVNC DESIGNATVS:

postea

AVCTIOR LONGE,
ac cultior edendus.

A

ABALIENO, Abalienare, maximè propria notione, olim apud Romanos erat, ciuem Romanum Romano ciui, & dominij, & possessionis ius transferre illius rei, cuius inter solos ciues Romanos, iure Mancipi, legitimum esset commercium.

ABALIENARE, *estoit iadis à Rome, passer vente pure, & simple, par vn citoien Romain, à vn autre citoien de Rome, des choses proprement, & seulement, dont la proprieté, le commerce, & disposition estoit licite au peuple Romain, sous le tiltre de* Mancipium, *priuatiuement à tout autre, laquelle vente propremēt se nommoit* Abalienatio. Tullius Top. 28. Abalienatio est eius rei, quę Mancipi sit, aut traditio alteri, nexu; aut in iure cessio, inter quos ea Iure Ciuili fieri possunt. *L'Abalienation des Romains est vne espece de vente, propre du seul peuple Romain, des cho-*

ses, que propremẽt les Romains possedent, sous le tiltre de, Mancipium *, c'est à dire , par l'vne des voies du droict Romain ; vente qui se fait ou par l'entremise du,* Nexum, *qui est vne formalité de vendition , contractée auec la balance , & la monnoie , deliurée au poids en paiement: ou bien se fait moiennant la cession de droict, & possession, qui s'en passe au Siege de Iustice, auec auctorité du Magistrat, & ce entre les personnes, qui ont droict de ce faire, qui sont les seuls citoiens Romains.* Sed Abalienationis vt ratio constet apertiùs, explicemus, quoad locus exigit, quid sit Ius Mancipi, & Ius Nec-mancipi ; quid Res Mancipi, seu Res iure Mancipi , & Res Nec-mancipi : quid denique cessio in iure, & Nexum, seu Nexus.

Ius Mancipi seu Mancipij, est veterum Romanorum proprium, quo ciuis in Italico solo, prædia vrbana & rustica, & rusticorum prædiorum iura, vt viam, iter, actum, aquæductum , seruos, quadrupedes, quæ collo, dorsóve domantur, ita possidebat, vt eorum illi non esset commercium, nisi cum ciue Romano , quibus vendendis, si ea dare se mancipio diceret, ex eo teneretur, ea præstare suo emtori: si non diceret , non teneretur. *Disant qu'il les vendoit sous le tiltre de,* Mancipium , *tacitement il s'obligeoit, en cas d'euiction, en cas qu'ils fussent euincez par vn tiers , de garantir , de desdommager son acheteur, autrement non.*

Ius Nec-mancipi, seu Nec-mãcipij, fuit prædiorum, extra Italicum solum, & ferarum bestiarum, quarum rerum liberum fuit Romanis commercium , non modò cum suis ciuibus, sed etiam cum extraneis quibuslibet, vt quarum dominiũ, ac vsus & fructus, cuiuis homini essent communia, vt cõtrà, dominium & vsus rerum Mancipi, soli Romano ciui debebantur. Vide, *Mancipo, Mancipium.*

Constat

Conſtat ex dictis, quæ res eſſent Mancipi, ſeu Iure Mancipi, quǽque Nec-mancipi, ſeu Iure Nec-mancipi: Nec-mancipi quidem, prædia extra Italiam, & feræ beſtiæ: Mancipi verò, prędia vrbana & ruſtica, prædiorúmque ruſticorum iura, via, iter, actus, aquæductus, ſerui, quadrupedes collo, dorſóve domari cõſuetæ, &c. Prædia porrò Mancipi, dicta quoque ſunt, Cenſui cenſendo prædia, quòd ea ſola referrentur in cẽſum Romanũ, apud Cenſorem: prædia enim Nec-mancipi non erant Cenſui cenſendo, hoc eſt, eorum nomine nõ profitebatur poſſeſſor in Cenſu. Tullius pro Flacco, 80. At hæc prædia etiã in Cenſu dedicauiſti. Mitto quòd aliena, mitto quòd ab Apollonidiẽſibus cõuicta, quòd nullo iure, neque in re, neque in poſſeſſione tua. Illud quæro, ſíntne iſta prædia cenſui cenſendo? habeãt Ius Ciuile? ſint, nécne ſint Mancipi? ſubſignari apud ærarium, apud Cenſorem poſſint? in qua Tribu denique iſta prædia cenſuiſti? Commiſiſti, ſi aliquod grauius tempus inciderit, vt ex eiſdem prædiis, & Apollonide, & Romæ imperetur tributum. *Ces fonds, que les Apollonidiẽs ont verifié, eſtre ſituez en leur terroir en Aſie, dont tu as neantmoins donné le denombrement, & paſsé recognoiſſance par deuant les Cenſeurs, au luſtre Romain: ie te demande, s'ils ſont de la condition, & qualité requiſe, pour eſtre cenſez, &, ſur ton rapport, couchez ſur les regiſtres des Cenſeurs Romains, entre les fonds du terroir d'Italie? s'ils ſont de la nature du droit Romain, & de la prerogatiue d'iceluy? s'ils ſont de ceux, dont la proprieté, poſſeſſion, & commerce ne peut tõber, qu'és mains du franc citoien Romain, ou bien de ceux, dont la iouiſſance eſt indifferente aux eſtrãgers & aux Romains, s'ils peuuent eſtre enrolez aux regiſtres des archiues de Rome?* Vide, Cenſeo. 3. Cenſui cenſendo.

Cessio in Iure, quid sit, leges in verbo Cedo, 2. Nexum, & Nexus, in venditionibus, quid valeret, vide in verbo Necto.

II. Abalienare. Abalienatio, vsurpantur etiam promiscuè tam in rebus Nec-mancipi, quàm Mancipi. Tullius 2. Agr. 63. Cùm erant Catones, & Lęlij, tamen huiusmodi res commissa est nemini, vt idem agros populi Rom. abalienaret. *Qu'vn mesme commissaire eust pouuoir de decreter quels fonds deuroient estre vendus, & de passer lui-mesme la vente de ceux, qui sont du domaine Romain, tant dedans, que dehors l'Italie.*

III. Extra forum, ac venditiones transfertur, *Abalieno*, ad quæuis alia, maximè verò, ad auersam alicuius ab aliquo voluntatem declarādam. Tullius 2. Phil. 38. Pompeij voluntatē à me abalienabat oratio mea. 14. Att. 20. Totum se à te abalienauit Dolabella, ea de caussa, qua me quoque inimiçissimū sibi reddidit. 6. Verr. 60. Abalienati scelere istius à nobis reges amicissimi. 2. de Orat. 200. Iudices erant à Cœpione propter iudicia abalienati.

ABDICO, as. Abdicat is, qui, vel in concione, vel alibi magistratum deponit, cùm illius tempus exiit legitimum, vel etiam priùs quàm exierit, si vel religio, vel alia causa retinere prohibet. Vsus autem verbi est, vt absolutè, & siue adiuncto vllo, abdicare quis dicatur, oratione scilicet diminuta; vel etiam cū adiuncto, & oratione plena, hoc pacto, 2. de Nat. 11. Gracchus, ex prouincia, literas ad Collegium misit vitio sibi tabernaculum captum, itaque vitio creatos esse consules: Augures rem ad Senatū: Senatus vt abdicarēt: Cōsules abdicauerūt. *Le Senat, le Conseil d'estat, declara par Arrest, sur le rapport des Augures, que les Consuls, cōme aians esté indeüement creés, cōme esleus contre les loix, cōtre les*

coustu

coustumes & ceremonies solemnelles en telle election, se deuoient desporter, demettre de leur office, deuoient renoncer à leur Estat, au droict de leur election, sur le champ sortir de charge. Et soudain les Consuls, en suite de l'arrest, y renoncerent, se demirent de leur estat, &c. 3. Catil. 15. Nam & Lentulus, quamquam patefactis indiciis, & confessionibus suis, non modò Prætoris ius, verùm etiam ciuis, amiserat, iudicio Senatus, tamen magistratu se abdicauit. 2. de L. 31. Quid grauius, quàm rem susceptam dirimi: si vnus augur aliter dixerit, posse decernere, vt magistratu se Consules abdicent? 1. Cat. 12. Ita censuerunt patres, vt cùm P. Lentulus Prætura se abdicasset, tum in custodiam traderetur. L. Abeo, Discedo, Depono, Exeo.

II. Abdicare magistratum, eodem sensu dicitur. Sallust. in Catilin. Senatus decreuit, vt abdicato magistratu, Lentulus, itémque cæteri, in liberis custodiis haberetur. Et Liuius l. 6. Inter priorem Dictaturam abdicatam, nouámque à Manlio initam.

III. Abdicat quis, nō modò se, verùm etiam alium quemuis, cùm vel magistratu, vel alio aliquo iure priuat. *Deposer quelqu'vn de son office, le debouter, priuer de son grade.* Sueton. Augusto, c. 64 Augustus Agrippam, ob ingenium sordidum, ac ferox, abdicauit, sepofuitque Surrentum. *Le priua du droict d'adoption, & succession, & le chassa d'aupres de soy.* Liuius l. 40. 22. Quinctium sibi, te abdicato patre, in locum tuum substituit. Quint. lib. 3. c. 6 Intestatorum parentum liberi hæredes sint, abdicatus ne quid de bonis patris capiat. l. 7. c. 4.

Abdicationum formæ sunt duæ, altera criminis perfecti, vt si abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti, quales sunt in quibus abdicatur filius, qui non parcat patri. Abdicatus, *Desaduoüé, & chassé,*

 comme

comme indigne de se nommer fils de tel pere.

ABDICO, is, forense verbum. Abdicit iudex vindiciam, litem, causam, & huiusmodi ab aliquo, hoc est, ab eo abiudicat, seu non ei adiudicat. *Ne luy adiuge pas ce, dont est question en iugement, ains l'en deboute, l'adiuge à vn autre.* Virginius, cùm animaduerteret, Appium vindicias ab se abdixisse, & secundùm eum, qui ab eo suppositus petierat, dixisse. Pomponius l. 2. de orig. iuris. *Qu' Appius, par son decret, l'auoit debouté, forclos de la recreance, dont estoit question, & l'auoit adiugé à partie aduerse.* Dicere secundùm aliquem vindicias, litem, *luy adiuger ce, dont il est question.*

II Abdico, cis, est etiam augurale verbum. Abdicit auis, augur, augurium, oraculum, & alia, à quibus futuri euentus petuntur, cùm auguralibus signis indicant aliquid non esse eorum, quæ inquiruntur. Cùm tres partes vineæ aues abdixissent: quarta parte reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine vuam Attius inuenit. 1. Diuin. 32. *Les oiseaux de l'augure par leurs signes exclurẽt les trois quarts de la vigne, donnerẽt à entẽdre à Attius, qu'il ne falloit practiquer les augures en ces trois endroits, mais au reste de la vigne.* Eodem modo rectè dicas, aues, augures, diuini, vates, oracula abdicunt bellum, pugnam, nauigationem, iter, &c. hoc est, vetant suscipi, iniri eo tempore, eo loco. Contrà, Addicunt absolutè, vel coniunctè sic, Addicunt auspicio, auspicanti addicunt, hoc est, iubent, suadẽt, permittunt, quod quæritur. V. Addico. Admitto.

ABDVCO, is, est earum propriè rerum, quæ loco mouentur, vnde ad eas traducitur, in quibus aut nulla est, aut ea tantùm mutatio, quæ interior. & animi est. 2. Nat. 45. Nil difficilius, quàm à consuetudine oculorum aciem mentis abducere

Que

Que de distraire la pensée, l'imagination des choses materielles, qui luy sont continuellement representées par les yeux, & l'appliquer aux inuisibles, & non materielles, 1. Diu. 92. Ne ars tanta, propter tenuitatem hominum, à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem & quæstum.

II Seruato eodem sensu exprimit eius operam, studium, artem, qui sollicitando pellicit ad eas partes deserendas, quas quis sequitur, éstque tam in virtute, quàm in vitio hic verbi vsus. pro Deiot. 30. Seruum sollicitare verbis, abducere domum, contra dominum armare. 1. Orat. 40. Mihi proposueram, vt si te refellerem, hos à te discipulos abducerem. 11. Att. 27. Brutus equitatum ad se abduxit Dolabellæ, *luy a soustrait toute sa caualerie.* V. Abduco, Auoco.

ABEO, multiplex verbi vis, vsus, & constructio ignota in vulgus. Sumitur enim pro eo, quod est desinere, desistere, cessare. Nausea iam planè abiit. Att. l. 4. ep. 10. De loco nunc quidem abiit pestilentia. l. 14. famil. ep. 1. Illa mea, quæ solebas antea laudare, abierunt. t p. l. 9. ep. 20. *Cette aggreable conuersation mienne, que tu aimois tant, s'est changée, n'est plus.* Abscedo, & Discedo eodem sensu ponuntur.

II *Accedere*, & velut adiicere se ad aliquid. Nunc abeo ad vulgi opinionem. 3. off. 84. Quid ad istas ineptias abis? pro S. R. 46. *Comme te laisses-tu aller?*

III *Altè repetere* aliquid, & velut accessere procul, idque adiecta particula longè, & huiusmodi. Audi, ne longè abeã, moriens quid dicat Epicurus. Multos nominatim proferre possũ, ne lõgiùs abeã, vel Tribules, vel vicinos meos. pro S. Rosc. 47. Non longè abieris. Ius ciuile vestrũ ex libris cognosci potest. l. 7. ep. 19. Vt non longiùs abeam. pro Cæc. 95.

Pour n'aller plus loing s'en informer. Il n'est ia besoin d'aller autre part, pour sçauoir ce qui en est.
IV. *Aliò transire*, ad res alias pertractandas conferre se, cogitationem, sermonem, studium. Sed ab eo à sensibus, quid est, quod ratione percipi possit? Sed ab hoc parumper abeamus, quandoquidem de genere, non de homine quærimus.
V. *Abdicare* se re aliqua, vt magistratu. Abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. l. 1. ep. 2. *Lors qu'il sortoit du Consulat, qu'il se demettoit de son office.* Cùm abiens Consulatu sum domum reductus. l. 1. ep. 13. Honore abire. Liuius lib. 4. 22.
VI. *Non stare pacto, &c.* Abire ab emtione. Sic passim loquuntur Iurisconsulti, vt Paulus. *Ne tenir le marché faict, se despartir de l'achept.* V. Discedo, Renuncio.
VII. *Non permanere* eo statu, qui nunc est. Ad sũmum, non possunt isthæc sic abire. Att. l. 15. ep. 14. Non hoc tibi sic abibit, id est, non impunè feres. in Catil. Etsi hoc fortasse non poterit sic abire, tamen audebo. l. 5. de finibus, 117. *La chose ne passera pas ainsi, il en ira bien autrement, que cela & affaire ne peut demeurer en l'estat qu'il est.*
VIII. *Excludi*. deiici ab aliqua re consequẽda. Ei potestatem emendi non esse factam, ne res abiret ab Apronio. 5. Verr. 110. *De peur que le moyen n'en fust leué à Apronius. Que l'occasion de tel achept ne luy eschapast des mains.* Si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. 5. Verr. Id est, nisi redemisset is, quem ipse apposuerat, *Si lon n'expedioit le prix-faict à celuy, qu'il auoit apposté, & attiltré pour ceste fin. Si le moyen de gaigner ne tomboit ez mains de cestui-cy.*
IX. *Consumi*, Expendi. In quos sumtus abeunt fructus

fructus prædiorum. Att.l.11.ep.2. *En ceste despense se consument toutes mes rentes.*

x. *Exsecrantis*, & malè precantis illæ sunt voces. Quin tu abis in malam pestem, malúmque cruciatum. 13.P.48. Abi in malam crucem. Terent.

xi. *Abi*, abite, & huiusmodi sunt interdũ particulæ increpantis, deridentis, expellentis per contemptum. Abi nunc, populi fidem implora. l. 10. ep 32. est Pollionis. *Va, va t'en recourir au peuple, qu'il t'aide, s'il peut.* Abi, nescis inescare homines. Terent. *Va, va, tu n'es qu'vn lourdaut, tu ne sçais piper, &c.* Abi, abi, iam Æschine, idem, &c. *Va, va t'en meshuy.* Abite, *Sus, deuant, hors d'icy.*

xii. *Contrà*, sunt hæ voces aliquando particulæ laudantis & approbantis. Abi, virum te iudico. Terent. *Va, ie t'estime galant homme.*

ABERRO, præter alia significat interdum idem atque abducere & auocare animum, mẽtem, sensus, cogitationem à re aliqua, non quidem fortuitò, & per errorem, sed maximè consultò, & de industria, ita vt aberratio non sit in culpa, sed studium mali declinandi significet. At ego hîc scribendo dies totos, nihil equidem leuor, sed tamen aberro, hoc est, animum vtcunque à molestiis auoco. Att.l.12.ep.37. Aberrare à molestiis, id est, auocare ab iis animum & cogitationem.

ii. *Similitudinis* habet vim. A cuius inuentis non longè tibi videor aberrare. 2. de orat. 160. Non longè ab herili leuitate aberrabimus. 4. de Finib. 40. A quo homine iamdudum non aberrat oratio tua. 2. de orat. 152. *Ton discours ressemble fort, approche de pres celuy d'Aristote.*

iii. *Aberratio* eodem sensu. Siue hanc aberrationẽ à dolore delegerim, maximè quæ est liberalissima, doctóque homine dignissima. Att.l.21.ep.37. Fam.

aberrationem quærebat, ex ſcriptione rerum grauium, ad quam ſe tum eâ cauſâ contulerat. Eodem ſenſu alibi ſumit aberrationẽ, cùm de nugis agit, quibus ſeſe dabat, fallendi tædij, & doloris gratia. Veruntamen, inquit, aberrationem aliam à moleſtiis nullam habemus. l. 15. ep. 18. ad fam. *Nous n'auons point d'autre diuertiſſement d'eſprit, rien en quoy nous puiſſions diſtraire noſtre fantaſie en ce mal, qui nous afflige.*

ABIICIO, vſurpatur eleganter, cùm indicare volumus deſperationem rei conſequendæ. Cum ſpe vincendi ſimul abiecisti etiam certãdi cupiditatẽ. l. 4. ep. 7. *Tu as perdu le deſir du combat, quant & l'eſpoir de la victoire:* Abiicere conſilium belli faciendi. 2. Cat. 14. Abiicere voluntatem diſcendi, ſimul cum ſpe perdiſcendi. 2. de Orat. 132. *Quitter la volonté d'eſtudier, & apprendre quelque choſe, pour n'auoir eſperance d'apprendre le tout.*

II *Contemtum.* Natura cùm cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit. 1. de leg. 26. *Ayant raualé les beſtes à prendre leur paſture la teſte en bas, contre terre.* Gloria parta non delectari ſed totam abiicere. 2. de Orat. 210.

III *Habitum* & geſtum ſupplicantis, idque vel abſolutè ſine caſu, vel cum aliquo caſu. Hic ſe abiecit exanimatus. pro Seſt. 79. Abiicere ſe & proſternere. 2 Par. Cornicinus abiecta toga, ſe ad generi pedes abiecit. Att. l. 4. ep. 2.

IV *Studium* rerum humilium & abiectarum. Qui omnes ſuas cogitationes abiecerunt in rem tam humilem & contemtam. de Amicit. 31.

V *Refutationem* validam, qua quis deterretur ab inſtituto perſequendo. Hunc quemadmodum fregerim, quantáque contentione Titium interceſſorem abiecerim, ex aliorum literis malo te cognoſcere.

facere.lib.10.Epist.12.

VI *Vi abreptum* aliquid deiici,& affligi.Non potes negare ciuem Rom. ad tribunal, ante pedes tuos, ad terram virgis & verberibus abiectum. 7. Ver. 139.*Ietté,versé par terre à force de coups de verges.*

ABIECTVS.Hæc vox imitatur in multis thematis vim & significationem; ea enim exprimimus res viles,contemtas,vulgares.

II *Præterea* etiam adhibetur,cùm significamus aliquem victum,fractum, perculsum. Mars communis sæpè exultantem & spoliantem euertit, & perculit ab abiecto.pro Mil. 57. *Par celuy mesme qui estoit abbatu & vaincu.* Exanimata vxor, abiecta metu filia.4.Catil.3.Sum animo perculso atque abiecto.Att.l.3.ep.2.

ABIVDICO. Huic ex aduerso respondet Adiudico.Id dicitur alicui,& ab aliquo in iudiciis abiudicari, quod iudicatur eius non esse, sed alterius, cui adiudicatur & addicitur auctore iudice. Nulla res cuiusquam tam patria, atque auita fuit, quæ non ab eo imperio istius abiudicaretur.2.Ver. *Qui ne luy ait esté enleuée par le commandement de cestuy-cy,& adiugée à vn autre.* Eum, qui cùm liber esset,censeri noluit,populus iudicat, ipsum sibi libertatem abiudicasse. pro Cæcin. 99. *S'en estre luy mesme priué par sa faute comme par sentence renduë contre soy-mesme.* Iudicabit Alexandriam regis esse, à pop.Rom.abiudicabit.2. contra Rull.42.

II *Transfertur* ad alias res extra iudicia. Tanta pernicies fortunis omnium non potest accidere, quàm opinione pop. Romani rationem veritatis, fidei, religionis ab ordine (senatu) abiudicari. 3.Verr. 4.*Que Religion est bannie du Senat. Rien de plus dangereux ne peut arriuer,que si le peuple entre en opinion,qu'au Senat on ne faict plus estat de preu-*

d'hommie, loyauté, &c vbi plus mali, quàm boni reperio, id totum abiudico, atque reiicio. alij tamen legunt hîc, Abdico. 2. de Orat. 101. Obseruandum quando extra iudicia transfertur, hoc verbum sumere variam significationem, pro rei subiectæ, & adiunctorum natura.

ABIVRO, Iureiurando affirmo aliquid me non promisisse, aut accepisse. Tulliola, deliciolę nostrę, tuum munusculum flagitat, & me sponsorem appellat; mihi autem abiurare certius est, quàm dependere. Att. l. 1. ep. 5. *M'appelle comme caution; mais quant à moy ie suis plus resolu de nier la debte auec serment, que de la payer.* Qui abiurant, si quid creditum est. Plaut in Curc. Quippe in iure abiurant pecuniam, id est, negant, iurati apud Prætorem, se accepisse, se debere. idem in Rud. Abiurare creditum. Sal in Cat.

ABROGO. Ea olim propriè dicta sunt abrogari, quæ contrario penè sensu, rogari dicebantur, id est, quibus rogabatur, seu quærebatur pop Romani consensus & auctoritas, vt rata firmáque essent. Cuiusmodi erant leges, imperia, magistratus, &c. quæ reip. administrationem spectabant. Ea, inquam, abrogari dicta sunt, si posteà quàm consentiente, seu iubente potiùs populo erant constituta, eiúsdem deinde permissu, rogante aliquo ex magistratibus, eadem irrita fiebant, atque tollebantur, vt vim nullam haberent. Marcus Octauius legem Semproniam frumentariam populi frequentis suffragiis abrogauit. *Il a cassé, annullé, abrogé la loy.* de Clar. orat. 222. Abrogare legem, derogare aliquid de lege. 2. de Inuent. 134. Si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te affecisset. 4. Verr 140. *S'il t'eust debouté, priué de ton estat.* Qui collegæ magistratum per seditionem

nem abrogauit.pro Mil. 73. Gracchus poteſtatem intercedendi collegæ abrogauit. l. 3. de leg. 14. Tarquinio collegæ Brutus imperium abrogauit. 3. Offic.4. Legem Clodiam promulgare, abrogare, ei derogare. Attic.l.3.ep.23. Cato legem tulit de imperio Lentuli abrogando. Quint. frat. Tollere & abrogare legem.2.de leg. Eique imperium eſt abrogatum.pro Dom.

II. *Transfertur* ad res priuatas, cùm ſignificamus aliquid alicui detrahi, diminui, vel omninò etiam tolli. Si tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuriſiurandi. pro Q. Roſcio, 44. id eſt, facturus ſis, vt fides non habeatur iuratis. Quæ res fidem abrogat oratori.1.ad Heren.17. *Luy fait perdre creance.* Æqualiter omnibus abrogatur fides. 4. Acad. 56. Abrogare fidem famæ.1.ad Heren. 17. V. Antiquo, as.

ABSCEDO, præter alia verbum medicum eſt, quod attribuitur iis corporis partibus interioribus quæ putrefactæ in abſceſſum, ſeu apoſtema vertuntur, quo ſenſu ſæpè vſurpat Celſus, ſcriptor Latiniſſimus. vt, Suppuratio pluribus morbis excitatur, &c. ſed cùm in partibus inferioribus aliquid abſcedit.l.2.c.7.de re Medica. Si quid abſceſſit, & antequàm ſuppuraret, inſolita febre ſubſedit. *Si en quelque partie s'eſt formé vn abſcez, vne apoſtume en dedans.*l.2.c 7. Supprimit omne quod abſcedit, malagma in quo eſt galbani, fabæ freſæ, ſing. pondo vnum.l.5.18. *Ce remede ſupprime, arreſte la putrefaction, qui ſe fait.* Satis omnia abſcedentia digerit murex combuſtus.l.4.c.18. Abſceſſum fieri, valet idem atque abſcedere. Si intra tranſuerſum ſeptum fit abſceſſus.l.2.c. 7.

ABSTINEO, Abſtinere ſe, animum, & quæ ſunt animi, vt cupiditatem, & huiuſmodi: ſenſus

omnes,manus,oculos,& quæ ſenſuum ſunt. Denique ea omnia quæ in nobis ipſis ſunt, abſtinere aliqua re, ab aliqua re.Item abſtinere ſe,animum, ſenſus,vi,à vi, ab iniuria, maledicto, ferro, & ab aliis huius generis,quæ à nobis quidem ſunt, non tamen in nobis, non modò reliqui ſcriptores, ſed oratores etiam frequentiſſimè dicunt.Se abſtinere, ferrum, bellum, vim, iniuriam, ignem, arma, militem ab aliquo, Hiſtorici, cæteríque ſcriptores vſurpant potiùs, quàm oratores. Abſtineant animos ab hoc ſcelere nefario. 5.Verr.36. Hunc in prouincia prætorem quiſquam putabit à Siculorum argento cupiditatem abſtinere potuiſſe.6.Ver. 36.Ab alienis manus,oculos abſtinere. 7.fam. 16. Nullo dedecore ſeſe abſtinent. 3. fi. 38. Quotuſquiſque, impunitate propoſita abſtinere poſſit iniuria. 3. off. 72. Qui me oſtreis,& murænis facilè abſtinebam.7.fam.29.

11 Abſtinere bellum, vim,ignem, ferrum, iniuriam,maledicta,arma, militem aliqua re,ab aliqua re,Hiſtoricis,Comicis,cæteríſque ſcriptoribus,extra Oratores,familiaris eſt locutio, quæ idem valet atque arcere, prohibere, defendere ab aliqua re vim,ferrum,&c. Abſtinere Achiuos omne ius belli duobus,Ænea,Antenoréque.Liuius l.1. Abſtinuêre ignem ab æde Matutæ matris tantùm. Liu. l. 7. Orare ſe conſulem, vt bellum ab innoxio populo abſtineat.Liu.l.8.ab agro Fabij ferrum,ignem, vim omnem hoſtium abſtineri iuſſit Annibal.Liu.l. 22. Abſtinuit Fabius militem à cætera præda.Liu. l. 24. Romano bello fortuna regem Epiri abſtinuit. l. 4. *Quoy qu'il ait faict guerre en Italie,par hazard, il ne s'eſt porté à guerroyer les Romains.* Minui materiam ſuperantem oportet, quæ naturaliter digeritur, vt nihil noui accidit.Itaque abſtinendus à cibo

cibo primis diebus eſt æger. Cornel. Celſus de re med.l.3.c.4. In Africa nullo die æger abſtineri rectè videtur. Celſus ibid. Quibus cibis abſtinendæ ſunt aues. Colum.l.8.c.4. Febricitanti boui conuenit cibo abſtineri vno die. Colu.l.6.c.9. Inde vox, Abſtentus, id eſt, prohibitus, quam immeritò reiiciunt, qui veterum ſcripta Latina neſciunt.

III Abſtinere rem aliquam, id eſt, ab ea ſe continere, eam non attingere, Hiſtorici, & Poëtę dicunt. Regis Antiochi vocati ſunt legati, apertè pronunciatum, vt excederet Aſiæ vrbibus, abſtineret liberas, omnéſque Græcas. Liu.l.33. Abſtine iam ſermonem de rebus iſtis. Plautus Moſtel.3.1.

ABSVM. Variis, & multis rebus coniungitur. Selecta tantùm ponentur.

I Cùm Cicero in collatione locorum, & temporum ſignificare vult aliquid alicui eſſe vicinius, ita loquitur libentiùs; locus hic propiùs abeſt ab illo, quàm propinquior eſt, aut propiùs eſt ab: vſurpatur ergo ad oſtendendam propinquitatem maiorem.

Locorum. In his locis, quæ à Brũdiſio abſũt propiùs quàm tu, biduũ, aut triduũ, nihil auditur noui. Att.l.8.ep.22. *Ez lieux plus eſloignez de Brindes, que tu n'es d'vne ou deux iournées* Tu illam manũ mihi cura, vt præſtes, quoniã propiùs abes. Att l.1.ep.1.

II *Temporum.* Propiùs à re aliqua abeſſe, quàm, &c. Antiquitas quò propiùs aberat ab ortu, & diuina progenie, hoc meliùs ea cernebat. 1.Tuſc.26.

III *Item ſumitur* pro deſiderari, requiri: ponitúrque vel abſolutè, vel cum datiuo, aut ablatiuo, & præpoſitione. Aberat tertia illa laus, qua pronoueret, atque incitaret animos. de Clar. 275. Abeſt enim hiſtoria literis noſtris. 1. de legibus, 6. *Nous auons diſette d'hiſtoires deuëment eſcrites en noſtre langue. Bien que nous ayons de bons &*

doctes

doctes escriuains ez facultez, l'histoire neantmoins nous manque. Crassum hic volebat imitari, Cotta malebat Antonium: sed ab hoc vis aberat Antonij, Crassi ab illo lepos de Clar. 103. Paulò post; Istis, cùm summi essent oratores, duæ res maximæ, altera alteri defuit. 204. Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? 1. de orat. 48. Hoc vnum illi, si nihil vtilitatis habeat, abfuit; si opus erat, defuit. de Clar. 275. Nota vim & notionem verborum, abesse dicuntur, quæ vtilia; deesse, quæ necessaria. Sed hoc discrimen non est perpetuum. Neque enim est quidquam aliud præter mundum, cui nihil absit, quódque vndique aptum, perfectum, expletúmque sit omnibus numeris. 2. de Nat. 37. Eodem sensu: Quid enim abest huic homini, quod si adesset, iure hoc tribui, & concedi putaremus? pro Cœl. *Que luy manque-il, pourquoy nous ne deuions luy accorder ce poinct?*

IV. *Idem* est ac non tueri, & defendere, cui opponuntur, adesse & defendere; facere, stare ab aliquo, & huiusmodi alia. Quamobrem quid est quod mirere, si cum iisdem in causa vides adesse, cum quibus in cæteris intelligis abfuisse? pro Syl. *Ne pas assister, prester support, & faueur par sa presence, conseil, credit, & en iugement, & ailleurs.* Mirari desinat Torquatus me, qui Autronio abfuerim, Syllam defendere. Pro Syl. 14. *Qui ne l'ay assisté en sa cause criminelle.*

V. *Aliquem* abesse ab aliqua re, quod est idem, ac ea vacare, vel non affici, vel non occupari, vel alieno ab ea esse animo, aut studio, consilio, sententia: satis peruulgatum est, ponam tamen exempli causa locos aliquos. Dum si quid acciderit mihi, à reprehensione temeritatis absim. l. 10. ep. 23.

Que

Que ie sois exempt du reproche de temerité. Et illi ciues optimi sunt:& ego ab ista laude non absum. Att.l.8.ep.15. id est,nec ego sũ expers istius laudis,hoc est, sũ ego quoque bonus ciuis. Eloquẽtia vnde longè absum.de Clar.318. *De laquelle ie suis bien esloigné,laquelle n'est pas en moy.* A consilio fugiendi absum. Att.l.8.ep.23. *Ie ne suis point de l'aduis de ceux,qui deliberent de prendre la fuite.* Antonius tantùm aberat à bello,vt cùm cupiditate libertatis Italia arderet,tum defuerit ciuium studiis potiùs, quàm eos in armorum discrimen adduceret. 10. Philip.15. *Il auoit tout autre dessein que de prendre les armes,Il n'y vouloit entẽdre,voire pour le salut de la patrie.* Et quidẽ tantũ absum ab ista sententia,vt non modò.1.de Or.255. *Tellement esloigné de l'opinion de ceux.* Immò verò,& istam,& totam veterem Academiam,à qua absum tam diu,renouari à te velim.1. Acad.14. *De laquelle ie me suis deporté,les opinions de laquelle i'ay quité pieça.*

VI. *Eodem* quoque sensu dicit Cicero, Rem aliquam ab aliquo abesse. Nihil abest longiùs à crudelitate. 9. Att. ep.19. Præterea res ab re abesse dicitur eodem quoque sensu. Ferendam fortunam, quæ absit ab culpa.lib.6.ep.2. Istæ autem κολακίαι non longè absunt à scelere.Att.l.13.ep.30. *Ces flateries ressentent sa meschanceté, couurent quelque meschant dessein.*

VII. *Accipitur* item pro fieri, aut esse non potest quin,&c. Abesse non potest,quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet,probos improbare. Orat. 233. *Il ne peut estre que ce ne soit le propre de celuy qui fait cas des meschans, de quant & quant hayr les gens de bien.* Affinis est illi hæc locutio : Nihil prorsus abest,quin sim miserrimus. Att.

VIII. *Aliàs*,abesse ab aliquo,est dissimilem,aut infe rio

feriorem in aliquo esse. Multùm ab his aberat L. Fusius. de Clar. 122. Longè te à pulchris abesse sensisti. in Clod.

1 x *A sole abesse* iubentur ij, qui apricanti officiút. Quod eodem modo recte posse dici puto, abesse à lumine: vt cùm ij, qui officiunt, iubentur discedere, ne obsint, ne calorem, ne lumẽ, aut quid simile, nobis adimant. At verò Diogenes liberiùs, vt Cynicus, Alexandro roganti, vt diceret, si quid opus esset: Nunc quidem paululùm à sole absis, officiebat videlicet apricanti. 5. Tusc. 91. *Ostez vous de deuant moy. Ostez vous de mon Soleil.*

x Nummus, Triobolum, &c. non potest hinc abesse, est formula vendentium, qua indicant non minoris dari posse mercem. Plautus Pers. 44. Vin' vendere istanc? tu pauca in verba confer, quid datur? tanti indica. S. Habe tibi centum minis. D. Nimium est. S. Nummus abesse hinc nõ potest, quod nunc dicam. Tuo periculo sexaginta hæc datur argenti minis. Plautus Rud. 5. 3. Nihil inuitus addas. Talentum magnum. Non potest triobolum hinc abesse. *Il ne s'en peut pas rabbatre vne maille. Vous ne l'aurez pas à moins.*

ABVTOR. Non modò in vitioso vsu, sed etiam in recto, atque in laude vsurpatur. 9. Fam. 6. Quæ igitur studia magnorum hominũ sententia vacationem habent etiã publici muneris, iis concedente rep. cur non abutemur? *Pourquoy ne iouyrons-nous du fruict de ces estudes, en faueur desquels l'on est exempt, l'on a immunité des charges publiques?* 2. Nat. 151. Nos sagacitate canum ad vtilitatem nostrã abutimur, *Nous-nous en seruõs, en tirons seruice.*

11 Ponitur pro Absumo, Consumo. Plautus Trin. 3. Hoc conuenit, me qui abusus rem tantam patriam, porrò in diuitiis esse, agrúmque habere.

Plau

Plautus Asin. 1. 3. Vbi sunt, quæ dedi antè? Cl. Abusa sunt, nam si ea durarent, &c. Terentius prolog. Poëta in prologis scribundis operam abutitur. Cato c. 76. Rust. Linito vsque adeo, donec omnem caseum cum melle abusus eris. Tull. 3. Verr. 26. Nisi omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero, quętere. 3. Att. 14. Vt omni suo scelere abuteretur ad meum exitium. *Qu'il y employast toute sa meschanceté.*

ACCEDO. Vsurparunt Latini hoc verbum, cùm significare vellent ex iis quæ proponebantur, aliquid se eligere, & eò quasi discessionem pedibus facere. Demõstrare per amplificationem, ad vtram potiùs legem accedere oporteat. 2. de In. 147. *A laquelle il se faille ranger de deux loix contradictoires.* Cùm rem communi verbo appellaris, leuiùs dixisse videaris, cùm ad electius verbum accedas, insigniorem rem facias. 4. ad Her. 37. *Vn mot choisi, releué, illustre, qui releue, rehausse le subiect qu'on traicte.* Nec illos congressuros, nec si congressuri essent, Pompeium ad vllam conditionem accessurum putabam. Att. 3. ep. 23. *Qu'il n'accepteroit aucun offre, aucun party de ceux qu'on luy feroit, n'acquiesceroit à condition aucune.* Condemnari malebant, quàm ad eius conditiones, pactionésque accedere. 2. in Verr. 69. *Que se ranger, s'accorder aux conditions, aux partis qu'il leur faisoit.*

11 *Similitudinem* notabãt quoque Latini hoc verbo, præsertim adiuncta voce, Propè, aut aliqua simili. Potest accidere, vt existat aliquid, quod & verisimile videatur, & absit longissimè à vero; quo modo si magna ex parte ad verum ipsum, aut quã proximè accedant. 4. Acad. 36. Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedat ad similitudinem literæ tuæ. Att. l. 7. ep. 2. *Son escriture ressembloit*

bloit fort à la tienne. Son charactere approchoit fort du tien. Sanè dubitare visus est Sulpicius, & Cotta, vtrius oratio propius ad veritatem videretur accedere. 3. Orat. 261. Ad similitudinem, Deo propiùs accedebat humana virtus, quàm figura. 1. de N. 87. *L'homme approche plus la semblance de Dieu par l'ame, que par le corps. La similitude, entre Dieu & l'hõme, gist au rapport de l'ame auec Dieu.* Qui tolerabiliores volunt esse, & ad virtutem vitæ propiùs accedere. de Or. In vtramque partem dicendo & audiendo eliciāt, & tamquàm exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quàm proximè accedat. *Traictant & oyant traicter le pro & le contra, l'Affirmatiue, & la Negatiue, d'vne matiere, en tirer & comme espreindre ce qui approche plus de la verité: Faire sortir au iour la verité cachée.* In docendo numerosū putatur, non quod stat è numeris, sed quod totū ad numeros proximè accedit. Orat. 198. 111. *Cum datiuo.* Duobus igitur summis Crasso, & Antonio L. Philippus proximus accedebat: sed longo interuallo tamen proximus. de Clar. 173. *Il en approchoit plus que tout autre; mais demeuroit bien arriere cependant.* Alicuius virtuti, eruditioni, eloquentiæ, &c. proximè accedere. *Estre quasi autant vertueux, docte, &c. que celuy-là, le suiure & talonner de fort pres.*

IV. Accedere, Cedere res rei dicitur, eique, vt toti pars, vt capiti appendix, imputari. *Suiure le tout comme sa partie, le principal comme accessoire d'iceluy.* Varro 2. Rust. 9. Alij pretia faciunt in singula canum capita. Alij vt catuli sequantur matrem. Plerique vt accedant canes, qui consueuerunt esse vnà. *Plusieurs achetans des ieunes chiens à garder le bestail, font marché à condition que les autres chiens nourris auec ceux-ci les suiurõt, comme accessoire du*

princi

principal. l. 18. De action. emti & vend. Tegulæ nondum ædificiis impositæ, in rutis & cæsis habentur. Quæ detractæ sunt, vt reponerentur, ædibus accedant. *Les tuilles ostées du couuert pour y estre remises, en cas de vente de la maison, sont imputées à la maison, comme partie ou appendice d'icelle, suiuant la maison, sont comprises en la vente.* V. Cedo 5.

v. *Accessio.* Peculiaris olim vsus erat vocis istius ad pecuniam significandam, quæ à Romanis imperabatur vltra vectigalia, decimas, & huiusmodi, eorum scilicet sumtuum nomine, qui fiebant in exactione. Nummorum accessio, nummorum corollarium, dicitur aliquando. *Ce qu'on imposoit outre le principal, pour les frais de la recepte des reuenus du public, pour les despens des Cõmis, & Exacteurs.* Erat autem consuetudo, vt eo nomine imperaretur centesima vna, hoc est, duodecima capitis, seu in centenos duodeni nummi. pro Rab. Post. 30. Non intelligo hoc quale sit, vtrùm accessionem decumæ, vt nostri facere Coactores solent, centesimis, an decessionem de summa fecerit. *S'il a imposé vn surcroit, vne creüe sur le principal de dix mille, à raison de douze pour cẽt, selon le styl des Exacteurs de nos tailles.* Ibid. Quî tandem conuenit, tam graui onere tributorum, ad tantam pecuniam, mille talentûm accessionem esse factam? *Que pour les frais de l'exaction de dix mille, on ait ietté vne creüe de taille, reuenant iusques à mille talens?* 3. Verr. 116. Ad singula medimna, multi sestertios quinque accessionis cogebantur: qui minimum, singulos nummos dare.

vi. Accessionem adiungere ædibus. *Aggrandir sa maison de quelque nouuelle partie.* 1. off. 139. Hanc domum Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædi

ædibus. *Des materiaux d'icelle fit vne creüe, vn appentis à sa maison.*

VI Accessio, *l'accessoire d'vn principal, en quel subiect que ce soit.* Caput, *le principal dont depend l accessoire, ou auquel il est adioint de dehors.* Liuius l. 45. 15. Syphax Rex Numidarum, tunc accessio belli Punici fuerat, sicut nunc Gentius Macedonici. *Syphax Roy des Numidiens estoit vn accessoire de la guerre d'Afrique, les Carthaginois en estoiēt le principal.* Liuius ibid. Perseus caput belli erat, Gentius accessio. *Perseus Roy de Macedoine estoit le principal, la plus importante piece de ceste guerre. Gentius, Roy d'Illyrie, n'en estoit qu'vne parcelle, & accessoire de moindre consideration.* l. quarta, De pen. leg. Quod liquidum est, rapit secum in accessionem, & sine quo esse non potest, vasa autem accessio legatæ penus, non legata sunt, *la futaille, dans laquelle est le vin legué, est vn accessoire du legat, non pas vn legat.*

ACCERSO. Latinitatis peritissimi, vt Paulus Manutius, & alij, Accerso, & Arcesso æquè probant, & pro eodem sumi aiunt, & meritò: nam vtrumque frequens apud veteres. Criticus quidam, Accerso, barbarum esse ait, nec aliud causæ affert, quàm quòd nullam esse putet eius originem, nullum etymon. Quasi verò id omne verbū repudiandum, vt barbarum, cuius nobis sit origo aut ignota, aut obscura. Tu Criticum illum nihil morabere in hoc verbo, vt nec in aliis multis, quæ pro imperio, quod sibi sumit in Latinitate, solet procul ablegare. Vtere igitur eodem sensu, quo Arcesso vteris. Disce autem etymō, Arcesso esse ab Accio, sicut, Accerso à vetere Arcio, quod vtrumque indicat Priscianus, quamuis nō agnoscat Criticus ille, qui Priscianum pro sua sentētia laudat. V. Arcesso.

ACCERSIO, ACCERSIOR, ire, quartæ coniugationis, freques est apud Plautum, Liuium, Sallustium, Curtium & alios veteres, vt mirum sit, cur adeò repudient ea nonnulli, qui causam non afferunt, quamobrem id faciant.

ACCIDO. Gratum, ingratum, iucundum, iniucundum, mirum, & eiusmodi alia, cuipiam Accidere dicuntur eleganter, quæ vulgus parum vsurpat. Omnia enim secundissima nobis, aduersissima illis accidisse videntur. Attic. 10. ep. 9. Quæ scribis ad me, minimè mihi miranda, & maximè iucunda acciderunt. 3. ep. 10. Cognoui omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. l. 3. ep. 1. In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt. pro Plan. 58. Nam mihi omnia, quæ iucunda ex moribus alterius hominis accidere possunt, ex illo accidebant. l. 1. ep. 4. Illud mihi permirum accidit, tantam temeritatem. l. 1. ep. 10. Hoc mihi accidit iucundissimum. l. 7. ep. 1.

II Eodem quoque sensu dicit Cicero alicui cadere aliquid ab aliquo. Item accidere aliquid ad animum alicuius. Att. l. 3. ep. 20. Quod me vetas suspicari accidisse aliquid ad animum tuum, quod secus à me erga te commissum. *Qu'il te soit venu en pensée, que i'aye commis en ton endroit chose que ie ne deusse.*

III *Si quid illi accidat*, dicebāt veteres, pro, si fortè moriatur. Item si quid ei humanitùs contingat, si quid eo, si quid de eo factum sit. Quo formularum genere duriorem & mali ominis sermonem molliebant consultò: vt, Pupilli hæres non illo tempore quisquam in testamento scriptus erat, si quid pupillo accidisset. 2. Inuen. 64. *Il n'y auoit encore pour lors aucun heritier substitué au pupil,*

en

en cas qu'il vinst à mourir. Pro eo, quod Latini dicunt; si quid ei acciderit. Galli eodem genere dicendi, *s'il arriuoit quelque chose de luy, si quelque chose luy arriuoit, si Dieu en disposoit.* Alias eiusdem potestatis formulas lege Verbo Facio, Fio, &c.

ACCIPIO, is, præter alia satis nota, valet idem atque, admitto, æquo animo fero, non improbo. 7. fam. 13. Tu me insimulas, nec satisfactionem accipis. 12. fam. 25. Quòd te mihi purgas, accipio excusationẽ. *I'aduouë, i'admets, ie reçois pour legitime ton excuse.* Pro Quint. 63. Quin iudicium acciperet, in ea ipsa verba, quæ Næuius edebat, non recusabat. *Consentoit qu'il fust cogneu, que iugement fust rendu sur le different, sous la forme de la commission portée par la requeste de Neuius.* 5. Phil. 7. Hanc legem populus non accepit. *Ne l'a pas acceptée, ne s'y est voulu obliger.* 3. of. 109. Rogatiõne accepta, est hostibus deditus. *La loy proposée, promulguée ayant esté receuë, acceptée par les suffrages du peuple.* 1. Diui. 103. Mi pater, Persa periit. Accipio omen, filia. *Ie prens ce que tu dis à bonne augure.*

III Trãsfertur ad sensus, maximè ad oculos, & ad ani

animum, cùm exprimere volumus ex interiore aſpectu interiorem animi erga aliquid cupiditatem. 2. Agrar. 25. Cùm ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adieciſſent. 2. Leg. 36. Qui in ſacrificium cogitatam libidinem intulit, quò ne imprudentiam quidem oculorum adiici fas fuit. 4. Verr. 37. Qui iſtum noſſent, partim ſuſpicabantur, partim planè videbant adiectum oculum hæreditati. Terent. Eunuch. 1. 2. Ad virginem animum adiecit. Liuius, l. 25. Ad conſilium temerarium animum adiecit. Appellere animum aliquò, ad aliquid, eodem ſenſu dicitur.

IV Adiicere ſuprà, in auctionibus, de licitatore propriè dicitur, qui pretium rei ſub haſta venalis licitando auget, *Encherir, mettre ſus, faire miſe par desſus quelqu'vn, hauſſer le prix de l'encant.* 5. Verr. 77. Herbitenſes liciti ſunt vſque eò, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur: ſuprà adiecit Æſchrio. *Les habitans d'Herbita continuerent, pouſſerent l'enchere le plus haut qu'ils penſoient de pouuoir faire. Æſchrio fit vne miſe ſur eux, ſurhauſſa le prix des diſmes, en offrit d'auantage.*

ADIVDICO, as. Iuris, fori, & iudiciorum verbum eſt, cuius vis maximè cernitur in actionibus miſtis, in quibus rem ei adiudicat Iudex, cuius ea non erat, cùm qui rei Dominus non erat, ſuo decreto Dominum facit. Quæ poteſtas ex iure conceſſa eſt Iudicibus actionum miſtarum, quorum ideò ſententiæ ius facere, dominiúmque transferre cenſentur, Inſtitut. de offic. Iudicis. Si fundus commodè diuidi non poteſt, totus vni adiudicandus eſt. Item, Si commodius ſit diſtingui agros, quàm fuiſſent diſtincti, tunc neceſſe ex alterius agro partem alterius agri Domino adiudicari. D. fin. regund. leg. 2. Si fortè amouendæ veteris

ris obſcuritatis gratia, per aliam regionem fines dirigere Iudex velit, poteſt hoc facere per adiudicationem. Et leg. 3. Quo caſu opus eſt, vt ex alterutrius prædio alij adiudicandum ſit; eo nomine is, cui adiudicatur certa pecunia, pro eo quod ei adiudicatum, condemnandus eſt. Cicero, 2. Agrar. 42. Hac tanta de re Rullus, cum cæteris decemuiris iudicabit? Volet eſſe popularis, populo Rom. adiudicabit. *Il en trāsferera la proprieté au peuple Romain. Il ſaiſira le peuple Rom. du droict, de la proprieté, du iuſte tiltre, qui luy eſt ia acquis au Royaume d'Alexandrie, le luy transferera par ſon decret?* 2. Agrar. 43. Qui ſunt iſti X viri, quos perſpiciamus Alexandriæ regnum Ptolemæo gratis adiudicaturos? 1. Ver. 57. Prætor in poſſeſſionem bonorum mulieris mittit: ipſam Veneri in ſeruitutem adiudicat.

II ABIVDICO contrariā habet notionem, valétque idem atque ius rei, dominiúmq; alicui adimo, quód alteri transferam: ſeu legitimum dominum ſuo iure, lata in eum ſententia, ſpolio, ea tamen ratione, quam iura ſtatuunt. Cæterùm, ne auerſere hanc pagellam, cùm leges Dominium: nam bene Latinum eſt, ſi neſcis. Quin faciam, vt noris eſſe Tullianum: ſuſtine tantiſper iudicium tuum, & cenſuram.

III Adiudico, idem eſt ac pronuncio rem eſſe alicuius, ſeu dominum huius rei hunc eſſe declaro, quomodo vſurpatur in actionibus in rem, quarum iudices dominum eum, qui non erat, non faciunt: ſed eum, qui erat controuerſus, deſignant, renunciāt. 2. de orat. 129. Neceſſe eſt, vt is, qui nobis cauſam adiudicaturus eſt, inclinatione voluntatis propendeat in nos. 10. Phil. 12. Reſp. iudicaret, Antonióne, an Bruto, legiones adiudicaret?

IV Extra iudicia forenſia etiam adiudicat, qui ſuam ſententiam dicit quauis de re. 1. Att. 16. Pompeius

peius sæpè multísque verbis suis mihi salutem imperij adiudicauit. *M'a attribué la conseruation de tout l'estat. A declaré que i'en estois l'vnique conseruateur.*

ADIVNGO, is, transfertur eleganter ad conciliationem, consensionémque voluntatum explicãdam. 1.fam.8. Ego me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus adiungendum tibi esse putasti. *Ie m'accommode, & m'affectionne à contenter celuy, duquel tu t'es rendu ami, & studieux pour mon respect, & profit.* Adiũgere sibi gratissimos optimósque adolescẽtes. Virum bonum tua amicitia dignum tibi adiunxeris, mihique gratissimum feceris. Dubium mihi nõ est, quin is qui nouas necessitudines adiungat, vetera sua beneficia conseruari velit. Cæsar solet infimorum hominum amicitias sibi qualibet impensa adiungere. Prætor offensionem vitat æquabilitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. pro Mur. 42. Nam quid incipiat Antonius homines adiungere atque inuitare ad amicitiam, quos per se suo nomine appellare non possit?

ADMITTO, is, dimitto ad, incito ad aliquid, vt equum laxis habenis, cùm impellitur ad cursum. 2.fin.61. Decius cùm se deuoueret, vt equo admisso, in mediam aciem Latinorum irrueret. *Ayant donné carriere à son cheual.* 1.fin.2. Qui autem volunt moderatiùs id fieri, difficilem quãdam temperantiam postulant in eo, quod semel admissum, coërceri reprimíque non potest. *L'appetit, la passion estant vne fois laschée, aysément ne peut estre retenuë, rappellée.* Liuius, l.2. In Postumium Tarquinius Superbus, iam ætate, & viribus grauior, equum infestus admisit. *Il courut à bride abbatuë contre Postumius, pour le combattre.*

11 Idem

II Idem valet atque intromitto, introduco, ad me accipio. 8. Philipp. 29. Domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere, reducere. 1. Verr. 51. Si te semel ad meas capsas admisero.

III Similitudine traducitur ad ea, quæ probat animus, quæque ideò videtur ad se admittere, & recipere. Pro Clu. 116. In litibus æstimandis, quem semel condemnarunt iudices, si qua in eum lis capitis illata est, non admittunt.

IV Dicitur de culpa & ferè grauiore. Pro Syll. 16. Quod sine Autronio Catilina facinus admisit? 9. Att. 4. Tãtum mihi dedecoris admisisse videor. Pro Rabir. Perd. 26. Rabirius fraudem capitalẽ admisit.

V Admittere in se quidpiam, vsurpatur grauiore significatu, de iis peccatis, quæ quis sciẽs & volens admittit, sibi ipsi veluti iniurius, quorúmque eum pudere ac pigere oporteat, vt nullum præter se conscium habeat. 2. Phil. Tu ea in te admisisti, quæ à verecundo inimico audire non posses. *Qu'vn honneste homme, quoy que ton ennemy, auroit honte de te reprocher.* Pro Clu. 167. Quid vnquam Auitus in se admisit, vt hoc tantum facinus ab eo non abhorrere videatur? *Pourquoy il nous doiue sembler, que ce grand forfaict n'est point indigne de luy, ne luy est point extraordinaire.*

VI Augurale verbum est Admittere, sicut Addicere dictæ sunt aues, quę Auguri ex sententia respondebant, quæ optata signa edebant. Liuius, l. 1. Vbi aues non admisissent, omnia dirimerẽtur. Idem l. 1. Cùm omnium sacellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixère. *Les oyseaux par leurs signes approuuoient, declaroient estre valables les profanations des autres temples, & oratoires, horsmis de celuy du Dieu Terminus.*

ADMONEO, es. Admonemus de iis, quæ aliàs

aliàs quis cognouit, cùm in mentem ea reuocamus, atque huic verbo particulas istas adiungimus, hoc, illud, istud, id, quod, aliquid, vnum, multa: præter quas vix alias casu quarto rei copulant huic verbo Latini scriptores. Neque enim dicunt, Admoneo te rem istam, officium, munus, &c. eius generis. 1. Att. 3. Hoc me Pæducæus admonuit. pro Cœl. 8. Illud admonitum te esse volo. 9. Att. 11. Illud me præclarè admones. 7. Famil. 13. Vt ego te aliquid de vestris cautionibus admoneam. Læl. 90. Nec ea quæ ab ea admonemur, audimus. 2. Na. 166. Multa ostentis, multa extis admonemur.

II Etiam de iis admonemur, quæ anteà non venerant in mentem. Pro S. R. 70. Sapienter Solon fecisse dicitur, cùm de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere, quàm admonere videretur. *Le mettre, le faire venir en pensée, en la volonté de ceux qui n'y auroient iamais songé.*

III Admonere, verbum est creditorum: admonere enim dicuntur sua nomina, vel debitores suos, cùm crediti dies exiit, post quem exigunt debita. Pro Q. 40. Cùm tibi quotidie potestas fuisset hominis admonendi, verbum nullum facis: iam biennio confecto appellas. *Ayant commodité de le sommer, de l'interpeller, luy demander payement.* 16. Fam. 24. Dolabellæ procuratores fac vt admoneantur: appellabis etiam Papiam. Top. 5. Admonitus huius æris alieni, nolui deesse, ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. APPELLO pro eodem sumitur. V. Ineptè quidam, & imperitè suo more ait, Petere debita, esse barbarum. Audi Tullium, 2. Agr. 99. A me petere, quod debeo. pro Q. Rosc. 10. Si ampliùs sestertio petisti, quàm tibi debitum est. Item 50. 51. 52. 53. & alibi sæpissimè.

AD

ADPROMITTO,or, valet idem ac Fideiubeo. Adpromittit, qui alterius quidem se obligat nomine, stipulanti tamen suo ipse promittit nomine. *Qui promet de payer le debte d'autrui, mais le promet en son nom à celui qui stipule, & l'en interroge.* Adpromissor idem qui fideiussor, & spősor. V. Fideiubeo, & Intercedo: est enim Adpromitto vnum ex quinq; modis Intercedendi pecuniã, aliúdve alteri.

ADSCISCO. V. ASCISCO.

ADSCRIBO. V. ASCRIBO infià.

ADVOCO. Aduocare dictus est, qui amicos vocaret, vt sibi adessent in iudicio, vel vt sua præsentia & auctoritate causæ fauerent, vel dicenti patrono ius suggererent, vel etiam vtrumque præstarent. *Tullius* pro Quinctio, 66. Alphenus viros bonos compluies aduocat, testatur, isto audiente, se pro communi necessitudine petere, nequid atrocius in absentem facere conetur. Item pro Quinctio, 69. An omnes tu istos vincere volebas, qui nunc, tu vt vincas, tantoperè laborant? aude id dicere non palam, sed iis ipsis, quos aduocasti. Item pro Quinctio, 71. Quod si tum par tibi vis cum Alpheno fuisset, non putas, quia tamen aliquem contra te aduocare poterat, &c.

II ADVOCATVS. Qui in iudicium ab amicis vocati, in eorum gratiam veniebant, vt vel sua præsentia, & auctoritate causam amici iuuarent: vel etiam patrono ius suggererent, ii dicti sunt aduocati. 1. Orat. 1-6. Cùm ego C. Marium crebrò appellans, collegam ei suum commẽdarem, atque ipsum Aduocatum ad communem Imperatorum fortunam defendendam inuocarem. *C. Marius, qui assistoit au iugement, en faueur de M. Aquillius, lequel ie defendois.* 1. Offic. 32. Vt si constitueris te cuipiam aduocatum, in rem præsen

ſentem^* eſſe venturum, atque interim grauiter ægrotare filius cœperit, non ſit contra officium, non facere, quod dixeris. *Aiant promis à quelqu'vn, de te transporter ſur les lieux contentieux, pour luy aſſiſter en ſon different.* 1. Attic. 15. Me teſte producto, credo te ex acclamatione Clodij Aduocatorum audiſſe, quæ conſurrectio facta ſit.

III Pro teſte ponitur interdum, quem quis conſultò adducit, vt rem videat. pro Cæcin. 24. Teſtes quid aiunt? Publ. Vettilius propinquus Æbutij, ſe Æbutio ait cum armatis ſeruis yeniſſe Aduocatū. pro Cæcin. 29. Æbutium cum armatis fuiſſe compluribus, cum aduocatis perpaucis eò veniſſe Cæcinnam. Plaut. Pœn. 3. 5. Agor. Seruum eſſe audiui apud te meum. L. Tuorum apud me nemo, nec quidquam tui. Ag. Mementote illuc Aduocati. Ad. Meminimus. Ag. Negáſne apud te eſſe aurum & ſeruum meum? L. Nego, & negando, ſi quid refert, aio. Adu. Periſti leno, nam iſte eſt huius villicus. Plautus Pœn. 3. 6. Ag. factum à vobis comiter, bonam dediſtis Aduocati operam mihi. Cras manè, quæſo, in comitio eſtote obuiam. 5. Tuſc. III. Sapientis cogitatio non fermè ad inueſtigandum, habet oculos aduocatos. *Le ſage diſcourant en ſoy-meſme, en ſon entendement, ne ſe ſert pour l'ordinaire, n'a que faire du teſmoignage des yeux.*

IV Vſurpatur pro patrono cauſæ, pro eo qui in alterius cauſa in iudicio dicit. l. 1. D. de extraord. cogn. In honorariis Aduocatorum ita verſari iudex debet, vt pro modo litis, próque Aduocati facundia, & fori conſuetudine, & Iudicij, in quo erat acturus, æſtimationem adhibeat. *Le Iuge en faiſant la taxe des vacations, du ſalaire des Aduocats, doit auoir eſgard à leur qualité, & ſuffiſance, &*

au merite de la cause, qu'ils plaident.

¶ v ADVOCATIO, est ipsa opera, studium, officium Aduocati. Est item cœtus ipse quoque Aduocatorum, sua præsentia, consilio, & ope, quempiam in iudicio iuuantium. Si tuus parens, humanitate adductus, Aduocationem hominis improbissimi sella curuli honestauit. *Tullius*, pro Sylla, sect. octoges. prima. *Si ton pere a bien daigné faire l'honneur à Catilina, tout mechant homme qu'il etoit, de l'accompagner, de l'assister an iugemant, se ioindre, quoi que consul, à la bande des solliciteurs & Aduocats d'icelui.* Scio, quid grauitas vestra, quid hæc aduocatio postulet. *Tullius*, pro Sestio, sectione decima nona. *Je sçai ce qui est deu à l'honnorable assamblée des fauteurs de Sestius.* In re militari multò es cautior, quàm in aduocationibus. *Tullius*, lib. sept. famil. Ep. decima. *Tu fais bien mieux tes afaires an guerre, que ceux de tes parties, de tes amis, que tu assistes de conseil an iugemant.*

¶ ÆS, ÆS GRAVE, idem fuit atque æreus As, libralis, seu vnciarum duodecim, siue rudis ac notæ monetalis exsors, siue signatus, Francicorum denariolorum quatuor, & quintæ vnius, qui perseuerauit apud Romanos, ab Vrbe condita ad secundum Punicum bellum, quo bello conflati sunt vnciales, & deinde semunciales Asses. *Masse de cuiure, du poids de douze onces, marquée ou non marquée, nommée* As, *ou* Æs, *&* Graue Æs, *qu'on deliuroit au poids de la balance, reuenant à quatre deniers tournois, & vne cinquieme.* Seruius Rex, ex iis, qui centum millium *Æris*, aut maiorem censum haberent, octoginta centurias fecit. *Liuius*, lib. primo, sect. centes. quadrag. quarta. *Le Roi Seruius dressa à Rome quatre vints canturies, ou bandes, de ceux des citoyens, qui auoient vaillant çant mille, ou an dessus.*

dessus, qui sont vn peu moins de quatre çans ecus de France. Marcus Postumius reus decem millibus Æris grauis damnatus est. *Liuius*, lib. quarto, sect. centes. decima septima. *Fut condamné à l'amande de dix mille As, an masse, an billon de cuiure.*

¶ 11 Decem, viginti, triginta, centum, mille *Æris*, diminuta est oratio, pro hac plena, Decem, quinquaginta, centum *Æris* nummi, *Æris* grauis nummi. Item, Decies, vicies, quinquagies, centies, millies *Æris*, seu *Æris grauis*, mutila est oratio, pro hac integra, Decies, vicies, quinquagies, centies, millies, centena millia nummorum *Æris*, grauis *Æris*. Nam illa membra Roscij duodecim *Æris* merere per se ampliùs non poterant: disciplina autem, quæ erat ab eo tradita, locabat se non minùs sestertiûm centum millibus. *Tullius*, pro Roscio Comœdo, sect. vicesf. octaua. *Les mambres de Roscius, les prenant nuëmant, & selon leurs forces natureles, ne sçauroient de leur trauail lui gaigner, que douze As par iour: mais l'amploi de son art de Comedien, lui rapporte, pour chaque fois, çant mille sesterces.* Senatus decretum vetus factum, quo iubentur principes ciuitates iurare conceptis verbis, non ampliùs sumtus facturos, in singulas cœnas, quàm centenos vicenósque *Æris*. *Agellius*, libro primo, cap. vicesf. quarto. Fannia lex, certis ludorum diebus, in singulos dies, centenos æris insumi, aliis diebus tricenos, aliis denos. *Agellius*, eodem loco. Licinia lex certis diebus, centenos æris impendi permisit, nuptiis ducenos indulsit, cæteris diebus statuit *Æris* tricenos. *Agellius*, ibidem. Militibus dati ex præda *Æris* octogeni bini. *Liuius*, lib. decimo, sect. nonagesima secunda. Perusinorum singuli redemti *Æris* tricenis denis. *Liuius*, libro decimo, sectione nonag. tertia. Qui L.

Æmilio,

Æmilio, C. Flaminio, Cẽsoribus, ipſe, aut pater eius, cenſus fuiſſet vſq; ad decies Æris, quinque nautas, qui ſupra decies, ſeptem nautas, cum annuo ſtipendio daret. *Liuius*, lib. viceſimo quarto, ſect. triceſ. tertia. *Que chaque bourgeois, qui durant leſdits Cenſeurs, auroit baillé l'aueu & declaration de ſon vaillant, iuſques à la ſomme d'vn million d'As, fourniroit au public, pour l'armée de mer, cinq matelots, & qui auroit donné le denombremant de ſes moiens, au deſſus d'vn million d'As, an fourniroit ſept, gagés à ſes frais.* In triumpho Papirij transuecta grauis Æris vicies, centum millia, & cæt. *Liuius*, libro decimo, ſect. centeſ. triceſ. oct. *Furent portés an parade, deux millions d'As, & au deſſus.*

¶ III Æra, ærium, apud Tullium, & cæteros ſcriptores, ſumuntur eleganter pro nota, ſummam certam pecuniæ exprimente, ad capita ſingula nummariæ rationis. *Ces mots ſe prennent pour la chifre de la ſomme particuliere de chaque chef & article d'vn conte, au liure de raiſon, & ailleurs.* Quid? ſoles, cùm rationem accipis ab diſpenſatore, ſi Æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex eis confecta ſit, non probare? *Tullius* in Hortenſij fragmentis, apud Nonium. *Et quoi? as-tu coutume, an receuant les contes de ton dépanſier, apres lui auoir accordé & aduoüé les ſommes particulieres de chaque article de ſon conte, de ne lui pas aduoüer la totale ſomme, qui reſulte de ces particuliers articles, ietés & ſommés anſamble?* Hæc eſt ratio, peruerſa Æra, ſũma & ſubducta improbè. Nonius, libro ſecundo, ex Lucilij libro viceſimo nono. *Voici bien le conte, mais alteré & peruerti; car les chifres de chaque article ſont tranſpoſées & confonduës.*

¶ IV Æs, æris, Æra, ærium, ponũtur frequenter & ornatè, pro nummis ac pecunia. Cùm lex Sentia

aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe iubeat, locuple tem iubet locupleti : aſſiduus enim ab *Ære* dando appellatur. *Tullius*, Topicis, ſect. decima. *Quant à ce que la loi Sentia vſe du mot d'* Aſſiduus *au fait d'vn riche debiteur, & d'vne riche caution, elle eſt fondée au l'etymologie du mot, d'autant que* Aſſiduus, *eſt celui, qui a dequoi fournir argeant ſur le champ à toute occaſion.* Manlius centurionem, iudicatum pecuniæ, cùm duci vidiſſet, rem creditori,palam populo, ſoluit, libráque & *Ære* liberatum emittit. *Liuius*, lib. ſexto, ſect. viceſ. quarta. *Manlius aiant veu,qu'vn çanturion adiuge pour eſclaue, à faute de paiemant, à ſon creancier, etoit mené à la cadene, paia ſur le champ la dete de ſon argeant, & mit an liberté le debiteur aſſerui.* Cui plus legatum ſit, quàm ſine religione capere liceat, per *Æs* & libram hæredem teſtamenti ſoluat. *Tullius*, ſecundo de legibus, ſectione quinquageſima prima. *Celui, auquel aura eté fait plus gros legat, qu'il n'eſt loiſible de prandre, ſans intereſt de conſcience, que moiennant la formalité de la monnoie an main, & de la balance, il afranchiſſe l'heritier de l'obligation du lit legat.* Nunc ad militiam paruo *Ære* emendo, nunc remiges imperando, ſi quid cuiquam Æris fuerit, ſtipendiis remigum, & annuis tributis ablatum. *Liuius*, lib. viceſ. primo, ſect. centeſima decima ſexta. *Le peu d'argeant, que pouuoit auoir la populace, a eté tout anleué, pour les gages des matelots, & ſolde des gens de guerre.*

¶ v In contrahendarum rerum formulis, *Æs* & Libra coniunctim ſæpè vſurpantur, quòd *Æs* graue ad libram appenderetur. *An matiere de vantes, achets, emancipations, adoptions, &*

autres contrats, les mots Æs, *&* Libra, *souuant se mettent conjointemant, pource que la deliurance de monnoie de cuiure an masse se faisoit au poids de la balance.* Cauent Iureconsulti, vt cui plus legatum sit, quàm sine religione capere liceat, is per *Æs* & *Libram*, hæredem testamenti soluat: propterea quòd, ita soluta hæreditate, eo loco res est, quasi ea pecunia legata non esset. *Tullius*, lib. secundo de legibus, sect. quinquagesima prima. *Les Iurisconsultes donnent ce conseil, en cas qu'il ait eté plus legué par testamant à quelcun, qu'il n'est loisible de prandre, an saine consciance, qu'icelui, auec la formalité de la piece de monnoie an main, & de la balance, cede par vne vante imaginaire son droit à l'heritier, & an decharge l'hoirie: car par ce moien, la chose est remise au méme etat, comme si la somme n'eut pas eté leguée.* Manlius centurionem, iudicatum pecuniæ, cùm vidisset duci, rem creditori, palam populo, soluit, *Libráque* & Ære liberatum emittit. *Liuius* libro sexto, sectione vicesima quarta. *Manlius aiant appercеu, qu'vn çanturion condamné an cas de dete, &, pour n'étre soluable, adiugé pour esclaue à son creancier, étoit conduit aux liens, paia de son argeant la dete du creancier, an public, & rannoia chez lui le debiteur franc & quite, par l'antremise de la balance.* Mancipatio, est imaginaria quædam venditio, quæ sic agitur: Adhibitis ne minùs quinque testibus, ciuibus Romanis, puberibus, & præterea alio eiusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur Libripens, is, qui mancipium recipit, *as* tenens, ita dicit: Hunc ego hominem, ex iure Quiritium, meum esse aio, isque mihi

emtus est hoc *Ære*, æneáque libra. Deinde æ:e percutit libram, ídque *Æs* dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco. Boëtius commentario in Topica Tullij. *Mancipation est vne vante imaginaire & feinte de celui, qui cede & transporte son fils à vn autre, moiennant la sollamnité de la vante, an laquelle l'acheteur, tenant vne piece de monnoie an main, an frapoit la balance, & deliuroit au vandeur ladite piece, & se saisissoit verbalemant & de fait du fils de son vandeur, comme à lui acquis argeant contant.* Nexum Manilius scribit esse, omne, quod per *libram* & *Æs* geritur, in quo sint res mancipi. *Varro*, quatto de lingua Latina. *Manilius dit, que le* Nexus, *se prand pour tout ce qu'on aliene, ou angage par l'antremise d'vne piece de monnoie, & de la balance, en matiere des choses, qui sont du propre commerce & droit Romain.*

¶ VI Æs alienum, debitum, nomen. *Argeant qu'on tient d'autrui, dont on est redeuable à autrui, dete passif.* Æs alienum contrahere, facere, *Tullius, s'andeter.* Suscipere Æs alienum amicorum causa. *Tullius, se charger volontairemant de detes, pour les amis.* Incidere in Æs alienum. Tullius, *Ancourir detes.* Esse in multo Ære alieno. Habere multum Æris alieni. *Tullius, Etre fort andeté.* Æs alienum explicare, expedire, dissoluere, *liquider ses detes.* Tullius. Exire *ære* alieno. Tullius. *Sortir de detes.* Meum æs alienum. *Mes detes.* Eius æs alienum. *Ses detes.* Tuum æs alienum. *Tes detes.*

¶ VII In *Ære* alicuius esse, *Etre des siens, etre fort à lui, etre à sa disposition, & comme le sien propre.* Honestum ciuem Romanum tuo beneficio conseruaui. Et mehercule, semper sic in animo habui, te in Ære meo esse, propter Lamiæ nostri

ſtri coniunctionem, & ſingularem neceſſitudinem. *Tullius*, lib. decimo tertio, epiſt. ſexageſ. prima, famil. *Par ton benefice i'ai conſerué vn honnete citoien. Et de fait, i'ai touſiours eu cete creance, que tu etois des miens, & à ma diſpoſition.* M. Fabium, quòd mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæſtum. Multi enim anni ſunt, cùm ille in Ære meo eſt, & à me diligitur. *Tullius*, decimo quinto famil epiſt. decima. *Quant à ce que tu crois de me randre ami Fabius, an me le recommandant, ie n'i fai aucun acquet. Car dés longues années il eſt deſia des miens, & ie le cheris particulieremant.*

¶ VIII Æs, æris, Æra, ærium, militare ſtipendium. Tribuni ſollicitant plebis animos, illud eſſe dictitantes, quòd *æra* militibus ſint conſtituta. *Liuius*, lib. quinto, ſectione tertia. *Les Tribuns du peuple ſollicitoient la populace, calomnians le ſenat, & diſans; qu'à mauuaiſe fin il auoit etabli la ſolde des gens de guerre.* Negabant nuper danda eſſe *æra* militibus, quòd numquam data eſſent. *Liuius*, libro quinto, ſectione decima. Placere voluntariam profeſſis, extra ordinem, militiam, Æra procedere. *T. Liuius*, libro quinto, ſect. decima nona. *Quoi qu'ils euſſent declaré de porter les armes à leurs frais, & outre le tans de leur ſeruice d'obligation, neantmoins leur ſolde courut, & leur fut paiée, comme au reſte de l'armée.*

ÆSTIMO, *Æſtimare litem, nomina*, formula eſt forenſis. Iudex litem æſtimat, cùm quanti quæque res eſt, quæ in controuerſiam venit, pronuntiat: hoc eſt, init rationem, & rei ipſius, quanti ea ſit, & eius deinde, quod propter eam actoris interfuit, æſtimat, eáque duo

emtus est hoc *Ære*, æneáque libra. Deinde ære percutit libram, ídque *Æs* dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco. Boëtius commentario in Topica Tullij. *Mancipation est vne vante imaginaire & feinte de celui, qui cede & transporte son fils à vn autre, moiennant la sollamnité de la vante, an laquelle l'acheteur, tenant vne piece de mennoie an main, an frapoit la balance, & deliuroit au vandeur ladite piece, & se saisissoit verbalemant & de fait du fils de son vandeur, comme à lui acquis argeant contant.* Nexum Manilius scribit esse, omne, quod per *libram* & *Æs* geritur, in quo sint res mancipi. *Varro*, quatto de lingua Latina. *Manilius dit, que le* Nexus, *se prand pour tout ce qu'on aliene, ou angage par l'antremise d'vne piece de monnoie & de la balance, en matiere des choses, qui sont du propre commerce & droit Romain.*

¶ VI Æs alienum, debitum, nomen. *Argeant qu'on tient d'autrui, dont on est redeuable à autrui, dete passif.* Æs alienum contrahere, facere, *Tullius, s'andeter.* Suscipere Æs alienum amicorum causa. *Tullius, se charger volontairemant de detes, pour les amis.* Incidere in Æs alienum. Tullius, *Ancourir detes.* Esse in multo Ære alieno. Habere multum Æris alieni. *Tullius, Etre fort andeté.* Æs alienum explicare, expedire, dissoluere, *liquider ses detes.* Tullius. Exire *ære* alieno. Tullius. *Sortir de detes.* Meum æs alienum. *Mes detes.* Eius æs alienum. *Ses detes.* Tuum æs alienum. *Tes detes.*

¶ VII In *Ære* alicuius esse, *Etre des siens, etre fort à lui, etre à sa disposition, & comme le sien propre.* Honestum ciuem Romanum tuo beneficio conseruaui. Et mehercule, semper sic in animo habui, te in Ære meo esse, propter Lamiæ no-

ſtri coniunctionem, & ſingularem neceſſitudinem. *Tullius*, lib. decimo tertio, epiſt. ſexageſ. prima, famil. *Par ton benefice i'ai conſerué vn honnete citoien. Et de fait, i'ai touſiours eu cete creance, que tu etois des miens, & à ma diſpoſition.* M. Fabium, quòd mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæſtum. Multi enim anni ſunt, cùm ille in Ære meo eſt, & à me diligitur. *Tullius*, decimo quinto famil epiſt. decima. *Quant à ce que tu crois de me randre ami Fabius, an me le recommandant, ie n'i fai aucun acquet. Car dés longues années il eſt deſia des miens, & ie le cheris particulieremant.*

¶ VIII Æs, æris, Æra, ærium, militare ſtipendium. Tribuni ſollicitant plebis animos, illud eſſe dictitantes, quòd *æra* militibus ſint conſtituta. *Liuius*, lib. quinto, ſectione tertia. *Les Tribuns du peuple ſollicitoient la populace, calomnians le ſenat, & diſans; qu'à mauuaiſe fin il auoit etabli la ſolde des gens de guerre.* Negabant nuper danda eſſe *æra* militibus, quòd numquam data eſſent. *Liuius*, libro quinto, ſectione decima. Placere voluntariam profeſſis, extra ordinem, militiam, Æra procedere. *T. Liuius*, libro quinto, ſect. decima nona. *Quoi qu'ils euſſent declaré de porter les armes à leurs frais, & outre le tans de leur ſeruice d'obligation, neantmoins leur ſolde courut, & leur fut paiée, comme au reſte de l'armée.*

ÆSTIMO, *Æſtimare litem, nomina*, formula eſt forenſis. Iudex litem æſtimat, cùm quanti quæque res eſt, quæ in controuerſiam venit, pronuntiat: hoc eſt, init rationem, & rei ipſius, quanti ea ſit, & eius deinde, quod propter eam actoris intereſſuit, æſtimat, eáque duo

capita redigit ad certam pecuniæ summam. Nam seorsum æstimat, quanti res ipsa sit, qua de agitur, & quanti actoris intersit. Vt, si quis repetundarum damnatur, priùs initur ratio furtorum eius omnium, quæ restituantur: tum damni accepti, & lucri amissi, propter damnati culpam, ratio ducitur. *Au premier lieu lon supute, lon fait etat, lon somme ce qui est du capital, du principal, & puis on fait conte des accessoires, lon taxe, lon estime les despans, dommages & interests.* 3. Ver. 95. His nominibus solis Cn. Dolabellæ sestertiûm ad tricies litem esse æstimatam. *Pour ces causes, pour ces concussions, Dolabella fut condamné à trois millions de sesterces, ou à soixante neuf milles, nonante six escus, enuers ceux qu'il auoit concussionnez.* Ibid. 99. Ex ea fæce legationis, quæstoriæque procurationis illa sunt nomina, quæ Dolabellæ necessariò æstimata. Ex litibus æstimatis Dolabella Præt. & Propræt. 5. Ver. 184. Qua in ciuitate C. Catoni, consulari homini, clarissimo viro sestertiûm decem & octo millibus lis æstimata sit. 6. Verr. 22. C. Catone damnato, tum cùm seuera iudicia fiebant, sestertiûm decem & octo millibus lis æstimata est. Ibid. Mamertini maiorem sumptum, quàm quanti Catonis lis æstimata est, in Trimarchidis prandium sæpè fecerunt. 2. Verr. 30. P. Septimio damnato de pecuniis repetundis, lis æstimata sit eo nomine; quòd ille ob rem iudicandam pecuniam accepisset. pro Cluent. 115. P. Septimio Scæuolæ litem eo nomine esse æstimatam. Ibid. 116.

11 ÆSTIMARE itaque alicuius, aut alicui litem, non est, quod aliquis voluit, & scripsit, secundùm eum dare, addicere, iudicare litem.

Inger

Iuger an sa faueur, lui adiuger ce, dont est question: Sed contrà, cum aduersario condemnare, alienæ pecuniæ ablatæ reum damnare. Quo sensu etiam dixit Tullius pro Rab. Post. 12. Illo capite nihil Gabinio datum, cùm in eum lites æstimarentur. Quod paulò antè, id est, 7. sectione, ita expresserat. Sunt A. Gabinio lites æstimatæ, nec ab eo prædes dati, nec ex eius bonis, quanta summa litium fuisset, à populo recepta. Æstimare litem alicui, aut in aliquem, *Faire la taxe à son preiudice, de ce an quoi il a fraudé autrui, & le condamner au paiemant d'icelle taxe.*

III *Æstimare* litem capitis, decernere crimen Rei dignum, quod aut morte, aut exsilio vindicetur. Pro Cluent. 116. Scæuola condemnatus est aliis criminibus, frequentissimis Apuliæ testibus: omni contentione pugnatum est, vti lis hæc capitis æstimaretur. *On a insisté fort & ferme, que le crime de concussion, outre les autres, dont Scæuola etoit condamné, fut iugé punissable de mort, ou d'exil.*

IV ÆSTIMATIO *litis*, decretum illud est, quo lis alicui æstimatur.

V *Æstimatio*, in emtionibus, venditionibus, solutionibus, non modò sumitur pro pretij iudicio, seu pro sententia, & iudicio eius, qui rem quanti sit, æstimat, sed etiam pro rebus ipsis pretio æstimatis. 13 fam. A Marco Laberio C. Albinus prædia in æstimationem accepit: quæ prædia Laberius emerat à Cæsare de bonis Plotinis. *Il a prins an paiemant des fonds au pris qu'ils auoient eté estimez, qu'ils auoient valu, esté vandus deuant les guerres ciuiles, selon que porteit la loi de Cesar.* 12. Att. 25. Mihi & res & conditio placet, sed ita, vt numerato malim, quàm æstimatione.

 I'aime

I'aime mieux paier en argeant ce fonds,que donner en paiemant vn fonds de semblable prix & valeur. 5. fam. 20. Si mihi expensa ista sestertiûm centum millia tulisses, nolles à me hoc tempore æstimationem accipere. *Si tu m'auois preté ceste somme, tu ne voudrois en ce tans prandre des fonds en paiemant, au prix qu'ils ont valu deuant la guerre.* 9. fam. 16. Non eo sis consilio, vt cùm me hospitio recipias, æstimationem te aliquam putes accipere. *Tu ne receuras pas à mon occasion gros dommage, comme quand tu prans an paiemant des fonds au prix qu'ils ont esté deuant les guerres, lors qu'ils se vandoient gros.* 9. famil. 18. Quando, vt video, æstimationes tuas vendere non potes, neque ollam denariorum implere. Æstimationes, hoc est, prædia per æstimationem à debitoribus accepta. *Les fonds que tu as prins an paiemant, au prix porté par la loi, selon leur ancienne valeur.*

AFFERO, pro Nuncio, vel absolutè ponitur, vel cum particula aliqua, vel cum membro orationis, quod sit instar proprij casus, coniungitur. Interdum etiã adsciscit sibi casum proprium. 7. Att. 9. Nondum satis allatum esse, quomodo res haberet. 7. Attic. 24. Nemo huic ita affert. 9. Att. Afferri in patriam, si quid acciderit. 9. Att. 2. Brundisio nihil dum erat allatum. 7. Att. 17. Mulieres tua erga se officia plena tui suauissimi studij attulerunt. 10. Attic. 16. Hæc conquire de Hispanis, de Massilia, quæ quidem satis bella Seruius affert.

11 Cùm vsurpatur pro, ponere in medio, proponere, inducere causam, rationem, ad quidpiam inferendum, sæpè absolutè ponitur cum his particulis, cur quare, & huiusmodi. Afferri potest, cur non omnia fato fiant: *On peut alleguer cause, pourquoi.*

quoi. Cur aliquid sit, afferre. Exemplo afferre aliquid factum esse. *Mettre en auant que telle chose a esté faite à l'imitation, à l'example d'autrui.*

III Afferre manus alicui, ampliùs quid significat, quàm verba præferunt: nam valet idẽ atque afferre vim, & sæpè eam vim, quam mors consequitur. 10. Att. Manus sibi afferre conatus est, hoc est, necem.

AFFLIGO cùm de animatis, & præsertim de hominibus dicitur, non vexationem quamdam tantùm, sed grauem calamitatem, ac proinde ruinam sæpiùs importat, contrà quàm vulgus putet. pro Cœl. 80. Adolescentiam plenam spei maximæ perculisse, atque afflixisse videamini. Pro S.R. 33. Mors Quinti Scæuolæ omnes ciues suos perdidit, & afflixit.

II Cùm de inanimis dicitur, etiam vim illatam, vnde grauis casus sequatur, solet exprimere. Pro Dom. 106. Alicuius domum affligere. *La ruër par terre, la demolir.* In Pison. 91. Illi statuam istius deturbant, affligunt, comminuunt. Pro Cœl. 78. Qui Catuli monumentum afflixit.

AGO. Agere, Agi cum aliquo, benè, optimè, præclarè, malè, pessimè, &c. elegans loquendi modus, pro benè, aut malè esse, aut fieri alicui in re quapiam. Pro Sest. 51. Præclarè cum illis agimus, quos pacatos esse patimur. *Non seulemant les estrangers ne nous attaquent, mais ancore à leur aduis nous leur faisons grande faueur, de ne les attaquer, de ne leur faire guerre.* 14. Phil. 30. Facile est bene agere cum iis, à quibus etiam tacentibus flagitari videamur. de Am. 15. Cum illo quidem actum optimè est, mecum autem incommodiùs. Hæc conditio fuit aratorum, vt præclariùs secum agi putarent, si vacuos agros Apronio tradere liceret. 5. Verr. 70. Hisce temporibus non pessimè cum iis esse actum,

quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare.fa.l.4. ep. 5. Vt optimè actum cum eo videatur esse,qui quàm leuissima pœna ab hac rep. discesserit.fam.l.5.ep. 8.

II Agi, pro in discrimen, & periculum vocari. Agitur enim salus sociorum,pro qua, &c. aguntur certissima pop.Romani vectigalia,& aguntur bona multorum ciuium.pro Pōp.6.In quibus eorum aut de capite agatur,aut fama.de Am. Agitur magna res. de fin. Aguntur iniuriæ sociorum.6. Verr.113. Sed vos moneo, libertas agitur populi Romani, quæ, &c.vita & fortuna optimi cuiusque,quo,&c.auctoritas vestra,quam,&c.7.Phil.27.

III Agere animam est,quod vulgus dicit,in extremis esse. Nam & agere animam,& efflare dicimus. Tusc. 19. Eodem tempore & gestum, & animam ageres. Pro Q. R. 24. Quinctus Hortensius,cùm has literas scripsi,animam agebat fam 9.ep.13.

IV Agere festum diem, pro celebrare. Agere diem festum.6.Verr.107.Agere diem natalem suum, vel alicuius. Agere diem suum natalem quotannis. de Fin.

V Ætatem,annum,æuum,vitam agere.Si octogesimum annum agerent.de Sen.32.Agere vnum diem bene,vel malè ex præceptis sapientum.5.Tusc.5.

VI Agere vt,agere vt ne,consilij cuiusdam est, atque propositi, *faire,ne pas faire à telle,ou telle intantion,à dessein.* Neque enim nunc id agimus, vt explicemus.2. de Orat. 15. *Ce n'est pas ce dequoi il est question, ce n'est ce que nous pretandons an cet androit.* Dominatio quæsita ab vtroque est, non id actum,beata ciuitas vt esset.Attic.l. 8. ep. 9. Aliud agitur nihil,nisi vt,&c.pro S. R.8. Nónne nobis id agendum fuit, vt materiam subtraheremus? pro Dom.Qui tum,cùm maximè fallunt, id agunt, vt

viri

viri boni esse videantur. 1. Off. 41. *Leur intantion, leur dessein est, lors que, &c.* Sed quid necesse est, cùm id agam, ne post mortem miseros nos putemus fore, vitam etiam efficere deplorando miseriorem? 1. Tusc. 83. Ego enim iam non id ago, vt prosperos exitus consequar. 9. Att. 6. Ego id semper egi, ne bellis interessem. Fam. l. 4. ep. 7.

VII Agere aliud, alias res, dicuntur, qui de eo, quod propositum est, non cogitant, sed de aliis rebus potiùs. Vsque eò animaduerti, iudices, eum iocari, atque alias res agere. pro S. R. 60. Itaque facio me alias res agere, ne conuicium Platonis audiam, id est, fingo me non seruire, sed aliis rebus operam dare. lib. 15. epist. 18. Oppius aliud agens, & nihil huiusmodi cogitãs. Pro Cluent. 179. Me hoc in lucro ponere, & alias res agere patiantur. Pro Flacc. 20 Videš, cũm alias res agamus, quàm te inuiti audiamus. 3. Orat. 48. Miror tam alias res agere populum, vt sit insano inter disertos locus. de Clar. 133.

VIII Actum, acta, rem actam agere, est rem frustra, non suo tempore curare, de qua scilicet iam transactum est, cuius curandæ tempus exiit. Amicit. 84. Præposteris vtimur consiliis, & acta agimus, quæ vetamur veteri prouerbio. *Au fait de l'amitié nous procedons tout à rebours, ce qui doit estre le premier, nous le metons le dernier, & hors de saison, quand il n'i a plus de remede: car nous contractons l'amitié indifferammant, & apres nous regardons, si nous aurons bien choisi.* 9. Att. Acta ne agamus, reliqua paremus. 9. Att. 21. Sed tu, malim, inquies, actum ne agas. Plaut. Cistel. 41. Actam rem ago.

IX Hoc age hoc agamus, hanc rem age, hanc rem agamus age quod agis quod agitur, agamus quod agimus, hortantis est, vt præsenti negotio intenti

 simus.

ſimus;alieno loco & tẽpore alia ne curemus. Plaut. Ciſtel.4.2.Hoc age,ad terram aſpice. Curcul. 2. 6. Hoc age ſis, Olympio. Curcul.5. 2. Surgite, hanc rem agite,atque animum aduortite.Captin.52.Hoc agamus,iam animaduerte.Moſtel.5.1. Quod agis, id agas,quod tu porrò vis ſerete negotium? Milit. glor.22. Hanc age rem, res ſubitaria eſt. Pſeud.1. 2.Tace,atque hanc rem age.

x Agere lege, ex lege,iure,ex iure, aut ſponſu, ex ſyngrapha,furti,iniuriarum, &c. de iudiciis dicuntur.Cùm miles domum reueniſſet, egiſsétque lege in hæreditatem. *Aiant fait ſa demande ſuiuant la loi,ſelon la diſpoſition du droit.* 1. de Orat. 175. Poſſet agi lege,nécne, pauci quondam ſciebant. Pro Mur.25.Quid agas mecum,ex iure ciuili,& prætorio non habes.Pro Qu.33.*Tu ne peux te fonder au droit ciuil contre moi.*Agere cum aliquo ex ſyngrapha. Pro Mur. 35. *Intanter ſa demande ſur vne cedule.* Agere ex ſponſu. Pro Quin. 32. *Se fonder ſur vne promeſſe,pourſuiure vne obligation verbale.*Agere furti cum aliquo. *Intanter action, accuſer au cas de larcin.*Iniuriarum, *au cas d'iniures.* Cum aliquo tabellis obſignatis.5.Tuſc.53.*Auec bons tiltres,amploier contre luy ſa ſignature méme.*

xi Actionem hiſtrionicam, oratoriam, & quamcumque aliam hoc verbo exponimus. Pro Quint. 77.Videri ore duriſſimo, qui præſente Roſcio geſtum agere conaretur.2.Orat. 133. Soles mirari eorum impudentiam,qui agunt in ſcena geſtum ſpectante Roſcio.2.de Orat.100.Numquam agit hunc verſum Roſcius,eo geſtu,quo poteſt. 1. Orat. 124. Noluit,inquiunt,hodie agere Roſcius, aut crudior fuit. *Il s'eſt trouué chargé d'eſtomac,trauaillé de crudité.*Brut.308.Primas in cauſis agebat Hortenſius. Pro Mur. 5. Ego has partes ſemper egi libenter.

Agere

Agere Comœdiam, tragœdiam, fabulam : Item agere Medeam, Thyestem, Oedipum : Item primas, secundas, tertias agere in fabula, in scena, in actoribus, inter actores.

XII Agere forum, conuentum, &c. erat Præsidum prouincialium, qui vacui à munere militari, posteà quàm indixerant forum, id est, designarant locum, ac tempus, vbi exercerentur iudicia, & eò conuenerant prouinciales, forum agebant, hoc est, iurisdictionem administrabant, ius dicebãt, iudicia faciebant. 5. Att. 16. Appius in vltimam prouinciam se coniecit, Tarsum vsque, ibíque forum agit. *Il administre iustice aux gens de son ressort : Il donne audiance sur les differans, sur les procés, sur les affaires de Cour. Il tient les assises.* 3. fam. 6. Maleuoli homines, qui te forum Tarsi agere, statuere multa, decernere, iudicare dicerent, cùm posses iam suspicari tibi esse successum. *Que tu exerçois ancore la charge de Gouuerneur & de Iuge, quoi que tu peusses croire, que ton successeur etoit antré an charge.* Verr. 27. Scitote esse oppidum in Sicilia nullum, ex iis oppidis, in quibus Prætores consistere, & conuentum agere solent, quo in oppido non isti, &c. Cæsar l. 1. bell. Gall. extremo. Ipse in citeriorem Galliam ad conuentus agendos profectus est. Idem l. 6. Gall. belli extremo. Frumento exercitui prouiso, in Italiam ad conuentus agendos profectus est. His conuentibus & foris similes sunt illi conuentus, qui etiamnum in Gallia, & aliis regnis, indicuntur à iudice primario prouinciæ, statis anni temporibus, quos vocant, *les Assises*, quò euocantur & prouinciales, & totius anni controuersiæ apud inferiores Iudices institutæ recognoscuntur.

XIII Actum est, vndecumque ducta sit loquendi

ratio,

ratio,seu à iudiciorum more,quo non licet causam penitùs damnatam, iterum agere, quòd de ea satis actum sit,seu ab alio aliquo ritu agendi, & decernendi,vsurpatur in re desperata.5.Att.15. Feram,vt potero,sit modò annuum.Si prorogatur,actum est. 14. Fam. 3. Nunc spes reliqua est in nouis Tribun. plebis, & in primis quidem diebus: nam si inueterauit,actum est.

ALLEGO,as.Allegare significat apud Ciceronem & veteres,mittere in priuatis negotiis aliquem,aut aliquos ad aliqnem,qui nostram causam apud eum agant.Petit à me Rabonius,& amicos allegat,facile impetrat. 3. Verr.149. *Il m'anuoie ses amis exprés pour ce fait.* Homines nobiles allegabat iis, qui peterent,ne ad Syllam adirent.Pro S.R.25.Si mihi tecum minùs esset,quàm est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligeres, me præcipuè diligi.15.Fa.10. Extremum illud est, vt ad te Philosophiam allegem.15.fa.4.

ALLOQVOR, non tantùm in rebus priuatis, & iis quidem non grauioribus, vt aliquis tradit, locum habet, sed & in publicis, & maximè seriis, vt in concione militari, & vrbana, & cohortatione ante pugnam.Curtius lib. 3. Alexander ante prima signa ibat, idemtidem manu suos inhibens. Cúmque agmen obequitaret, varia oratione, vt cuiusque animis aptum erat, milites alloquebatur. Curtius l. 4. Coronam auream legati afferebant, commeatúsque largè. Ille dona, vt ab amicis, accipi iussit, benignéque legatos allocutus est. Idem l. 6. Philotam armigeri agmine suo tegebant,ne antè conspici posset à vulgo,quàm Rex allocutus milites esset. De capitalibus rebus Reges Macedonum vetusto modo inquirebant. Exercitus in parte erat vulgi: nihil potestas

ſtas Regum valebat, niſi priùs valuiſſet vulgi au-ctoritas. Igitur primùm Dymni cadauer infertur: Rex deinde in concionem procedit. Idem lib. 10. Macedones tumultuoſo clamore, & militari violentia, volentem loqui inhibebant. Tandem ſilentio facto ille: Quid hæc, inquit, repens conſternatio, & tam procax licentia denunciat? Palàm certè rupiſtis imperium, & precariò Rex ſum, cui non alloquendi, non noſcendi, non monendi, aut intuendi vos ius reliquiſtis. Sic quoque cæteri Hiſtorici hoc verbum vſurpant. Liuius l. 99. Ad hæc officia dimiſſis magiſtratibus, Conſules in roſtra aſcenderunt, & concione aduocata, cùm ſollemne carmen precationis, quod præfari priùs, quàm populum alloquantur, magiſtratus ſolent, peregiſſet Conſul, ita cœpit: Nulli vmquam concioni, Quirites, &c.

AMBIGO, or. Ambigo, dicimus abſolutè, ſine adiuncto, non tantùm dubius ſum, ſed & pro, controuerſiam inſtituo, vel habeo. Item eodem ſenſu, Ambigo hoc, illud, id eſt, de eo litem inſtituo. Item, Ambigo de re aliqua, ambigo cum aliquo, de aliqua re, id eſt, litigo, litem habeo de ea re. Fundus, de quo ambigitur. Pro Cæcin. *Duquel on eſt en controuerſe.* In eo iure, quod ambigitur. 1. de Orat. 142. Vt inter eos, qui ambigunt, conueniat, quid ſit id, de quo agatur. 2. de fin. 4. Nihil eſt enim, quod inter homines ambigatur, in quo. de Or. Quæ propter ſcriptum ambiguntur. 2. de Orat. 110. Omnis res eamdem habet naturam ambigendi, de qua quæri & diſceptari ſolet, ſiue, &c. de Or. 109. Ex contrariis ſcriptis, ſi quid ambigitur. 2. de Orat. 110. Ambigunt agnati cum eo, qui eſt ſecundus hæres. 2. de In. 111. Nihil ambigi poteſt, in quo non. 2. Or. 204. Niſi cùm de vero ambigitur.

bigitur.Or.116.Si plures ambigent,&c. 2.de In.65. Ambigere de aliqua re.Top.Si de hæreditate ambigitur.3.Verr.117.

AMBVLO. Etiam ambulare dicuntur, qui faciunt iter ſeriò, non modò qui animi, aut valetudinis cauſa vtuntur ambulatione.Att.9.ep. 3. Si rectè ambulauit is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit.8.At.1.Sed vt Philoſophi ambulant, has tibi redditum iri putabam priùs.8. Fam. 12. Eo modo ambulat Cæſar,vt timeam, ne citiùs quàm opus ſit, ad Brundiſium acceſſerit.Pro Quint.79.Triduo ſeptuaginta millia paſſuum ambulare.2.Fin.112. Xerxes tantis claſſibus, Helleſponto iuncto, Athóque perfoſſo,maria ambulauit, terrámque nauigauit. Ibidem. Xerxes maria pedibus,claſſibus montes peragrans.

AMO aliquid amplius eſt quàm diligo.9. Fam. 14.Mihi nunc amare videor,anteà dilexiſſe.ad Bru. 1.Clodius valdè me diligit,vel, vt ἐμφατικώτερον dicam,valdè me amat.

II Multùm, valdè te amo,hoc eſt,rem mihi valdè gratam facis:*Tu me plais an cela,tu me fais vn grand plaiſir.* 1.Att.2.Te valdè amamus,quòd ſigna abs te diligenter,paruóque curata ſunt. 7. Att. 2. De rauduſculo Numeriano valdè te amo.*Ie te ſçai fort bon gré,de ce que tu m'as fait paier,tu as exigé ceſte petite ſomme,que me deuoit Numerianus.* 13. Fam. 62. In Attilij negotio te amaui.

III Si me amas,ſi me diligis, formula eſt aliquid amicè poſtulantis. 2. Quint.fr.1.Fac, ſi me amas, vt conſideratè nauiges, de menſe Decembri. 2. Q.fr.9.Amabo te ,aduola,conſolabor te,& omnem abſtergebo dolorem. Et adduc, ſi me amas, Marium,ſed approperate. 6. Fa.18.Si me amas, quod quidem aut facis, aut perbellè ſimulas,ſed vt vt eſt,

indulge

indulge valetudini tuæ. Si me diligis, quantum me diligis, idem quoque valent. 16. Fam. 9. Effice, si me diligis, vt valeas. 16. Fam. ep. 2. Quantum me diligis, tantum fac, vt valeas. Sic quoque ep. 6. 13. &c.

IV Amabo te, idem etiam valet. 2. Attic. 2. Cura, amabo te, Ciceronem nostrum. 2. Att. 4. Cura, amabo te, vt cum Ticinio transigas. 5. Attic. 12. Nostra negotia, quoniam Romæ commoraris, amabo te, explica. 6. Fam. 2. Vrbanitatis possessionem, amabo, quibusvis interdictis defendamus. 8. Fam. 6. Amabo te, si quid Appio facies, ponito me in gratiam.

AMPLECTOR, complector, aut comprehendo, vulgo notum non est. Hæc parui temporis memoriam, illa perpetuam existimationis fidem & religionem amplectuntur. pro Q.R. 7. Assentior tibi, qui non ita amplecteris artem, vt alij solent. 1. de Or. 110. Quod ego pluribus verbis amplecterer, si non, &c. pro Q.R. 36. Quæ si iudex non amplectetur, omnia consilio. pro Font. 15.

II Amplector aliquem, aut aliquid, pro diligo, amo. *l'affectionne.* Cæsar fauet ingeniis, nobilitatem & dignitatem hominum amplectitur. lib. 4. ep. 8. Fam. Me amicissimè quotidie magis Cæsar amplectitur. Fam. l. 6. ep. 6. *M'affectionne, & me montre des signes d'amour.* Diligere, amare, amplecti, laudare aliquem. Att. lib. 1. epist. 10. An Antonius equites Romanos amplectetur? 1. Phil. 22. Quia nimis amplecti plebem putabatur. pro Milo. 73. Paruulus filius, qui mihi videtur amplecti Remp. 4. Cat. 3. *Prandre à cœur le fait de la Republique.* Nam quòd ius ciuile tam vehementer amplexus es, video, quid egeris. 2. de Orat. 234. Qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant. Pro Syl. 59. Cùm verò ea tua sit voluntas erga me, libenter

ter amplector talem animum. Fam. l. 5. ep. 14.

AMPLIO, are. Ampliabat Prætor, cùm de consilij sententia pronunciabat, ampliùs esse cognoscendum, aut quia variabant sententiæ iudicum, aut quia non liquebat consilio, quid esset statuendum, ideóque, vel voce, vel tabula in vrnam coniecta, significarent, sibi ea de causa non liquere. Quod nostrates iudices ita exprimere solent. *Les parties an viendront derechef. Les parties écriront plus amplemant. Les Aduocats an viendront prets dans trois iours, dans la premiere audiance, dans huictaine, &c.* Pro Cæcin. 29. Falculam venisse in consilium publicæ quæstionis, cùm eius consilij iudex non esset. Et in eo consilio cùm causam non audisset, & potestas esset ampliandi, dixisse, sibi liquere, dum incognita re iudicare voluisset, maluisse condemnare, quàm absoluere, cùm si vno minùs damnarent, condemnari non posset. *N'estant informé du fait, n'aiant point antandu les plaidoieries des Aduocats, & pouuant se seruir de la loi, lui permettant de differer son suffrage, de dire qu'il vouloit etre amplemant informé, neantmoins donna sa voix de condamnation contre le criminel.* 3. Verr. 26. Vt, etiam si lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti sibi turpe existiment, non primò iudicare. 4. Heren. 49. Quid fuit, iudices, quare in sententiis ferendis dubitaueritis, aut istum nefarium hominem ampliaueritis? Non apertissimæ res erant crimini datæ? non omnes hæ testibus comprobatæ? non contra tenuiter & nugatoriè responsum? Hîc vos veriti estis, si primo cœtu cōdemnassetis, ne crudeles existimaremini. Liuius l. 43. Bis ampliatus, tertiò absolutus est reus. Valerius lib. 8. c. 11. Scipio Æmilianus Cottam apud populum accusauit: cuius causa, quamuis grauissimis

ſimis criminibus erat confoſſa, ſepties ampliata, & ad vltimum octauo iudicio abſoluta eſt: quia homines verebantur, ne præcipuè accuſatoris amplitudini damnatio eius donata exiſtimaretur. V. Proferre res.

11 AMPLIVS pronunciare, idem eſt ac ampliare. 3. Verr. 26. Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus, anteà vel iudicari primò poterat, vel ampliùs pronunciari. *Auant la loi de Glaucia lon pouuoit iuger le criminel an la premiere ſeance, an la premiere plaidoierie, ou bien le dilaier vne, deux, trois fois à la diſcretion des Iuges.* Brut. 86. Cùm Conſules re audita ampliùs de conſilij ſententia pronunciauiſſent, iterum Lælium diligentiùs dixiſſe, iterúmque à Conſulibus rem eſſe prolatam. *Que le iugemant de cete cauſe fut encores dilaié, differé, remis à vne autre audiance.*

111 *Obſerua*, Ampliari cauſam, & ampliari reum, pro eodem poni. Item primò iudicari, & primo cœtu iudicari, id eſt, prima actione. Ampliari porrò differt toto cælo, ab eo, quod fora Gallicana vocant, *Interloquer, donner ſantance interlocutoire,* hoc eſt, cauſæ acceſſionem aliquam iudicio definire, antequàm ad caput cauſæ ventum ſit. Ampliatus item non eſt idem, quod, *Elargi*, licèt hæc in Forenſibus tradat aliquis.

ANQVIRO. Anquirere capite, anquirere pecunia, eſt vel ferre ad populum de multa, vel capite alicuius, vel, alicui capitis, aut pecuniæ multam irrogare. *Propoſer, requerir qu'vn tel ſoit condamné à vne amande pecuniaire, ou puni d'exil, ou de mort, ou méme le condamner à quelqu'vne de ces peines.* Liuius l. 8. Capite anquiſitum ob rem bello malè geſtam de imperatore nullo. *Lon n'a ancores condamné perſonne à la mort, ni à l'exil, pour auoir*

auoir mal versé an l'etat de General d'armée. Liuius lib. 26. Cùm Tribunus plebis bis pecunia anquisisset, tertiò capitis se anquirere diceret.

ANTIQVO prôpriè est rogationem eam quæ fertur, non accipio, negando suffragium perferri non sino, reiicio, repudio. Cuius verbi etymon in eo est, quòd sicut rogationem latam, si populus acciperet, tabella sic inscripta, V. R. hoc est, vti rogas, probabat: ita, si non acciperet, tabella cui inscriptum erat, A, id est, Antiqua, improbabat. Antiqua porrò, præcisa oratione, perinde fuit ac si plena oratione populus rogationi responderet, Antiqua iura valeant, seruentur, in eo scilicet, quod rogatur, neque hoc nouum statuatur ius. Inde ortum, Antiquo, verbum, & antiquandæ legis nouæ vsus. Perperam ergo faciunt, qui auctore Nonio, harum ineptiarum assiduo magistro, docent, Antiquare, sicut abrogare, idem valere atque perlatam legem tollere, rescindere. Numquam enim euincent vllo testimonio veterum Scriptorum, nisi si putant fauere sibi vnum Liuij locum, libro vicesimo secundo, qui nequaquam fauet, tametsi Antiquo, Abrogóque ibi copulata scribũtur. *Tullius* 1. Att. 12. Piso, amicitia Clodij ductus, operam dat, vt ea rogatio, quam ipse fert, & fert ex Senatus consulto, de religione, antiquetur. *Piso s'amploie fort à ce que la loi, dont lui méme doit etre le promulgateur par arret du Conseil, ne soit point acceptée par le peuple, d'autant qu'elle derogeroit grandemant à Clodius.* Tullius 1. Att. 13. Cùm dies venisset rogationis ex Senatus consulto ferendæ, concursabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ, & populum, vt antiquaret, rogabant. *Le iour venu que le peuple etoit assamblé pour baill[er]*

bailler son suffrage sur la reception de la loi proposée par Piso, vn tas de ieunes hommes, fauteurs de Clodius, supplioit importunémant le peuple de declarer son suffrage auec la tablette de reiection, de desadueu, de negatiue. Liuius libro octauo, sect. centesima quinta. M. Flauius Tribunus pl. tulit ad populum, vt in Tusculanos animaduerteretur, Tribus omnes, præter Polliam antiquarunt legem: Polliæ sententia fuit, puberes verberatos necari. *Tullius* secundo de officiis, sect. septuag. tertia. Philippus in Tribunatu cùm legem agrariam ferret, antiquari facilè passus est.

Vide in Derogo, quid Antiquo differat ab Abrogo, Derogo, Obrogo.

APPELLO, are, est, cùm sis cuipiam dicturus aliquid, eum compellare, salutare etiam, vel suo nomine, vel quouis alio modo, quo eum designes: quod fit vel simpliciter expresso nomine, vel cum adiectione aliqua. 5. Fam. 2. Metellus cùm agere cœpisset, tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat, mihi minabatur. *A tout coup me nommoit par mon nom, pour me randre odieux à l'assamblée.* 5. Verr. 134. Eum, in tanto tuo dedecore, ne verbo quidem grauiore appellasses. *Tu ne l'eusses pas méme appelé d'aucun nom, qui lui peust estre facheux: tu ne lui eusses dit aucune parole facheuse, piquante.* Pro Pomp. 11. Legati quod erant appellati superbiùs, Corinthum patres vestri, totius Græciæ lumen, exstinctum esse voluerunt. *Pource qu'on auoit appelé les Ambassadeurs Romains d'vn certain nom de mepris, qu'on les auoit brocardé insolammant.* Pro Clu. 72. Tum appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandissimè potest. Quid tu, inquit, Pæte? hoc enim Stalenus sibi cognomen delegerat. 13. Phil. 4. Cùm in hunc ordinem

nem venerint, salutabunt, comiter appellabunt vnumquemque.

II Appellare, est conuenire quempiam, cui significes habere te, quod cum eo conferre velis. Plautus Aulul. 1. 4. Euclio est, quod te volo, de communi te appellare mea & tua. Cæsar l. 7. Gall. Belli, c. 9. Ibi Cæsar à Virdumaro, atque Eporidorige Æduis appellatus, discit, cum omni equitatu Litauicum ad sollicitandos Æduos profectum, opus esse & ipsos præcedere ad confirmandam ciuitatem. Tullius 6. Att. 3. Caius me ita appellauit: Vnde me iubes petere cibaria?

III Interdum est idem, quod simpliciter nomino, mentionem nominis facio, sine compellatione. 6. Fam. 6. Soleo admirari & grauitatem & iustitiam Cæsaris, qui numquam nisi honorificentissimè Pompeium appellat. At in eius personam multa fecit asperiùs. *Ne nomme iamais Pompée, le nom de Pompée, qu'auec grand respect.* Tullius pro Cæcina, sect. 54. Lex vsum, auctoritatem fundi, iubet esse biennem. At eodem iure vtimur in ædibus, quæ in lege non appellantur. *Nous vsons ancores de ce méme droit au fait des maisons, quoi qu'elles ne soient pas nommées, ni specifiées en la loi.*

IV Excipio. 4. Caueo. 6. Est quoque ita suo nomine aliquem compellare, seu præsentem, seu absentem, vt cum simul alicuius rei testem postules & proferas, etiam contra seipsum. 1. Phil. 31. Te autem, M. Antoni, absentem appello: vnum illum diem, quo in æde Telluris Senatus fuit, non omnibus iis mensibus anteponis? quæ fuit oratio de tua concordia? Pro Clu. 65. Te appello, Oppianice; te, Tite Acti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat: audete negare ab Oppianico Stale-

no

no iudici pecuniam datam. pro Mur. 81. Te appello, Cato: nónne profpicis tempeftatem anni tui? iam enim hefterna concione intonuit vox perniciofa Tribuni. 5. Verr. 212. Te appello, Marcelle: Siciliæ, cùm effes Proconful, præfuifti. Num quæ in tuo imperio pecuniæ cellæ nomine coactæ funt?

v Pronunciando aliquid exprimo, vt literas, & huiufmodi. Brut. 133. De fuauitate appellandarum literarum, noli exfpectare quid dicam. *Combien doucemant, fuauemant Catulus faifoit fonner chaque lettre an parlant, combien fa prononciation agreoit à l'oreille des ecoutans.* Appellant item literas pueri, cùm docentur elementa nominare, & fuo fono pronunciare. Quod Gallicè *Appeler & Epeler*, dicitur.

vi Sæpè eft, opem, vel à Numine, vel ab homine implorare. 7. Verr. 187. Ab omni magiftratu agitatus, quem præter te appellet, habet neminem. Pro Flacco 4. Quem enim alium appellem? quem obtefter? quem implorem?

vii Eft, admonere debitorem, hoc eft, debitum ab eo exigere, repetere. 2. Agr. 99. Nulli populo Romano pro me maiores mei fpoponderunt, mihi creditum eft, à me petere, quod debeo, meipfum appellare debetis. 12. Att. 15. Cocceium velim appelles; quod enim dixerat, non fecit. Pro Quint. 39. Cùm tibi quotidie poteftas fuiffet admonendi, verbum nullum facis: biennio iam confecto ferè, appellas. 16. Fam. 14. Dolabellæ procuratores fac, vt admoneantur: appellabis etiam Appium. 16. Att. 14. Poffumus enim, vt fponfores appellemus, procuratores introducere.

viii Appellare aliquem dicitur, & Appellare aliquem de aliquo, qui eum inuitat & follicitat ad focie

societatem flagitij. Liuius lib. 24.17. Iudex vnum ex coniuratis Theodorum, à quo ipse appellatus erat, nominare potuit. *Le denonçant ne peût declarer autre d'autre les complices, que Theodore par lequel il auoit eté sollicité & suborné à la conspiration.* Liuius lib. 26.124. Sine adiutore Blasius res transigi non poterat. Blasius diu cunctatus inopia magis consilij potioris, quàm spe effectus Dasium appellabat. *Blasius sollicitoit Dasius à faire trahison en faueur des Romains, non pour esperance qu'il eust de le gaigner, mais à faute d'autre moien pour l'issuë de son dessein.* Quintil. lib. 4.c. 2. Vxor marito dixit, se appellatam de stupro à priuigno, & sibi constitutum tempus, & locum. *La famme se plaignit à son mari, d'auoir esté recherchée d'adultere & inceste, par son beau fils, le propre fils de son mari.*

IX *Appellat* alium apud Iudicem, qui eum defert, & criminis accusat. Liuius lib. 26. 123. Cùm starent accusator & reus, Blasius de proditione Dasium appellabat. *Blasius, qui auoit eté deferé à Hannibal comme traitre, par Dasius, estant deuant son Iuge, commança à charger l'accusant de trahison & de l'accuser, au lieu de se iustifier.*

X In Iudiciis appellare superiorem Iudicem dicitur, qui eius opem implorat aduersùs Iudicem inferiorem, qui ab huius iudicio ad illius iudicium prouocat aduersarium. Quamquam hoc differunt appello, & prouoco, quòd appellatur etiam æqualis magistratus, vt aduersùs Tribunum alius Tribunus appellabatur, vt intercederet: quin & Tribunus ipse alium Tribunum appellabat aduersùs suum Collegam. Prouocatur verò ad maiorem potestatem, vt ad populum à Consulibus, & Tribunis, ad Regem à Præsidum tribunali.

tribunali. 6. Verr. 146. In eo cùm iam non solùm discessio facta esset, sed etiam præscriptum, atque in tabulas relatū; Prætor appellatur. Et quis appellat? Magistratus aliquis? nemo. Senator? ne id quidem, *On appele au Preteur de l'arret randu au Senat de Siracuse.* Pro Quint. 64 Cuius procurator à Prætore ad Tribunos appellare ausus sit, cum non defendi, eius bona possideri posse. *Le Procureur duquel a formé appellation, a interietté appel de la santance du Preteur aux Tribuns du peuple, pour auoir esté manifestemant greué.*

APPELLO, is, ere, Probi auctores de homine sic, Appellit quis nauem, classem, naue, classe. Appellitur quis ad: Appellitur naue, classe. De naui autem & classe dicunt, Appellitur nauis, classis, non, Appellit nauis, classis. 3. Verr. 48. Cùm Persæ mille nauium numero classem ad Delum appulissent. 7. Verr. 71. Quòd ad Siciliam appulsos esse dicebat. 7. Verr. 144. Vt eos, qui essent appulsi nauigiis, interficere possent. Liu. l. 8. Classe appulisse constat in Italiam Alexandrum Epiri regem. 13. Att. 21. Cùm ad villam nostram nauis appelleretur. 7. Verr. 63. Nauis appellitur Syracusas. 6. Verr. 103. Classe quondam Masinissæ regis ad eum locum appulsa. 7. Verr. 43. Nauis appulsa Veliam est.

II *Appulit nauis*, leges apud Suetonium in Octauio c. 98. & in Galba c. 10. Sed is non est bonus auctor Latinitatis, vt nec alij, qui deinceps scripserunt plerique, non ergo temerè in omnibus eos imitaberis.

III Transfertur à re nautica & nauigatione ad terrestre iter, diciturque de quoque aduentu, vndecumque se quis afferat. 2. Diu. 44. Visus est in somnis pastor ad me appellere, id est, aduenire.

IV Ad res animi transfertur, ad consilium, institutum, studium declarandum. 2. Orat. 154. Timidè tuam mentem ad Philosophiam appulisti. Pro Rab. Perd. 35. Nec tuas rationes ad eos scopulos appulisses. Terent. Prol. Andriæ. Poëta cùm primùm animum ad scribendum appulit.

APPETO. Appetere aliquid, & appetere manibus aliquid, est manus in illud coniicere, vt apprehendatur. 1. Diu. 46. Cùm dormienti Cyro Sol ad pedes visus esset, ter eum frustra appetiuisse manibus, cùm se conuoluens Sol elaberetur, & abiret: ei Magos dixisse, ex triplici appetitione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum esse, portendi. 2. Diu. 85. Puer lactens mammas appetens. *Ietant les mains contre pour les aprehander.*

II Vitam alicuius appetere, necem ei velle inferre. Appetere quempiam lapidibus, mittere in eum lapides, feriendi causa. Pro Planc. 71. Vitam meam inimicorum meorum modestia nō esse appetitam. Pro S. Ro. 30. Filij vita infesta, sæpè ferro atque insidiis appetita. Pro Dom. 13. A quibus ille se lapidibus appetitum esse dixit, atque etiam percussum, *Auoit esté ataqué à coups de pierre.*

APPLICO. Nauem applicare ad ripam, vt appellere, de quo suprà. Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam, nauim applicuisset. 1. Phil. Nautæ nauim ad eum applicauerunt. 2 de Inuent. 153.

II Translato sensu. Se applicare ad aliquid, idem penè valet, quod studiosè conferre, aut adiungere se ad aliquid, animum & studium inducere. Itaque se alij ad Philosophiam, alij ad ius ciuile applicāt 2. off. 115. Ad hanc potissimùm Philosophiam me applicaui. 4. Aca. 65. Voluptas non potest ad honestatem applicari. 2. de Fin. 37. Qui ad scribendi historiam

historiam maximè se applicauerunt. 2. de Of. 55. Ante rem erit, quòd in itinere se tam familiariter applicauerit. 2. de In. Méque ad Molonem applicaui. de Cla. 316. Opianicus se ad Staleni familiaritatem applicauit. pro Cluent. 46. Sicilia se ad amicitiam fidémque populi Romani applicuit. 4. Verr. 2. Applicare se, & adiungere ad virtutem. de Am. Chrysippus medium se fieri voluit: sed applicat se ad eos potiùs, qui, &c. de Fin. 39. Omnes vires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt. 3. Fam. 11. Ad se diligendum omne animal applicatum est, id est, naturæ inductione propensum. 4. de Fin. 34. Quam qui appetunt, applicant sese, & propiùs admouent. Deinde requirunt, atque appetunt, ad quas se applicent eiusdem generis animantes. de Am. 83. Cui Romę exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset. 1. de Or. 177. Indi, cùm ad flammam se applicuerint, sine gemitu aduruntur. 5. Tusc. 77.

APPONO. Significari idem hoc verbo, quod per Adscribo, Addo, peruulgatum non est. Aristarchus, qui notam apponebat ad malum versum. Pis. 73. Reliquis epistolis tantùm faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit. 13. ep. 6. Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est. Brut. ep. 3.

II Apponere accusatorem, præuaricatorem, *Aposter, suborner contre quelcun vn faux accusateur, vn calomniateur*, &c. 3. Verr. 74. Accusator apponitur ciuis Romanus, de creditoribus Lampsacenorum. *On aposte vn accusateur contre vn pauure innoçant.* 3. Verr. 27. Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. *Il suborne des faux*

 témoins

témoins d'antre ses domestiques, pour dire que cete hoirie etoit confisquée à Venus, à faute d'auoir obserué les conditions du testamant. 4. Verr. 26. Verres calumniatores apponebat, Verres iudicabat. 3. offi c. 61. Non licitatorem venditor, nec, qui contra asse liceatur, emtor apponet. *Celui qui vand, ne doit aposter des acheteurs, des marchandans simulez, qui haussent le pris, qui offrent plus que ne vaut ce, qui est an vante, pour induire les simples à l'acheter à haut pris. Et celui qui achete, ne doit aposter des acheteurs, qui raualent la marchandise, qui an offrent beaucoup moins, qu'elle ne vaut, pour la faire deliurer à, méme pris à celui qui les aposte.* 7 Fam. 3. Nunc tuum pretium noui, licitatorem potiùs apponam, quàm illud minoris veneat. *Puis que ie sçai, que tu ne veux paier que tant, plutost i'aposteray vn ancherisseur simulé, qui surhausse le prix de la vante, que de permettre que tu l'aies à moins, que ce que i'an demande.* 3. Verr. 141. Si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam fore. *Si le marché, le pris-fait de la besongne n'etoit expedié à celui, qu'il auoit aposté.* 2. Phil. 25. Iam vereor, ne præuaricatorem apposuisse videar. *Que ie n'aie aposté vn aduersaire, qui collude, qui s'antande auec moy.*

ARCESSO. Veteres Arcio, pro Adcio, & Accio, sicut Aruenio, pro Aduenio, & multa ad eamdem formam dixerunt, vnde Arcesso, pro Adcesso, id est, aduoco, reuoco, est veteri more vsurpatum. pro S. Rosc. 50. Cùm ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. pro Dom. 7. Cùm P. Lentulus, Q. Metellus me arcesserent in Senatum, ego non venirem.

11 Transfertur extra homines, ad alias res quasvis,

vis,quæ aliunde repetuntur,educuntur.2.Orat.17. Tardi ingenij eſt riuulos conſectari,fontes rerum non videre, & iam ætatis eſt,vſuſque noſtri,à capite,quod velimus, arceſſere, & vnde omnia manant,videre. *Il eſt mieux conuenable à notre âge & experiance,que nous puiſſions traiter vne matiere à fonds. Que de nous mémes,ſans aide d'autrui,ſçachions penetrer le fonds d'vne matiere,l'antandre iuſques au bout, la prandre dés ſon origine, & en diſcourir à plein.*

111 Eſt, in ius vocare,maximè in cauſa criminis, 2. off.51.Hoc præceptum officij diligenter tenendum eſt, ne quem vmquam innocentem in iudicium capitis arceſſas. Pro Deiot.30.Non expetere vitam,non capitis arceſſere. Pro Flac.14.Vt hunc huc iudicio arceſſeret.

ARCESSIO, or, Vide in Accerſio,or.

ARDEO, ſæpè & eleganter traducitur ad ea, quæ quaſi accenſa & inflammata videantur. Sunt autem ea maximè triplicis generis.Primum, homines ipſi ardere dicuntur odio,inuidia,& eiuſmodi vitiis, & affectionibus, vt eorum ſubiecta quædam materia, quibus odia, inuidia, vitia,vt formæ,inhærent. Sic quoque munera publica, & priuata, quibus malè geſtis homines incurrunt odium, inuidiam, qui ea gerunt, metonymicôs flagrare, ardere dicti ſunt. Deinde flagitia, delicta hominum, tanquam formæ iis inhærentes, ardere dici ſolent. Denique ipſa inuidia, ipſum odium ardere, flagrare dicitur, id eſt, vehementer ingraueſcere, velut illarum cauſarum effectus quidam. 4. Phil.4. Antonius ardens odio veſtri. Pro S. R. 88. Qui ardens auaritia fertur.2. Leg. 43. Ardentes cupiditate, metu, conſcientia.1.Qu.fr.14.Vel ſeſtertiûm centies in prę-

auoir mal versé an l'etat de General d'armée. Liuius lib. 26. Cùm Tribunus plebis bis pecunia anquisisset, tertiò capitis se anquirere diceret.

ANTIQVO propriè est rogationem eam quæ fertur, non accipio, negando suffragium perferri non sino, reiicio, repudio. Cuius verbi etymon in eo est, quòd sicut rogationem latam, si populus acciperet, tabella sic inscripta, V. R. hoc est, vti rogas, probabat: ita, si non acciperet, tabella cui inscriptum erat, A, id est, Antiqua, improbabat. Antiqua porrò, præcisa oratione, perinde fuit ac si plena oratione populus rogationi responderet, Antiqua iura valeant, seruentur, in eo scilicet quod rogatur, neque hoc nouum statuatur ius. Inde ortum, Antiquo, verbum, & antiquandæ legis nouæ vsus. Perperam ergo faciunt, qui auctore Nonio, harum ineptiarum assiduo magistro, docent, Antiquare, sicut abrogare, idem valere atque perlatam legem tollere, rescindere. Numquam enim euincent vllo testimonio veterum Scriptorum, nisi si putant fauere sibi vnum Liuij locum, libro vicesimo secundo, qui nequaquam fauet, tametsi Antiquo, Abrogóque ibi copulata scribũtur. *Tullius* 1. Att. 12. Piso, amicitia Clodij ductus, operam dat, vt ea rogatio, quam ipse fert, & fert ex Senatus consulto, de religione, antiquetur. *Piso s'amploie fort à ce que la loi, dont lui méme doit etre le promulgateur par arret du Conseil, ne soit point acceptée par le peuple, d'autant qu'elle derogeroit grandemant à Clodius.* Tullius 1. Att. 13. Cùm dies venisset rogationis ex Senatus consulto ferendæ, concursabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ, & populum, vt antiquaret, rogabant. *Le iour venu que le peuple etoit assamblé pour*

bailler

bailler son suffrage sur la reception de la loi proposée par Piso, vn tas de ieunes hommes, fauteurs de Clodius, supplioit importunémant le peuple de declarer son suffrage auec la tablette de reiection, de desadueu, de negatiue. Liuius libro octauo, sect. centesima quinta. M. Flauius Tribunus pl. tulit ad populum, vt in Tusculanos animaduerteretur, Tribus omnes, præter Polliam antiquarunt legem: Polliæ sententia fuit, puberes verberatos necari. *Tullius* secundo de officiis, sect. septuag. tertia. Philippus in Tribunatu cùm legem agrariam ferret, antiquari facilè passus est.

Vide in Derogo, quid Antiquo differat ab Abrogo, Derogo, Obrogo.

APPELLO, are, est, cùm sis cuipiam dicturus aliquid, eum compellare, salutare etiam, vel suo nomine, vel quouis alio modo, quo eum designes: quod fit vel simpliciter expresso nomine, vel cum adiectione aliqua. 5. Fam. 2. Metellus cùm agere cœpisset, tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat, mihi minabatur. *A tout coup me nommoit par mon nom, pour me randre odieux à l'assamblée.* 5. Verr. 134. Eum, in tanto tuo dedecore, ne verbo quidem grauiore appellasses. *Tu ne l'eusses pas méme appelé d'aucun nom, qui lui peust estre facheux: tu ne lui eusses dit aucune parole facheuse, piquante.* Pro Pomp. 11. Legati quod erant appellati superbiùs, Corinthum patres vestri, totius Græciæ lumen, exstinctum esse voluerunt. *Pource qu'on auoit appelé les Ambassadeurs Romains d'vn certain nom de mepris, qu'on les auoit brocardé insolamment.* Pro Clu. 72. Tum appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandissimè potest. Quid tu, inquit, Pæte? hoc enim Stalenus sibi cognomen delegerat. 13. Phil. 4. Cùm in hunc ordinem

nem venerint, salutabunt, comiter appellabunt vnumquemque.

II Appellare, est conuenire quempiam, cui significes habere te, quod cum eo conferre velis. Plautus Aulul. 1. 4. Euclio est, quod te volo, de communi te appellare mea & tua. Cæsar l. 7. Gall. Belli c. 9. Ibi Cæsar à Virdumaro, atque Eporidorige Æduis appellatus, discit, cum omni equitatu Litauicum ad sollicitandos Æduos profectum, opus esse & ipsos præcedere ad confirmandam ciuitatem. Tullius 6. Att. 3. Caius me ita appellauit: Vnde me iubes petere cibaria?

III Interdum est idem, quod simpliciter nomino, mentionem nominis facio, sine compellatione. 6. Fam. 6. Soleo admirari & grauitatem & iustitiam Cæsaris, qui numquam nisi honorificentissimè Pompeium appellat. At in eius personam multa fecit asperiùs. *Ne nomme iamais Pompée, le nom de Pompée, qu'auec grand respet.* Tullius pro Cæcina, sect. 54. Lex vsum, auctoritatem fundi, iubet esse biennem. At eodem iure vtimur in ædibus, quæ in lege non appellantur. *Nous vsons ancores de ce méme droit au fait des maisons, quoi qu'elles ne soient pas nommées, ni specifiées en la loi.*

IV Excipio. 4. Caueo. 6. Est quoque ita suo nomine aliquem compellare, seu præsentem, seu absentem, vt cum simul alicuius rei testem postules & proferas, etiam contra seipsum. 1. Phil. 31. Te autem, M. Antoni, absentem appello: vnum illum diem, quo in æde Telluris Senatus fuit, non omnibus iis mensibus anteponis? quæ fuit oratio de tua concordia? Pro Clu. 65. Te appello, Oppianice; te, Tite Acti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat: audete negare ab Oppianico Staleno

ao iudici pecuniam datam. pro Mur. 81. Te appello, Cato: nónne prospicis tempestatem anni ui? iam enim hesterna concione intonuit vox perniciosa Tribuni. 5. Verr. 212. Te appello, Marcelle: Siciliæ, cùm esses Proconsul, præfuisti. Num quæ in tuo imperio pecuniæ cellæ nomine coactæ unt?

v Pronunciando aliquid exprimo, vt literas, & huiusmodi. Brut. 133. De suauitate appellandarum literarum, noli exspectare quid dicam. *Combien doucemant, suauemant Catulus faisoit sonner chaque lettre an parlant, combien sa prononciation agreoit à l'oreille des ecoutans.* Appellant item literas pueri, cùm docentur elementa nominare, & suo sono pronunciare. Quod Gallicè *Appeler & Epeler*, dicitur.

vi Sæpè est, opem, vel à Numine, vel ab homine implorare. 7. Verr. 187. Ab omni magistratu agitatus, quem præter te appellet, habet neminem. Pro Flacco 4. Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem?

vii Est, admonere debitorem, hoc est, debitum ab eo exigere, repetere. 2. Agr. 99. Nulli populo Romano pro me maiores mei spoponderunt, mihi creditum est, à me petere, quod debeo, meipsum appellare debetis. 12. Att. 15. Cocceium velim appelles; quod enim dixerat, non fecit. Pro Quint. 39. Cùm tibi quotidie potestas fuisset admonendi, verbum nullum facis: biennio iam confecto fere, appellas. 16. Fam. 14. Dolabellæ procuratores fac, vt admoneantur: appellabis etiam Appium. 16. Att. 14. Possumus enim, vt sponsores appellemus, procuratores introducere.

viii Appellare aliquem dicitur, & Appellare aliquem de aliquo, qui eum inuitat & sollicitat ad socie

societatem flagitij. Liuius lib. 24.17. Iudex vnum ex coniuratis Theodorum, à quo ipse appellatus erat, nominare potuit. *Le denonçant ne peût declarer autre d'antre les complices, que Theodoric par lequel il auoit eté sollicité & suborné à la conspiration.* Liuius lib. 26.124. Sine adiutore Blasio res transigi non poterat. Blasius diu cunctatus inopia magis consilij potioris, quàm spe effectus Dasium appellabat. *Blasius sollicitoit Dasius à faire trahison en faueur des Romains, non pour esperance qu'il eust de le gaigner, mais à faute d'autre moien pour l'issuë de son dessein.* Quintil. lib. 4.c.2. Vxor marito dixit, se appellatam de stupro à priuigno, & sibi constitutum tempus, & locum. *La famme se plaignit à son mari, d'auoir esté recherchée d'adultere & inceste, par son beau fils, le propre fils de son mari.*

IX *Appellat* alium apud Iudicem, qui eum defert, & criminis accusat. Liuius lib. 26.123. Cùm starent accusator & reus, Blasius de proditione Dasium appellabat. *Blasius, qui auoit eté deferé à Hannibal comme traitre, par Dasius, estant deuant son Iuge, commança à charger l'accusant de trahison, & de l'accuser, au lieu de se iustifier.*

X In Iudiciis appellare superiorem Iudicem dicitur, qui eius opem implorat aduersùs Iudicem inferiorem, qui ab huius iudicio ad illius iudicium prouocat aduersarium. Quamquam hoc differunt appello, & prouoco, quòd appellatur etiam æqualis magistratus, vt aduersùs Tribunum alius Tribunus appellabatur, vt intercederet: quin & Tribunus ipse alium Tribunum appellabat aduersùs suum Collegam. Prouocatur verò ad maiorem potestatem, vt ad populum à Consulibus, & Tribunis, ad Regem à Præsidum tribunali

tribunali. 6. Verr. 146. In eo cùm iam non solùm discessio facta esset, sed etiam præscriptum, atque in tabulas relatū;Prætor appellatur. Et quis appellat? Magistratus aliquis? nemo. Senator?ne id quidem, *On appele au Preteur de l'arret randu au Senat de Siracuse.* Pro Quint.64 Cuius procurator à Prætore ad Tribunos appellare ausus sit, cum non defendi, eius bona possideri posse. *Le Procureur duquel a formé appellation, a interiecté appel de la santance du Preteur aux Tribuns du peuple,pour auoir esté manifestemant greué.*

APPELLO, is, ere, Probi auctores de homine sic,Appellit quis nauem,classem,naue,classe. Appellitur quis ad:Appellitur naue,classe. De naui autem & classe dicunt, Appellitur nauis, classis, non, Appellit nauis,classis.3.Verr.48. Cùm Persæ mille nauium numero classem ad Delum appulissent.7.Verr.71. Quòd ad Siciliam appulsos esse dicebat. 7. Verr. 144. Vt eos, qui essent appulsi nauigiis, interficere possent.Liu.l. 8. Classe appulisse constat in Italiam Alexandrum Epiri regem. 13. Att. 21. Cùm ad villam nostram nauis appelleretur. 7. Verr. 63. Nauis appellitur Syracusas. 6. Verr. 103. Classe quondam Massinissæ regis ad eum locum appulsa. 7. Verr. 43. Nauis appulsa Veliam est.

II *Appulit nauis*, leges apud Suetonium in Octauio c. 98. & in Galba c. 10. Sed is non est bonus auctor Latinitatis, vt nec alij, qui deinceps scripserunt plerique,non ergo temerè in omnibus eos imitaberis.

III Transfertur à re nautica & nauigatione ad terrestre iter,diciturque de quoque aduentu, vndecumque se quis afferat. 2. Diu. 44. Visus est in somnis pastor ad me appellere,id est,aduenire.

IV Ad res animi transfertur, ad consilium, institutum, studium declarandum. 2. Orat. 154. Timidè tuam mentem ad Philosophiam appulisti. Pro Rab. Perd. 35. Nec tuas rationes ad eos scopulos appulisses. Terent. Prol. Andriæ. Poëta cùm primùm animum ad scribendum appulit.

APPETO. Appetere aliquid, & appetere manibus aliquid, est manus in illud coniicere, vt apprehendatur. 1. Diu. 46. Cùm dormienti Cyro Sol ad pedes visus esset, ter eum frustra appetiuisse manibus, cùm se conuoluens Sol elaberetur, & abiret: ei Magos dixisse, ex triplici appetitione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum esse, portendi. 2. Diu. 85. Puer lactens mammas appetens. *Ietant les mains contre pour les aprehander.*

II Vitam alicuius appetere, necem ei velle inferre. Appetere quempiam lapidibus, mittere in eum lapides, feriendi causa. Pro Planc. 71. Vitam meam inimicorum meorum modestia nõ esse appetitam. Pro S. Ro. 30. Filij vita infesta, sæpè ferro atque insidiis appetita. Pro Dom. 13. A quibus ille se lapidibus appetitum esse dixit, atque etiam percussum, *Auoit esté ataqué à coups de pierre.*

APPLICO. Nauem applicare ad ripam, vt appellere, de quo suprà. Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam, nauim applicuisset. 1. Phil. Nautæ nauim ad eum applicauerunt. 2 de Inuent. 153.

II Translato sensu. Se applicare ad aliquid, idem penè valet, quod studiosè conferre, aut adiungere se ad aliquid, animum & studium inducere. Itaque se alij ad Philosophiam, alij ad ius ciuile applicãt 2. off. 115. Ad hanc potissimùm Philosophiam me applicaui. 4. Aca. 65. Voluptas non potest ad honestatem applicari. 2. de Fin. 37. Qui ad scribendi historiam

historiam maximè se applicauerunt. 2. de Or. 55. Ante rem erit, quòd in itinere se tam familiariter applicauerit. 2. de In. Méque ad Molonem applicaui. de Cla. 316. Opianicus se ad Staleni familiaritatem applicauit. pro Cluent. 46. Sicilia se ad amicitiam fidémque populi Romani applicuit. 4. Verr. 2. Applicare se, & adiungere ad virtutem. de Am. Chrysippus medium se fieri voluit: sed applicat se ad eos potiùs, qui, &c. de Fin. 39. Omnes vires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt. 3. Fam. 11. Ad se diligendum omne animal applicatum est, id est, naturæ inductione propensum. 4. de Fin. 34. Quam qui appetunt, applicant sese, & propiùs admouent. Deinde requirunt, atque appetunt, ad quas se applicent eiusdem generis animantes. de Am. 83. Cui Romę exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset. 1. de Or. 177. Indi, cùm ad flammam se applicuerint, sine gemitu aduruntur. 5. Tusc. 77.

APPONO. Significati idem hoc verbo, quod per Adscribo, Addo, peruulgatum non est. Aristarchus, qui notam apponebat ad malum versum. Pis. 73. Reliquis epistolis tantùm faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit. 13. ep. 6. Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est. Brut. ep. 3.

11 Apponere accusatorem, præuaricatorem, *Aposter, suborner contre quelcun vn faux accusateur, vn calomniateur*, &c. 3. Verr. 74. Accusator apponitur ciuis Romanus, de creditoribus Lampsacenorum. *On aposte vn accusateur contre vn pauure innoçant*. 3. Verr. 27. Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. *Il suborne des faux*

témoins d'antre ses domestiques, pour dire que cete heirie etoit confisquee à Venus, à faute d'auoir obserué les conditions du testament. 4. Verr. 26. Verres calumniatores apponebat, Verres iudicabat. 3. offi c. 61. Non licitatorem venditor, nec, qui contra asse liceatur, emtor apponet. *Celui qui vand, ne doit aposter des acheteurs, des marchandans simulez, qui haussent le pris, qui offrent plus que ne vaut ce, qui est an vante, pour induire les simples à l'acheter à haut pris. Et celui qui achete, ne doit aposter des acheteurs, qui raualent la marchandise, qui an offrent beaucoup moins, qu'elle ne vaut, pour la faire deliurer à méme pris à celui qui les aposte.* 7 Fam. 3. Nunc tuum pretium noui, licitatorem potiùs apponam, quàm illud minoris veneat. *Puis que ie sçai, que tu ne veux paier que tant, plutost i'aposteray vn ancherisseur simulé, qui surhausse le prix de la vante, que de permettre que tu l'aies à moins, que ce que i'an demande.* 3. Verr. 141. Si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam fore. *Si le marché, le pris-fait de la besongne n'etoit expedié à celui, qu'il auoit aposté.* 2. Phil. 25. Iam vereor, ne præuaricatorem apposuisse videar. *Que ie n'aie aposté vn aduersaire, qui collude, qui s'antande auec moy.*

ARCESSO. Veteres Arcio, pro Adcio, & Accio, sicut Aruenio, pro Aduenio, & multa ad eamdem formam dixerunt, vnde Arcesso, pro Adcesso, id est, aduoco, reuoco, est veteri more vsurpatum. pro S. Rosc. 50 Cùm ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. pro Dom. 7. Cùm P. Lentulus, Q. Metellus me arcesserent in Senatum, ego non venirem.

11 Transfertur extra homines, ad alias res quasvis,

vis, quæ aliunde repetuntur, educuntur. 2. Orat. 17. Tardi ingenij est riuulos consectari, fontes rerum non videre, & iam ætatis est, vsúsque nostri, à capite, quod velimus, arcessere, & vnde omnia manant, videre. *Il est meshui conuenable à notre âge & experiance, que nous puissions traiter vne matiere à fonds. Que de nous mémes, sans aide d'autrui, sçachions penetrer le fonds d'vne matiere, l'antandre iusques au bout, la prandre dés son origine, & en discourir à plein.*

111 Est, in ius vocare, maximè in causa criminis, 2. off. 51. Hoc præceptum officij diligenter tenendum est, ne quem vmquam innocentem in iudicium capitis arcessas. Pro Deiot. 30. Non expetere vitam, non capitis arcessere. Pro Flac. 14. Vt hunc huc iudicio arcesseret.

ARCESSIO, or, Vide in Accersio, or.

ARDEO, sæpè & eleganter traducitur ad ea, quæ quasi accensa & inflammata videantur. Sunt autem ea maximè triplicis generis. Primum, homines ipsi ardere dicuntur odio, inuidia, & eiusmodi vitiis, & affectionibus, vt eorum subiecta quædam materia, quibus odia, inuidia, vitia, vt formæ, inhærent. Sic quoque munera publica, & priuata, quibus malè gestis homines incurrunt odium, inuidiam, qui ea gerunt, metonymicôs flagrare, ardere dicti sunt. Deinde flagitia, delicta hominum, tanquam formæ iis inhærentes, ardere dici solent. Denique ipsa inuidia, ipsum odium ardere, flagrare dicitur, id est, vehementer ingrauescere, velut illarum causarum effectus quidam. 4. Phil. 4. Antonius ardens odio vestri. Pro S. R. 88. Qui ardens auaritia fertur. 2. Leg. 43. Ardentes cupiditate, metu, conscientia. 1. Qu. fr. 14. Vel sestertiûm centies in prę-

témoins d'antre ses domestiques, pour dire que cete heirie etoit confisquee à Venus, à faute d'auoir obserué les conditions du testamant. 4. Verr. 26. Verres calumniatores apponebat, Verres iudicabat. 3. offi c. 61. Non licitatorem venditor, nec, qui contra asse liceatur, emtor apponet. *Celui qui vand, ne doit aposter des acheteurs, des marchandans simulez, qui haussent le pris, qui offrent plus que ne vaut ce, qui est an vante, pour induire les simples à l'acheter à haut pris. Et celui qui achete, ne doit aposter des acheteurs, qui raualent la marchandise, qui an offrent beaucoup moins, qu'elle ne vaut, pour la faire deliurer à méme pri: à celui qui les aposte.* 7. Fam. 3. Nunc tuum pretium noui, licitatorem potiùs apponam, quàm illud minoris veneat. *Puis que ie sçai, que tu ne veux paier que tant, plutost i'aposteray vn ancherisseur simulé, qui surhausse le prix de la vante, que de permettre que tu l'aies à moins, que ce que i'an demande.* 3. Verr. 141. Si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam fore. *Si le marché, le pris-fait de la besongne n'etoit expedié à celui, qu'il auoit aposté.* 2. Phil. 25. Iam vereor, ne præuaricatorem apposuisse videar. *Que ie n'aie aposté vn aduersaire, qui collude, qui s'antande auec moy.*

ARCESSO. Veteres Arcio, pro Adcio, & Accio, sicut Aruenio, pro Aduenio, & multa ad eamdem formam dixerunt, vnde Arcesso, pro Adcesso, id est, aduoco, reuoco, est veteri more vsurpatum. pro S. Rosc. 50 Cùm ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. pro Dom. 7. Cùm P. Lentulus, Q. Metellus me arcesserent in Senatum, ego non venirem.

11 Transfertur extra homines, ad alias res quasvis,

vis, quæ aliunde repetuntur, educuntur. 2. Orat. 17. Tardi ingenij est riuulos consectari, fontes rerum non videre, & iam ætatis est, vsúsque nostri, à capite, quod velimus, arcessere, & vnde omnia manant, videre. *Il est meshui conuenable à notre âge & experiance, que nous puissions traiter vne matiere à fonds. Que de nous mémes, sans aide d'autrui, sçachions penetrer le fonds d'vne matiere, l'antandre iusques au bout, la prandre dés son origine, & en discourir à plein.*

111 Est, in ius vocare, maximè in causa criminis, 2. off. 51. Hoc præceptum officij diligenter tenendum est, ne quem vmquam innocentem in iudicium capitis arcessas. Pro Deiot. 30. Non expetere vitam, non capitis arcessere. Pro Flac. 14. Vt hunc huc iudicio arcesseret.

ARCESSIO, or, Vide in Accersio, or.

ARDEO, sæpè & eleganter traducitur ad ea, quæ quasi accensa & inflammata videantur. Sunt autem ea maximè triplicis generis. Primum, homines ipsi ardere dicuntur odio, inuidia, & eiusmodi vitiis, & affectionibus, vt eorum subiecta quædam materia, quibus odia, inuidia, vitia, vt formæ, inhærent. Sic quoque munera publica, & priuata, quibus malè gestis homines incurrunt odium, inuidiam, qui ea gerunt, metonymicôs flagrare, ardere dicti sunt. Deinde flagitia, delicta hominum, tanquam formæ iis inhærentes, ardere dici solent. Denique ipsa inuidia, ipsum odium ardere, flagrare dicitur, id est, vehementer ingrauescere, velut illarum causarum effectus quidam. 4. Phil. 4. Antonius ardens odio vestri. Pro S. R. 88. Qui ardens auaritia fertur. 2. Leg. 43. Ardentes cupiditate, metu, conscientia. 1. Qu. fr. 14. Vel sestertiûm centies in prę-

rogatiua constituunt pronnnciare:res ardet inuidia. *Telles brigues & dissansions sont fort odieuses. On les trouue fort mauuaises. On en parle fort mal.* Pro Mil. 40. Omnia tum in illum odia ciuium ardebant, desiderio mei. *Les Citoiens lui vouloient mal de mort, le haïssoient estrangemant, pour le regret qu'ils auoient de mon absance.* Ardet porrò inuidia, odio, & is, qui odit, inuidet, & is, quem alij oderunt, cuique inuident. 4. Phil. 4. Antonius ardens odio vestri. *Qui vous haït mortellemant.* 3. Orat. 8. Crassus non vidit flagrantem bello Italiam, non ardentem odio Senatum. *Il n'a pas tant veeu, que de voir les actions du Senat blamées du commun, que sa façon de proceder est trouuée mauuaise.* V. Flagro, quod eodem & sensu & constructione ponitur. Quod vrit inuidiam, pro eo, quod eam incendit, inflammat, dixit Liu. lib. 40. 33.

II Ardere studio, ira, amore, dolore, oculos, vultum, &c. Ardere bello, seditione, discordiis ardere prouinciam, oppidum, &c. eius generis cuique sunt obuia.

ARGVO, Criminibus, & sceleribus tribui peruulgatum non est. An non intelligis, quales viros mortuos summi sceleris arguas? pro Rab. 26. Arguere aliquem alicuius facinoris. pro Cœl. 1. Nunc non modò te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. 7. in Ver. 45. Negare oportebit de vita eius, & moribus quæri, sed de eo crimine, de quo arguatur. 2. de In. 37.

II *Argutus*, argutia non solùm orationi, & ingenij acumini tribuitur, sed etiam oculis, manibus, & iis rebus, quæ quasi loquantur, argumenta alicuius rei exhibent sensibus. Gallinaceum fel: sunt enim, qui vel argutissima hæc exsta esse dicant. 2. D. 29.

Oculi

Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. 1. de L. 27. *Yeux trop remuans.* Manus minùs arguta, digitis subsequens, verba non exprimens. 1. de Or. 218. Literæ quàm argutissimæ, 6. Att. 5. *Lettres, qui traitent fort subtilemant de tout, & par le menu.* Vereor, ne tibi arguta nimium hæc sedulitas videatur. l. 8. Fam. 1. *soin trop diligent, soin affecté.* Ex ambiguo dicta, vel argutissima putantur. Tullius, secundo de Orat. sectione 240. *Les rancontres soudains, & non attandus, fondés sur equiuoque, sont estimés antre les plus aigus & subtils.* Poëma facit ita festiuum, elegans, concinnum, vt nihil fieri possit argutius. Tullius, nona Philipp. sectione 70. *Il sçait faire vne piece de poësie, si gaillardemant inuantée, poursuiuie, ornée, & polie, qu'il ne se peut rien voir de plus industrieux, & gentil.*

¶ ARROGO, seu Adrogo, are. Apud veteres Romanos, is Arrogare dictus est, qui adhibita Rogatione, à populo publicè peteret, vt liceret sibi adoptare, ac sui iuris facere adolescentẽ, quẽ filij, ac hæredis loco esset habiturus: quæ ad populum Rogatio concipiebatur in hæc verba: Velitis, iubeatis, Quirites, vt Lucius Mæuius Publio Titio, tam iure legéque, filius siet, quàm si ex se patre matréque familias eius natus esset: vtíque ei vitæ necísque in eum potestas siet, vti patri endo filio est. *Consantés, & ordonnés par vos suffrages, que Lucius Meuius, au vertu du droit Romain, & an suite de la loi, soit çansé & tenu aussi vraiemant fils legitime de Publius Titius, comme s'il auoit eté angeandré & né du méme Titius, & de sa famme, & que Titius ait pouuoir absolu de vie & de mort, sur Meuius, tel que le pere a, selon le droit Romain, sur son fils.* Huiusmodi autem Adoptatio, quo-

niam, intercedente populi rogatione, peragebatur. Adrogatio est appellata, & Adrogator dictus, qui rogando populo, adoptaret. Est igitur Adrogare, tum rogato, tum suffragante populo, filij adoptiui ius sibi acquirere.

¶ 11 Arrogo itaque, ab illa ratione quęrendorũ liberorum, per Adrogationẽ, traducitur ad ea omnia, quæ quis, seu iure, seu iniuria, sibi, vti propria, sumit, ac vindicat. Est faceti hominis, cùm de sapiẽtia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentẽ, qui sibi arrogent. Tullius in Bruto, sect. 291. *C'est vn trait d'homme accort & plaisant, lors qu'on est sur la conteste de la sagesse, d'aduoüer, qu'il en est despourueu, pour sa part, & en gaussant ceux, qui se l'attribuẽt, dire, qu'ils en ont de reste.* Mihi non sumo tantũ, iudices, neque Arrogo, vt Cnæum Planciũ suis erga me meritis impunitatẽ consecuturum putem. Tullius pro Plancio, sect. tertia. Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrogo, vt exploratum habeam, quidquid nos communi sententia statuerimus, id omnes homines probaturos. Tullius, libro quarto, epistola prima.

¶ AS, assis, seu ASSIS, assis, variam & elegantem, in multiplici rerum genere, Latinitatis copiam nobis subministrat, cuius selectissima capita libabimus. As, apud veteres Romanos, illud omne appellatur, quod sub partitionem cadit, ídque diuiditur in portiones æquales duodecim, quæ Vnciæ vocantur illius totius, seu Assis.

¶ Assis Vncia quęlibet cõtinet Scrupulos, seu Scrupula viginti quatuor, Sextulas verò sex. Est igitur Scrupulus pars Assis ducẽtesima octogesima octaua: Sextula verò est Assis portio septuages. secũda.

¶ Assis Vncia & dimidia, eadẽ vocatur Sescuncia: eiusdem duæ Vnciæ, sunt sextans Assis: tres Vnciæ, Quadrans

Quadrans Assis: quatuor Vnciæ, Triens: quinque Vnciæ, Quincunx: sex Vnciæ, Semis: septem Vnciæ, Septunx: octo Vnciæ, Bes: nouem Vnciæ, Dodrans: decem Vnciæ, Decunx, seu Dextans: vndecim Vnciç, Deunx: duodecim Vnciæ, sunt ipse As, seu Libella, hoc ipsum totum, ipsius rei summa, in duodecim Vncias sectilis.

¶ 1 Sollemne fuit Romanis vniuersæ hæreditatis summam Assis nomine designare. Vnde sunt apud scriptores illæ frequentes loquendi formulæ, Hæres ex Asse, ex Quadrante, ex Triente, ex Sextante, ex Vncia, ex Sextula. Testamento facto mulier moritur: facit hæredem ex Deunce, & Semuncia Cæcinnam: ex duabus Sextulis Marcum Fulcinium: Ebutio Sextulam aspergit. *Tullius*, pro Cæcinna, sectione decima septima *La famme de Cecinna meurt, aiant fait son testamant, par lequel elle crea son mari heritier des onze parts & demie, les douze faisans le tout, de tous ses biens, & donne à Fulcinius deux septante-deuxiemes, à Ebutius vne septante-deuxieme de l'hoirie.* Mortuus Babullius. Cæsar, opinor, ex Vncia: etsi nihil adhuc: sed Lepta ex Triente. Tullius, libro decimo tertio ad Atticum, epistola 46. *Babullius est mort. Cesar en est heritier d'vne douzieme: mais Lepta du tiers de l'hoirie.* Testamento, quod Antistius Romæ fecerat, hæres ex parte dimidia, & tertia, est Capito: in Sextante sunt, quorum pars, sine vlla querela publica potest esse; ea est ad sestertiûm tricena millia. Tullius, libro decimo tertio, epistola 29. Qui ex Quadrante hæres, responderit se hæredem ex Asse, in Assem instituta actione conuenietur. D. De interrog. in iure faciendis, lege XI *Celui, qui etant heritier d'vn quart seulemant, aura repondu an iugemant, qu'il est heritier vniuersel, sera conuenu an iustice, pour raison de*

toute l'hoirie Si interrogatus quis,an hæres ex Asse esset,responderit ex parte;si ex dimidia esset, nihil ei nocere responsum. Lege xi, D. De interrog. in iure faciend. Possessor is accipiendus est, qui in agro, vel in ciuitate, rem soli possidet, aut ex Asse, aut pro parte. Lege xv, D. Qui satisdare cogantur. *Celui, qui possede vn fonds, ou totalemant, ou an partie.* A te peto, Seia, quidquid, ex hęreditate mea, ad te peruenict, restituas filio, retentis tibi hortis meis: quæritur, an, cùm dodrantem hæreditatis restituerit, hortos in Assem vindicare Seia debeat. Lege xl, D. De legatis & fideicommissis. *Sçauoir-mon, si Seia se peut approprier le totage des iardins susdits.* Titius fundum Caio Seio pignori dedit, deinde Sempronio, & Caio Seio eumdem fundum in Assem vẽdidit. Lege ix, D. Quibus modis hypotheca soluitur. *Titius auoit angagé vn fonds à Seius, & depuis l'a vandu, à pur & à plein, à Sempronius, & au méme Seius.* Siue ex Asse, siue ex parte, legatum quis debeat, cauere debet, siue institutus sit hæres, siue substitutus. Lege prima, D. Vt legat. seu fideicommiss. causa cau. *Qui est obligé à vn legat, soit pour le tout, soit an partie, an doit donner asseurance au legataire.*

¶ 11 As, & Assis omnes partes, frequenter vsurpantur in re agraria. Iugerum enim, Assis nomine significatur, & vniuersæ iugeri portiones iisdem planè appellationibus, quibus Assis partes, designantur. Iugerum habet scrupula ducenta octoginta octo, quantum habet As. Varro, libro primo Rei Rusticæ, capite decimo. *L'Arpant Romain contient deux çans quatre vints & huit Scrupules, ou portions de terre, de dix pieds an quarrure, autant que l'As, ou la Liure, an matiere de poids, contient de tiers de drachme, ou de Scrupules.* Antiquus noster As, ante Punicum bellum, pendebat bina iugera, quot à Romulo

mulo primùm diuisa dicebantur: quæ, quòd hæredem sequerentur, hæredium appellarunt: hæc posteà dicta est centuria. Varro, ibidem. *L'Ærpant de terre ancien, contenoit deux arpans de notre âge, autant qu'an auoit eté assigné iadis, par Romulus, à chaque citoien Romain.* Iugeri pars quingentesima septuagesima sexta, pedes efficit quinquaginta, id est, iugeri dimidium Scrupulum. Iugeri pars ducentesima octogesima octaua, pedes centum efficit, hoc est, Scrupulum. *Columella*, libro quinto, capite primo. Iugeri pars septuagesima secunda, seu pedes quadringenti, hoc est, Sextula, in qua sunt Scrupula quatuor. Iugeri pars quadragesima octaua, pedes sexcenti, hoc est, Sicilicus, in quo sunt Scrupula sex. *Columella*, ibidem. Iugeri pars vicesima quarta, pedes mille ducenti, hoc est, Semuncia, in qua sunt Scrupula duodecim. Iugeri pars duodecima, pedes bis mille & quadringenti, hoc est, Vncia, in qua sunt Scrupula viginti & quatuor. *Columella*, loco citato. Iugeri pars sexta, pedes quater mille, & octingenti, hoc est, Sextans, in qua sunt Scrupula quadraginta & octo. *Columella*, ibidem. Decem millia pedum quadratorum efficiunt iugeri Trientem, & Sextulam. Columella, libro quinto, capite secundo. *Dix milles pieds de terre an quarrure, font un tiercean d'arpant, & une soixante & douzieme partie d'arpant.*

¶ 111 As, minutus nummus æreus apud veteres Romanos, Francicorum denariolorum quatuor, & vnius quintæ, cui pretio par fuit Libella, argenteolus nummus Romanus. Ab eiusmodi porrò exiguitate pretij, vsuuenit apud Romanos, vt As, pro quauis tenui summa pecuniæ, pronunciaretur. In caritate annonæ, Marcus Seius Asse modium populo dedit. *Tullius*, secundo Offic. sect. quinqua-

gesima octaua. *Marcus Seius, durant la cherté, vandit, quasi pour neant, le boisseau du bled à la pauure populace.* Non licitatorem venditor, nec, qui contra Asse liceatur, emtor opponet. *Tullius*, tertio Offic. sect. sexag. prima. *Le vandeur à anchere n'apostera pas vn ancherisseur, qui par des mises excessiues, surhausse le vrai pris de la vante: ni à l'opposite, l'acheteur n'an supposera point vn autre, qui, par des menuës mises, rauale le iuste pris de l'anchere.* Tum Næuius, qui Quinctium summas in angustias adductum putaret, vt eum suis conditionibus, in ipso articulo temporis, astringeret, negat Assem sese daturum. *Tullius*, pro Quinctio, sect. decima nona. *Lors Neuius, croiant que Quinctius etoit reduit à toute extremité, le prenant sur le point de cete detresse, pour le contraindre de se ranger à sa discretion, refuse tout à plat de lui fournir vne maille.*

¶ ASCISCO, seu Adscisco, sceere. Scisco, vnde ductum est Ascisco, præter alia, idem valet atque, approbo, & approbando accipio, vtendum vsurpo, apud Tullium, Liuium, ac reliquos scriptores Latinos. De vnciario fenore, ab Tribunis plebis rogatio est perlata: & plebs eam aliquantò cupidiùs *sciuit* accepítque. *Les Tribuns du peuple proposerent, & firent receuoir vne loi pour reduire les excessiues vsures à douze pour cent: & la populace donna ses suffrages, & accepta cete loi, plus affectueusemant, qu'elle n'auoit fait l'autre precedante.* Liuius, libro septimo, sectione quadragesima tertia.

¶ Eodem itaque loquendi genere, ac sensu, dicimur ea Asciscere, quæcumque aliunde assumta, consuetudine & vsu exercenda inducimus. Hos augures ne ipsæ quidem fabulæ *asciuissent*, si res omninò repudiaretur. Tullius, secundo de Natura Deor. sect. 7. *Si l'art de deuiner par la voie des augures,*

res, & auspices, etoit de soi tout à fait reietable, les fables mémes n'auroient pas receu les augures & deuins, & fait mention d'iceux. Sacerdotū duo genera sunto: vnum, quod præsit cærimoniis, & sacris: alterum, quod interpretetur fatidicorum, & vatum effata incognita, cùm senatus, populúsque *adsciuerit.* Tullius, secundo de legibus, sectione vicesima. *L'autre sorte de Pretres ait charge de donner l'explication & le sens des obscures predictions des deuins, lors que le Senat & le peuple, les auront receuës, acceptées, & mises en vsage.* Bonos boni diligunt, adsciscúntque sibi, quasi propinquitate coniunctos. 2. de Am. 50. Neque istam mihi adscisco sapientiam, quam nonnulli in me requirebant. pro Dom. 97. Eos expertes illius prudentiæ, quam sibi adsciscerent. 1. de Or. 87. Nihil vnquam dixi de me sublatiùs adsciscendæ laudis causa. pro Dom. 95. Is omnes perditos ad hoc incredibile sceleris fœdus adsciuit. 2. Catil. 8. Aliquem non modò non segregandum, cùm sit ciuis, à numero ciuium: sed etiam si non esset, adsciscendum esse. pro Arch. 4. *Deuoir estre receu au nombre des bourgeois.* Omnes mutare ciuitatem possunt, modò adsciscantur ab ea ciuitate. pro Cor. 24. Sacra ista adscita ex Phrygia fuerunt. de Arus. 27. Idcircò hanc consuetudinem libenter adsciuimus. de Cla. 209. Qui Tyranni nomen adsciuit sibi. ad Bru. ep. 26. Alij censent primum adscitum, doloris vacuitatem, & primum declinatum, dolorem.

ASCRIBO, Adscribo. Nunc attribuo, nunc Adiungo valet, pro varia materia. Inde duci videtur, quod qui in colonias nomen dedissent, vt essent coloni, Adscriptitij agricolæ dicti sunt, certis agris sic attributi, vt iis adhærescerent quasi ipsarum possessionum portio essent, vt ait Festus, vnde ad

de ad alia est deriuatum, vt ea dicamus Adscribere, quæ attribuimus alicui rei, aut etiam adiungimus. Bonos exitus bonorum adscribimus, attribuimúsque, sine vlla ratione, diis immortalibus. 3. de Nat. 89. Gaudeo, quòd vulgò hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. 4. Att. 20. Adscribe ad iudicium tuum meam quoque sententiam. Pro R. P. 1. *Fai etat que ie suis de ton opinion.* Qui Thucydidem laudabit, adscribet suæ nostram sententiam. de Opt. 16. *Qu'il sçache que nous sommes de méme aduis que lui.* Hunc ad tuum numerum libenter adscribito. 1. Q. fr. 1. Et ad hoc genus adscribamus etiam narrationes apologorum. 2. de Or. 264. *Metons au rang.* Tu verò adscribe me talem in numerum. 2. Phil. 34. Vtinam ego tertius amicus vobis adscriberer. 5. Tusc. 63. Tyrannus petiuit, vt se in amicitiam tertium adscriberent. 2. Off. 45. *Qu'ils le receussent pour vn troisieme.* Archias Heracleæ adscriptus est. pro Arch. 8. *A eté anrolé antre les Bourgeois.* Præsertim cùm in aliis ciuitatibus essent adscripti. 7. *Mis au rang des confederez, alliez.* Ostenderunt ea se scripturos, atque laturos, quibus adscriptis susceptísque beatè viuerent. 2. de Leg. 11.

11 Ascribere diem epistolæ, scripto, *Apposer la date à vn escrit, le dater.* Adscribere scripto diem, & Consulem, *Dater vne ecriture du iour & an qu'elle est faite.* Scriptum sine die & Consule, *ecrit sans date de iour & an.* L. prima, D. de edendo. Editiones instrumentorum sine die & Consule fieri debere. *Ne deuoir étre datées.* V. Præferre diem.

ASPERGO, Adspergo. Aspergere aliquid alicui rei, & Aspergere aliquam rem aliqua re. Hostiam immolare noluit, ne aram sanguine asper-

geret.

geret. 3. de Nat. 88. Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aſpergis. 1. Vat. 41. Nequa ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergatur. in Vat. 15. Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus. 6. fam. Qui iſtius facti non modò ſuſpicione, ſed ne infamia quidem eſt aſperſus. pro Cœlio, 23. Æbutio ſextulam aſpergit, id eſt, hæredem facit ex ſextula. Pro Cæc. 17. Id eſt, legat ei hæreditatis portiunculam. Hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis? Pro Plan. 30. Hæc aſperſi, vt ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere. 2. fam. 16. Huic generi orationis aſpergentur etiam ſales. Orat. 87. *Les faceties, mots de risée.* Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola, hoc aſperſit moleſtiæ, quòd. 1. Q. fr. 9. Atque etiam ipſe conditor totius negotij guttam aſperſit huic bulbo. Pro Clu. 71. Iocus petitus à notatione nominis. *Il a fait vne sauce à vne racine de peu de gout.* Si illius facilitatem comitatémque tuæ grauitati & ſeueritati aſperſeris. Pro Mur. 66. Idcircò illa in omni parte orationis ſumma arte aſpergi videbatis. Pro Cor. 56. Aſperſa temerè pigmẽta in tabula, oris lineamenta effingere poſſunt. 1. de D. 23. Senatuſconſulta quaſi fuligine aſperſa. 2. Philipp. 91.

ASPERNOR, frequenter idem eſt, quod ſimpliciter Negligo, Contemno: aliàs ſæpè valet idem atque cum faſtidio, atque indignatione reſpuo, deteſtor, procul reiicio, & expello. Pro Rab. Poſt. 44. Quam virtutem non modò non aſpernari ac refutare, ſed etiam complecti & augere debetis. 3. de Orat. 97. Guſtatus, quod valdè dulce eſt, aſpernatur ac reſpuit. Pro Sexto Roſcio, 153. Quam proſcriptionem niſi hoc iudicio à vobis reiicitis & aſpernamini, videtis per Deos immortales, quem in

in locum Rempublicam deuenturam putetis. Pro Cluentio, 194. Cuius furorem Deos immortales à suis aris aspernatos esse confido. De Fato, 47. Dicere aliquid, quod omnium mentes aspernentur, ac respuant. 2. De finibus, 31. A primo animantium ortu petitur origo summi boni. Simul atque natum animal est, gaudet voluptate, & eam appetit vt bonum: aspernatur dolorem vt malum. In Pisonem 45. Nemo ciuis est, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa consulatus tui non perhorrescat.

ASPIRO, Adspiro de iis dicitur, ad quæ difficilis est aditus, ideóque interdum pro Contendo, Connitor ponitur, interdum pro Accedo, Adeo. 1. Verr. 20. Nemo ad alienam causam inuitis iis, quorum negotium est, accedere, aut aspirare debet. *Personne ne se doit efforcer, ne doit tascher de s'antremettre.* Pro Cæcin. 40. An cum eadem vi, atque iisdem armis mihi ante occurratur, ne modò intrare, verùm etiam aspicere, aut aspirare possim? pro Quint. 59. Dixi Romæ domum fuisse, quò iste ne aspirauit quidem. *Il ne s'est pas méme mis en deuoir de s'an saisir.*

II Idem est quod Accedo. 5. Tusc. 27. Occupaui te fortuna, omnes aditus tuos interclusi, vt ad me aspirare non posses. 5. Tusc. 12. In equuleum non aspirat vita beata. 6. familiarium, 10. Ad quem propter eius occupationem aspirare non possunt. Brut. 84. Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. 5. Verr. 76. Quando homo tanta luxuria atque desidia, nisi Februario mense adspirabit in curiam?

III Ponitur pro Faueo. 5. Heren. 45. Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paululùm in rebus difficil

difficillimis aspirauit. Curtius lib. 2. Illam ipsam fortunam, qua adspirante res tam prosperè gesserat, verebatur.

ASSENTIO, or, alicui aliquid, de re aliqua, in re aliqua, h.e. probo, sequor eius de ea re sententiam, iudicium. Consentio autem alicui, aut cum aliquo, non idē valet, licèt vulgus confundat hæc duo verba. *Consentio* enim exprimit consensionem voluntatum & animorum. *Assentio* verò iudiciorum & sententiarum. Aduertebatur Pompeij familiares assentire Volcatio. l. 1. fam. 1. Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, errórque turpis est. 1. Pl. 7. Cauendum est, ne his rebus temerè assentiamus. 1. Off. 18. Acerbissimè tulit Seruilius, assensum esse mihi de Planco. ad Brut. 2. Bibulo assensum est de tribus legatis. 1. Ep. 2. Tibi Senatus breuiter, impolitéque dicenti maximis est de rebus assensus. 1. de Or. 219. Is in Casca mihi valdè assensus est. 16. Att. 14. Illud verò, quod à te dictum est, esse permulta, &c. valdè tibi assentio. 1. de Oratore 126. De quibus habeo ipse quid sentiam, non habeo autem quid tibi assentiar. 3. de Nat. 64. Namque ego illud assentior Theophrasto. 3. de Orator. 182. Tum ille, cætera, inquit, assentior Crasso. 1. de Orat. 35. Idem. De Verotianis rebus tibi assentior. 7. Att. 13. Vitiosum est assentiri quidquam falsum. 4. Acad. 68.

11 Assentiri verbo. *Dire simplemant qu'on est de l'aduis d'vn autre, sans discourir sur le fait proposé, & sans raisonner son dire.* Liuius l. 27. 101. Marcus Liuius in senatu, aut verbo assentiebatur, aut pedibus ibat in sententiam. *Tant il étoit indigné, que contraint d'etre au conseil, & i dire son opinion, il ne deduisoit point les raisons de son aduis, mais an vn mot donnoit à antandre, qu'il ambrassoit l'opiniõ d'vn tel,*

tel,ou ſans mot dire, s'alloit placer pres de celui, duquel il ſuiuoit l'aduis.

ASSERO manum, eſt manum admoueo, iniicio rei cuipiam ad prehendendum, &, admota, iniecta manu, quidpiam prehendo: ſicut Conſero manum, eſt manum iniicio cuipiam pugnæ gratia, cum aliquo certamen ineo. Aſſero aliquid manu, idem atque, mihi Vindico, vt meum Aſſumo, mihi Vſurpo, ex eo ducta formula, quòd vindicaturus aliquid vt ſuum, manum aſſerebat, hoc eſt, iniecta manu, id prehendebat, eáque prehenſione ius ſuum & verbo & facto exſequebatur, cùm diceret, Hoc meum eſſe aio, ſimúlque occuparet manu. Varro lib. 5. at. Ling. Conſerere manum dicimus cum hoſte: ſic, ex iure manus conſertũ vocare. Hinc aſſerere manu in libertatem, cùm prehendimus.

II ASSERO frequens erat in perſonarum vindicatione, cùm quis aut liber, aut ſeruus eſſe affirmabatur, & vt talis à vindicante aſſerebatur manu, hoc eſt, prehendebatur Plautus Pœnulo 4. 2. Manu eas aſſerat ſuas populares, liberali cauſſa. *Qu'il leur mette la main ſus pour s'an ſaiſir. Qu'il les ſaiſiſſe, ſoutenant qu'elles ſont de condition franche, de ſon païs, & de ſa cognoiſſance, & pour telles les oſte d'antre les mains, de qui les tient en ſeruitude.* Pœnulo 5. 1. Filias dicas tuas, ſurreptáſque eſſe paruulas Carthagine, manúque, liberali ambas cauſſa aſſeras. Terentius. Ego illam aſſero, liberali cauſſa, manu. LIBERALIS cauſa eſt, in qua actione libertatis quis ius ſuum perſequitur, ſeu qua libertas alicuius agitur. Cic. pro Flacco 40. Huic nuper tres equites Romani, honeſti & graues, cùm in cauſſa liberali, eum, qui aſſerebatur, cognatum ſuum eſſe diceret, non crediderunt. *Aſſerere* quempiam in libertatem, eodem

ſenſu dicitur, hoc eſt, Aſſerere eum manu, vt liberum. Contrà, Aſſerere in ſeruitutem, Aſſerere, Prehendere manu, vt ſeruum, ſicut Vindicare in libertatem, in ſeruitutem. Liuius lib. 137. In iis, quæ aſſerantur in libertatem, quia quiuis lege agere poſſit, id iuris eſſe. lib. 5. 133. M. Claudio clienti negotium dedit, vt virginem in ſeruitutem aſſereret.

III ASSERTOR, ſicut vindex, qui Aſſerit, qui vindicat in libertatem, aut ſeruitutem. Liuius, l. 3. 142. Cùm inſtaret aſſertor puellæ, vt vindicaret, ſponſoréſque daret: atque id ipſum agi diceret Icilius. *Clodius insistoit à ce que Icilius se portat pour contre-Asserteur de Virginia, la soutenant de condition libre, & donnat caution de la represanter an l'etat.* l. 3. 146. Cùm repelleretur Aſſertor virginis à globo mulierum.

IV ASSERTIO, in hoc genere cauſſæ, eſt ipſum iudicium liberalis cauſæ. *Iugemant, auquel s'agit de la condition & etat d'vne personne, si elle est serue, ou libre.* Quintil. l. 5. c. 2. Præiudiciorum vis verſatur in tribus, vt cùm de eadem cauſſa pronunciatum eſt, vt in reis deportatis, & Aſſertione ſecunda. *L'Asser. ion seconde, an fait de la liberté d'vne personne, est vne seconde instance, vn second iugemant du méme fait, de méme cause.* Nam damnato, in cauſſa libertatis, petenti iterum ac tertiò dabatur iudicium de eadem re iam iudicata. V. Refero rem iudicatam.

ASSIGNO, idem quod Tribuo, Adſcribo, Imputo. Amabo te, ne hoc ſceleri meo potiùs, quàm imprudentiæ aſſignes. 1. Quin. Fr. 3. *Que ie l'aie fait plutot par mechanceté, que par megarde.* Quoquo modo verò ſe res habeat, nihil aſſignabis, nec patri. 10. Att. 4. *Tu ne l'imputeras, ni à, &c.*

à, &c. De quo quidquid detrahas, necesse est, aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. 6. Ep. 7. Nec verò id homini tum quisquam, sed tempori assignandum putauit. Pro S. R. 37. Si perturbatio est, tibi assigna. Att. l. 6. ep. 1. *Si ie suis confus, si ie ne tiens point d'ordre an mes lettres, impute-le à toi-méme, qui m'écris comme les choses te viennent, sans ordre.*

II *Assignare*, aliquid alicui de publico habendum, vtendum, possidendum, vel ad tempus, vel in perpetuum attribuere, vt pecuniam, fundos, & huiusmodi, vel stipendij, vel muneris, vel mercedis nomine. Assignabat fundos, qui colonias ducebat, qui agros populi Romani bello quæsitos ipsi, aut militibus ex legib. Agrariis diuidebat. Æqualiter, aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. l. 1. epist. 20. Duo millia iugerûm agri Leontini, Sexto Clodio assignasti. 2. Ph. 43. Assignare agros colonis. 2. cont. Rull. 12. *Faire le departemant des possessions.* Inferiorem ædium partem suæ genti assignauit. Pro Dom. 116. *Clodius d'authorité a approprié à soi & aux siens vn quartier de ma maison.*

Transfertur eodem sensu ad res priuatas. Mihi ex agro tuo tantum assignes, quantum corpore meo occupari potest. Att. 3. 19. *Que i'aie en ta metairie autant de place pour ma retraite, comme mon corps en peut tenir.*

III Assignatio eodem sensu. Assignationes Sullanæ, l. 12. ep. 8. *Les departemans des fonds, les assignations, que Silla an auoit fait à ses soldats, & autres.* Inde vox Gall. *Assignations*, in iis diuisionibus, & rescriptis principum vsitatissima, eodem sensu. Vide Attribuo.

ASSVEFACIO, Assuesio, Assuesco, tertium casum, vt proprium, semper adsciscunt, numquam sextum, tametsi secùs tradant, & obseruent multi, sed

ti, sed sine exemplo, aut certè dubia fide corruptorum librorum. Accedit quidem sextus casus interdum, aut solitarius, aut cum tertio aduentitius, vt consuetudine, exercitatione, assiduitate, assuetus, sed facile est cuiuis perspicere, nihil habere id roboris ad eam sententiam confirmandam. Sunt enim illi ablatiui non proprij casus eius verbi, de quo agitur, sed communes, &, vt vocant Grammatici, ablatiui modi, ac formæ, quibus ratio significatur, qua quis assueuerit rei alicui. Ex sensu ipso colliges. Ineptè sanè fecero, si eas locutiones, consuetudine assuefactus, &c. sic reddam, *Accoutumé à la coutume.* Aptissimè verò sic: *Accoutumé, duit par vsance, & coutume à quelque chose.* En tibi locum, quem si alio modo vel legas, vel reddas, quàm quo subiiciam, omnia peruertas. Catilina stuprorum, & scelerum exercitatione assuefactus frigori, & fami, & siti, & vigiliis perferendis. 1. Cat. 9. *Accoutumé par l'exercice de ses mechancetez au froid, à la faim, à la soif, &c.* Et hoc modo legunt Muretus, & alij docti. Quòd si legas, Exercitatione assuefactus fame, siti, non constat sensus; & velis nolis cogeris exponere vocem illam, exercitatione, *par exercice*, non autem, *à l'exercice*, quod patet ex adiunctis. Alios Ablatiuos, quoties se offerunt, vt sermone, labore, &c. Muretus aliíque mutant in datiuos, & meritò. Liuius libro secundo; Caritas soli, cui longo tempore assuescitur.

ATTENTO. Attentare vrbem, pro, Tentare, si vrbem capere possis. Attentare hominem, tentare si effici possit, quod quis velit. Quam vrbem ab illa scelerata manu attentari suspicamur. pro Sest. 9. Cùm ea attententur eius lingua, cuius antea manu euersa sunt. De Har. 16. Omnium inimicos

cos diligenter colloqui, attentare. 4. Verr. 135. Compositæ orationis insidiis fidem auditoris attentare. Orat. 108. Melius fuerat præterire, quàm attentatum deserere. Orat. 108. Gellius suam classem attentatam magno cum suo periculo penè sensit. post red. 17.

ATTINGO, Aliquid, aliquem, aut aliquam rem attingere, pro, Pertinere ad aliquem, aut aliquid. Ab eo, quod rem attingat, plures sunt argumentorum sedes. 1. de Orat. 166. Primus ille locus, qui maximè attingit naturã humanam. 1. Off. 8. Quamquam hæc res non solùm est ex domestica ratione: attingit enim & bellicam. 1. Off. 76. Sed nimirum me alia quoque causa delectat, quæ te non attingit. 2. de Leg. 3. Quæ non magis legis nomen attingunt, quàm si, &c. 2. de Leg. 13.

11 Cognatione, necessitudine, aliquem attingere, pro coniunctum esse cognatione, necessitudine, peruulgatum minimè est. Is me cognatione maximè attingit. 4. Verr. 27. Publicanos summa necessitudine attingunt. 1. Qu. F. 1. Quæ te aliqua necessitudine attingunt. Ciuitates, quæ officiis, vetustate, fide, & etiam cognatione populi Romani nomen attingunt. 4. Verr. 81.

ATTRIBVO, eamdem vim habere, quam assigno, aut do, ignotum est in vulgus. Attribui dicta est pecunia in stipendium militibus ex ærario, & ea omnia, de quibus verbo, Assigno, dictum est. Antonius mihi pecuniam attribuit. 5. Phil. 6. Videbis, vt tantum attribuatur, quantum debetur. 13. Att. .. Velim aliquando puerum visas, eíque de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. 12. Att. 27. Insulæ, quæ erant ab Sylla Rhodiis attributæ. 1. Quin. Fra. 1. Video, cui Apulia sit attributa. 2. Cat. 6. *Assignée, baillée comme en partage.* Sestertiûm

iūni centies, & octogies ex ærario tibi attribuum, Romæ in quæstu reliquisti. in Pis. 86. Quanique locarint, tantam pecuniam redemtori solendam, attribuendámque curent. 9. Phil. 6. *Que es Consuls paient aux maitres euuriers la somme u'ils ont accordé an donnant le pris faict de la statuë.* Quæ negotij publici procuratio cogitari potuit, quæ non esset attributa, atque descripta. pro est. 66.

Attributio, rei alicuius assignatio, vt pecuiæ, atque illa ipsa res, quæ assignatur. Dolabella cripsit, sese de attributione omnia summa fecisse. . Att. 13. *Qu'il accommoderoit Ciceron de l'argeant e ses assignations, que Ciceron prandroit vers les Receueurs particuliers.* Ait attributionem in Idus, supsse collatam. *Que le paiemant de cete assignation, e ce mandat, echoit aux Ides.*

11 *Attributi* dicti sunt ij, quibus attributionis pecunia erat imperata. *Ceux, sur lesquels les asignaions, les rescriptions estoient ietées: ceux, qui estoient bligez aux sommes asignées.* 12. Att. 22. Attributos uod appelles, valdè probo. *Que tu les aies fait sommer, interpeller, de paier la partie, qu'ils doiuent.*

AVCTIONOR. Propriè Auctionatur is, cuius ona sunt. Præco autem prædicare dicitur, non uctionari. *Vandre à l'ancant.* Vt in atriis auctionais potiùs, quàm in triuiis, aut in compitis auctionentur. 1. contra Rul. 7. Rullus hasta posita cum is formosis finitoribus auctionās. Ibid. 72. *Aiant hé an la place publique la lance pour signal de la ante à l'ancant.* Deiotarus auctionatus est, seséque xspoliare maluit, quàm tibi pecuniam non subministrare. Pro Deiotar. 25. Ibi tum vir optimus Quinctium deterret, ne auctionetur. Pro Quin. 16. it se auctionatum esse in Gallia. ibi. 23.

11 Au

II Auctionem facio, constituo, vendo, id est, Auctionor, tametsi aliquis non admittit, Auctionem vendo: sed eruditi etiam probant. At vereor ne iste iam auctionem nullam faciat. 12. Attic. 3. Auctio facta est. 4. Verr. 46. Auctionem in Gallia se facturum proscribit. Pro Q. 15. Bona alicuius auctione constituta vendere. pro S. R. 23. Constituere auctionem. 2. contra Rull. 7. Mulier auctionem prouinciarum faciebat. 5. Phil. 11. *Vne famme exposoit an vante les prouinces subietes au peuple Romain, an disposoit à son plaisir.* Vendere auctionem, Sectores, & Coactores in auctionibus dicti sunt. Lege, Sector, & Coactor. Pro Q. 19.

AVCTOR sum alicui alicuius rei, vt aliquid velit, faciat, &c. huiusmodi, pro Suadeo, consilium do, veteres dicunt sæpissimè & eleganter Cicero in primis. Senatui, cùm primùm potui, pacis auctor fui. 9. Att. 13. Nam illi magnoperè auctor fui, ne differret tempus petitionis suæ. Ad Brut. ep. 11. Sed auctor non sum, vt te vrbi committas.

II Auctor ab augendo dictus est, qui in auctione augendo rei venalis pretium, ea auctione auctoritatem, & ius in rem sibi comparabat, cùm ei supra alios licitatores augenti pretium, res addiceretur. Inde traductum nomen ad eum, qui in vendendis rebus ius habebat, aut sibi vsurpabat, emtori præstandi ea, quæ addicebat, & quasi illius ferebat personam, vnde emtio proficiscebatur, *Celui, qui se portoit pour vrai proprietaire de la chose qu'on achetoit: qui an deuoit repondre, qui deuoit faire bon ce, &c.* Perseuerat adhuc ea vox in iudiciis, cùm litigantes dicunt: *C'est mon auteur, celui de qui i'ai droit, qui me doit garantir, mon garant.* Emtor porrò Auctorem fundi, aut rei venditæ

dictus

dictus est laudare, cùm orta lite de rebus emtis, ipsum venditorem indicabat. Cùm verò eumdem appellasset, vt rem litigiosam tueretur, séque euictionis nomine defenderet, denunciatus à I. C. vocabatur auctor. Nisi autem defenderet, Auctoritatem defugere dicebatur, quo modo loquitur Tul. pro Sylla 33. Denique is, qui spondebat emtori pro auctore, euictionis nomine, Auctor secundus est appellatus. Auctoritas eodem sensu dicitur, vt infrà suo loco. Nam statim L. Metellus vt isti successit, ex C. Sacerdotis, & S. Peducei instituto, ac literis, frumentum Mamertinis imperauit, tum illi intellexerũt, id, quod à malo auctore emissent, diutiùs obtineri non posse. 7. in Verr. 54. *D'vn mauuais vandeur: d'vn, qui ne pouuoit repondre de ce qu'il vandoit.* Duo præterea testes nihil de vi, sed de ipsa emtione fundi dixerunt, P. Cæsennius auctor fundi, non tam auctoritate grauis, quàm corpore. pro Cæc. 27.

III Eodem modo, vt in exemplo primo apparet, Tutorem auctorem appellabant Latini eum, in cuius potestate, & pupilli, & res pupillorum erant, quas sine tutore auctore vendere non poterant, vt, Non quemadmodum, quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore auctore soluas; ita quod aut pupillæ, aut pupillo debeas, rectè possis eodem modo soluere. Top. 46. Quæcumque sine tutore auctore est dicta dos, nulla est. Pro Flac. 86. Hoc quoque sensu dictum est, auctore Senatu leges perferri à populo, & cætera omnia fieri: quia primis temporibus, quæcumque statuerat populus, vt rata essent, Senatus auctoritate firmabantur. Inde leges sunt de auctoritate Patrum. Sed ea auctoritas minuta est deinde factionibus Tribb. pleb.

AVCTORITAS. Hoc nomine appellaban-

tur tabulæ, quarum teſtimonio confirmabatur voluntas alicuius Magiſtratus, aut eorum, quorum nomine quis agebat, aut aliquis defendebat. Vulgus literas publicas vocat, commiſſionem, & poteſtatem. Legationes cum publicis auctoritatibus, ac teſtimoniis conueniſſe. 2. Verr. 7. *Auec les lettres de commiſſion, auec les patantes.* Quæ omnia intelligit, ſibi nihil prodeſſe, poſteà quàm certis literis, teſtibus, auctoritatibuſque conuincitur. in Ver. In tabellis nihil erat auctoritatis. in Verr. In roſtris, quò, exquirendæ auctoritatis cauſa, cæteri tribuni plebis, principes ciuitatis, ducere conſueuerunt. in Vat. 24.

V Auctoritates dicuntur etiam tabulæ publicæ, in quas acta publica referuntur, quæ tabulæ ab eo, quod continent, etiam appellantur, Acta, *Regiſtres, minutes, inſtrumans authantiques.* Sententiam, quam Senatus ſecutus eſt, grauiſſimis verbis ab eo dictam, & eumdem (id, quod in auctoritatibus perſcriptum extſtat) ſcribēdo adfuiſſe. 3. de Or. 5. *Comme il eſt expreſſemant couché ès actes de ce iour là, ès regiſtres du Senat.*

VI Auctoritas fundi, vſus biennis eius fundi, quo ipſe fundus acquiritur poſſeſſori. Tullius pro Cæcinna, ſect. 54. Lex vſum, auctoritatem fundi, iubet eſſe biennem: at vtimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur. *La paiſible iouïſſance d'vn fonds, an vertu de laquelle ſe cree, & s'aquiert le tiltre de preſcription, an faueur du poſſeſſeur, eſt limitée par la loi à deux ans antiers, leſquels eſcheus, la preſcription eſt creée. Et de ce meſme droict on vſe ancores au faict des maiſons, quoi qu'il n'i ait point de texte formel, & exprez du droict an ce cas.* Multæ ſunt domus iure priuato, iure hæreditario, iure Auctoritatis, de Aruſp. 4. Domus iure auctoritatis. *De laquelle*

laquelle le possesseur ne monstre autre tiltre, que la iouissance par le droit de prescription. Item, quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par est, vt, quoniam vsus & auctoritas fundi biennis est, sit etiam ædium. Top. 23. Tota auctoritas harum rerum à iure ciuili sumitur. Pro Cæcin. 74.

VII Auctoritas, eodem sensu, quo Auctor, in emtionibus, & venditionibus, vt, Si ea prædia diuiduntur, quæ ipse Cæsar vendidit, quæ tandem in eius venditionibus esse poterit Auctoritas? 13. Ep. 8. *Comme pourra-il faire, que telles vantes soient valables? Comme an repondra-il?* Eodem quoque sensu dicitur, Auctoritatem defugere. *Ne vouloir garantir d'euiction son acheteur.* Attende, quàm ego non defugiam auctoritatem consulatus mei. Pro Sylla, 33. Id est, præ me fero, cuncta, quæ Consul gessi, rectè atque ordine gesta, paratus illa defendere. *Ie veux bien l'auoir ainsi faict, ie m'an porte volontiers pour auteur.* Sic in venditionibus: Non defugere auctoritatem venditionis, id est, profiteri se auctorem fundi, paratum iudicio disceptare, vendendi ius se habuisse.

VIII Auctoritas, est locus, exemplum, testimonium ex aliquo scriptore sumtum, cui testimonio scilicet, Auctoris vel dignitas auctoritatem dare, vel vilitas pondus adimere solet. Num destitit vterque nostrûm in ea causa in auctoritatibus, in exemplis versari? 1. de Ora. 181.

IX Auctoritas Senatus erat quid diuersum à Senatusconsulto. Cùm enim Senatus, quo die, loco, numero, & à quo Magistratu oporteret, erat habitus, & nullus de Tribb. pl. intercesserat, id, quod decretum fuerat à Patribus, ratum erat, & S. C. dicebatur. Contrà, si deerant aliquæ, aut omnes illæ conditiones, decreta erant irrita, & Senatus au-

ctoritas tantùm dicebatur, non S. C. Tamen Senatusconsultum interdum nomine Auctoritatis Senatus, intelligitur. *Auctoritates* perscriptæ, erant nomina Senatorum, qui S. C. adfuerant legitimo, aut Senatus auctoritati. Quæ nomina ipsi decreto ad frontem perscribebantur.

AVCTORO, as, est quempiam militiæ sacramento, & stipendio astringo, ab auctionibus ducto verbi vsu, in quibus *Auctor* dictus, qui auctione venditas res emerat, & res sic venditæ dicebantur *Auctoratæ*, quasi Auctorem nactæ, ab Auctore asseitæ, & vindicatæ. Sic Auctoratus miles imperatori, cui per sacramentum addictus est Auctori, sicut exauctoratus, sacramento solutus. Liuius l. 37. 24. Polyxenidas sua manu scripsit, signo suo impressas tabellas misit. Eo verò pignore, velut auctoratum sibi proditorem ratus est.

II AVCTORAMENTVM non est ipsa Auctoratio, sed Auctorationis finis, obligatio & præmium. Cicero l. 1. Offic. 450. Est enim in mercenariis ipsa merces auctoramentum seruitutis. Paterculus posuit pro præmio, li. 2. Sylla primus exemplum proscriptionis inuenit, vt in ciuitate iugulati ciuis constitueretur auctoramentum, neque occisi hostis, quàm ciuis, vberius foret præmium.

III Auctorare, extra militaria, etiam est sibi quidpiam mercede astringere, obligare. Paterculus l. 2. M. Perpenna, Prætorius, Sertorium inter cœnam Etoscæ interemit, Romanis certam victoriam, sibi mortem pessimo auctorauit facinore. Hoc est, mortem sibi sua culpa accersiuit, certam suo facinori debitam mercedem.

AVCVPOR. Transtulit Cicero hoc verbum ad multa, quæ studio aliquo exquirimus, & persequimur. Nos longis nauibus tranquillitates aucu-

paturi

paturi eramus. 6. Att. 8. Si verba inter nos aucupabimur. Pro Cæc. 52. *Rechercher curieusement, affecter les paroles.* Attendere, & aucupari verba oportebit. 2. de Orat. 256. Præcipitísque, vt errantem aliorum opinionem aucupemur. 3. de Fin. 71. Ars dicendi opiniones hominum, & sæpè errores aucupatur. 2. de Or. 30. Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar. 5. ep. 11. *Que ie ne semble capter ta bonne grace auec flaterie.* Leuitatis est inanem aucupari rumorem, & omnes vmbras etiam falsæ gloriæ consectari. in Pis. 57. *Rechercher qu'on parle de nous, qu'on nous loüe.* Imperitorum hominum rumusculos aucupari. pro Clu. 105. Delectationem aliquam dicendo aucupari. Or. 63. Cùm præsertim tam multi occupationem eius obseruent, tempúsque aucupentur. Pro S. R. 20. Non sum tam insolens in dicendo, vt omni genere orationem aucuper. Pro Sest. 119. Cur epistolis, & sororis, & matris imbecillitatem aucupatur? Pro Flac. 92. Non ego vtilitatem ad dicendum aucupans, horum libros lego. 2. de Or. 59. Cùm res sine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab aliis legibus similitudinem aucupatur. 1. ad Her. 23.

AVDIO. Benè & malè audire, loquendi modi, quibus veteres sæpiùs æstimationem, aut nomen alicuius notabant, quàm audiendi sensum: benè is audiebat, qui laudabatur: malè, qui vituperabatur, aut obiurgabatur. Benè auribus audire, sicut benè oculis videre, etiam Tullianum est. Vt benè audiant, & rumorem bonum colligant, erubescunt. de Leg. 50. Qui me idcircò putant benè audire velle, vt ille malè audiat. 6. Att. 2. Est hominis ingenui, velle benè audire ab omnibus. 3. de Fin. 57. Erat surdaster M. Crassus, sed aliud

molestius,quòd malè audiebat. 5. Tusc. 116.
11 Si me audies,aut audias,hoc est, si meum consilium voles sequi. Tanta imbuerer superstitione, si te audire vellem, vt haruspices mihi essent colendi. 1. de N. 55. Tu,Cotta,si me audias,eandem causam agas. 11. N. 168. Si me Cæsar audisset. 11. ep. 10. Nec Homerum audiam,qui Ganymedem à diis raptum esse ait. Tusc.

AVERRO, AVERSIO, Auersione,per auersionem emere, vendere, conducere, locare, &c. est res multas, seu vnius, seu diuersi generis simul, & aceruatim vno pretio emere, vendere, conducere,locare,quasi ab Auertendo,quòd simul multa confusè,& sine ordine,conuertantur,congerantur. *Acheter, vandre,loüer,prandre,ou donner à loüage,an gros,an bloc, à discretion plusieurs choses, sans les apprecier,sans les estimer par le menu.* L. 4. D. de periculo,& cõmodo rei vend. Si auersione vinũ veniit,custodia tantùm præstanda est. *Lon n'est tenu d'an represanter tãt & tant de mesures,mais seulemant le tout an bloc.* L. 62. D. de contr.emt. Res auersione emta,si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emtoris pertinebit. *Si mal an arriue, sans fraude du vandeur, c'est au peril de l'acheteur.* l. vlt. D. Ad leg. Rhod. Si conduxisti nauem amphorarum duûm millium, & tibi amphoras portasti, pro duobus millibus debetur merces. Si pro numero impositarum amphorarum merces cõstituta est pro tot amphoris debes, quot portasti. L. 36. De locat. & cond. Opus,quod auersione locatum est,donec approbetur, conductoris periculo est: quod verò ita conductum sit,vt in pedes,mensurásque præstetur, eatenus conductoris periculo est,quatenus admensum non sit, *La besongne, qui aura esté marchandée, prinse an gros,an bloc,à discretion,*

cretion, & non à condition d'an faire telle quantité, dans tel & tel temps, s'il an mesaduient deuant qu'elle soit receuë pour bonne, auant que les experts l'aient visitée, & receuë, ce sera au peril & fortune de l'ouurier, qui a prins la tasche, le prix-faict, le marché: mais du tasche, qui est prins à randre tant de pieds, telle & telle mesure, le maitre ouurier n'an est reponsable, que iusques à ce, qu'on l'ait mesuré.

AVERTO. Tribuitur hoc verbum iis quoque rebus, quæ ab iis, quorum sunt, ad alienos, aut alios vsus quàm debeant, transferuntur, & rapiuntur: eodem scilicet modo, quo conuertere aliquid in rem suam dicitur. Is auersa pecunia aufugit. 3. Verr. 33. *L'aiant diuerti à mauuais vsage, & derobé.* Hic in Quæstura pecuniam publicam, Cnæo Carboni Cos. datam, auertit. 3. Verr. 11. *Il an a fait son propre.* Frumentum auersum à repub. abreptum ab aratoribus. 5. Verr. 163. Antonius HS septies millies pecuniæ publicæ auertit. 5. Ph. 11. Ne patiare Erotem hæreditatem Turianam auertere. 12. Fam. 26.

II Dij omen auertant, Latini dicebant, infausti quidpiam ab sese, ac suis deprecantes. Sin aliter fuerit (quod Dij omen auertant) reip. vicem dolebo. Ad Brut. ep. 10. O Dij immortales, auertite, & detestamini, quæso; hoc omen. 4. Phil. 10. Atque hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter. 11. Phil. 11. Quod Dij omen auertant. Fam. l. 12. ep. 6.

III Sic, auertere malum aliquod ab aliquo, aut à malo aliquem. Cæsar Antonij furorem à pernicie reipubl. auertit. 4. Phil. 3. Ego verò Austro miras gratias ago, qui me à tanta infamia auertit. 16. Att. 7. Ibes auertunt pestem ab Ægypto. 1. de Nat. 102. Et certè, nisi is Antoniū ab vrbe auertisset, periissent

fent omnes. Ad Brut. ep. 3. Puer, qui à cervicibus nostris auertisset Antonium. Ibid. 16. *L'a detourné de dessus nos testes, a ampesché qu'il ne nous ait ruiné.*

AVFERO, sæpè idem est ac impetro, quod peto. Quinctius à Scapulis paucos dies aufert. pro Q. 20. *Il impetre delai de quelques iours.* Auferre responsum ab aliquo. de Or. 239. A Varrone adhuc [illegible] illud non abstulit. 16. Attic. 11. Audiuimus Cæsarem, verba fecimus, pro Buthrotiis liberalissimum decretum abstulimus, quod obsignatum est ab amplissimis viris. 16. Att. 16.

.11 Mordicùs auriculam, vel quid aliud auferre. *La lui amporter à belles dans.* Si is cum eo comparatus videretur, auriculam fortasse mordicùs abstulisset. 3. Q. Fr. 4.

B

BENEFACIO. Beneficium est largitio aliqua ex ærario, quę solis Romanis ciuibus, quorum eximia opera in bello constitisset, commendatione Imperatoris, aut Tribuni sui, deferebatur. Pro Arch. 11. Licinius adiit hæreditates ciuium Rom. & in Beneficiis ad ærarium delatus est à L. Lucullo Prætore, & Consule. *Pour faire foi, qu'il est Citoien Romain, il a esté enrolé par Lucullus Preteur, & depuis par le mesme Consul, & represanté aux Generaux des finances, antre les Citoiens, qui tiroient recompanse extraordinaire de leur bon seruice au fait de guerre.* 5. Fam. 20. Quod scribis de beneficiis, scito à me, & Tribunos militum, & Præfectos, & contubernales dumtaxat meos delatos esse. In quo quidem ratio me fefellit. Liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari: posteà certior factus

factus ſum, triginta diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rationes retuliſſent. *Ie n'ai fait raport que des Colonnels de mon infanterie & caualerie, des Surintandans, & Commiſſaires des machines de guerre, &c.*

II Beneficium in Iure ciuili eſt ius quoddam præcipuum, & priuatum certæ alicui perſonæ, aut ætati, aut ſexui, aut conditioni attributum, vt Beneficium ætati conceſſum, quòd minoribus annorum XXV reſtitutio in integrum indulgetur, *C'eſt vn benefice de la loi, an faueur des mineurs de 25. ans, qu'ils ſont retablis en leur antier, s'ils ont contracté mal à propos, à leur deſaduantage, an ce que la loi ne leur permettoit de faire.* Item, Beneficium, ne qui pluris, quàm facere poſſint, damnentur. Item, Beneficium ceſſionis, vt iis, qui ære alieno ſunt oppreſſi, ſi ſoluendo non fuerint, bonis apud Magiſtratum cedere liceat.

C

CADO tribuitur animo, & ſenſibus, cùm dicimus, Cadere alicui animos, oculos, vultum, &c. & cadere aliquem animis. Tibi cùm oculi, vultus, verba cecidiſſent. Pro Dom. 133. Nec debilitari animos, aut cadere patitur. Amic. 23. Cadere animis. 6. Fam. ep. 1.

II Sic etiam, Arma cadere dicuntur, quæ abiiciuntur metu. De manibus audaciſſimorum ciuium delapſa arma ceciderunt. 1. Off. 77. Conceſſa plebi à patribus iſtâ poteſtate, arma ceciderunt, reſtincta iſta ſeditio eſt. de Leg. Omnibus iſtis latronibus, auctoritate ipſa Senatus, iampridem de manibus arma cecidiſſent. In Ant.

III Ventus, Tempeſtas, & quæ huius generis ſunt

 violen

11 Auctionem facio, constituo, vendo, id est Auctionor, tametsi aliquis non admittit, Auctionem vendo: sed eruditi etiam probant. At vereor ne iste iam auctionem nullam faciat. 12. Attic. Auctio facta est. 4. Verr. 46. Auctionem in Gallia se facturum proscribit. Pro Q. 15. Bona alicuius auctione constituta vendere. pro S. R. 23. Constituere auctionem. 2. contra Rull. 7. Mulier auctionem prouinciarum faciebat. 5. Phil. 11. *Vne famme exposoit an vante les prouinces subiectes au peuple Romain, an disposoit à son plaisir.* Vendere auctionem, Sectores, & Coactores in auctionibus dicti sunt. Lege, Sector, & Coactor. Pro Q. 19.

AVCTOR sum alicui alicuius rei, vt aliquid velit, faciat, &c. huiusmodi, pro Suadeo, consilium do, veteres dicunt sæpissimè & eleganter, Cicero in primis. Senatui, cùm primùm potui, pacis auctor fui. 9. Att. 13. Nam illi magnoperè auctor fui, ne differret tempus petitionis suæ. Ad Brut. ep. 11. Sed auctor non sum, vt te vrbi committas.

11 Auctor ab augendo dictus est, qui in auctione augendo rei venalis pretium, ea auctione auctoritatem, & ius in rem sibi comparabat, cùm ei supra alios licitatores augenti pretium, res addiceretur. Inde traductum nomen ad eum, qui in vendendis rebus ius habebat, aut sibi vsurpabat, emtori præstandi ea, quæ addicebat, & quasi illius ferebat personam, vnde emtio proficiscebatur, *Celui, qui se portoit pour vrai proprietaire de la chose qu'on achetoit: qui an deuoit repondre, qui deuoit faire bon ce, &c.* Perseuerat adhuc ea vox in iudiciis, cùm litigantes dicunt: *C'est mon auteur, celui de qui i'ai droit, qui me doit garantir, mon garant.* Emtor porrò Auctorem fundi, aut rei venditæ dictus

dictus est laudare, cùm orta lite de rebus emtis, ipsum venditorem indicabat. Cùm verò eumdem appellasset, vt rem litigiosam tueretur, séque euictionis nomine defenderet, denunciatus à I. C. vocabatur auctor. Nisi autem defenderet, Auctoritatem defugere dicebatur, quo modo loquitur Tul. pro Sylla 33. Denique is, qui spondebat emtori pro auctôre, euictionis nomine, Auctor secundus est appellatus. Auctoritas eodem sensu dicitur, vt infrà suo loco. Nam statim L. Metellus vt isti successit, ex C. Sacerdotis, & S. Peducei instituto, ac literis, frumentum Mamertinis imperauit, tum illi intellexerũt, id, quod à malo auctore emissent, diutiùs obtineri non posse. 7. in Verr. 54. *D'vn mauuais vandeur : d'vn, qui ne pouuoit repondre de ce qu'il vandoit.* Duo præterea testes nihil de vi, sed de ipsa emtione fundi dixerunt, P. Cæsennius auctor fundi, non tam auctoritate grauis, quàm corpore. pro Cæc. 27.

III Eodem modo, vt in exemplo primo apparet, *Tutorem* auctorem appellabant Latini eum, in cuius potestate, & pupilli, & res pupillorum erant, quas sine tutore auctore vendere non poterant, vt, Non quemadmodum, quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore auctore soluas; ita quod aut pupillæ, aut pupillo debeas, rectè possis eodem modo soluere. Top. 46. Quæcumque sine tutore auctore est dicta dos, nulla est. Pro Flac. 86. Hoc quoque sensu dictum est, auctore Senatu leges perferri à populo, & cætera omnia fieri: quia primis temporibus, quæcumque statuerat populus, vt rata essent, Senatus auctoritate firmabantur. Inde leges sine de auctoritate Patrum. Sed ea auctoritas minuta est deinde factionibus Tribb. pleb.

AVCTORITAS. Hoc nomine appellaban-

tur tabulæ, quarum teſtimonio confirmabatur voluntas alicuius Magiſtratus, aut eorum, quorum nomine quis agebat, aut aliquis defendebat. Vulgus literas publicas vocat, commiſſionem, & poteſtatem. Legationes cum publicis auctoritatibus, ac teſtimoniis conueniſſe. 2. Verr. 7. *Auec les letres de commiſſion, auec les patantes.* Quæ omnia intelligit, ſibi nihil prodeſſe, poſteà quàm certis literis, teſtibus, auctoritatibuſque conuincitur. in Ver. In tabellis nihil erat auctoritatis. in Verr. In roſtris, quò, exquirendæ auctoritatis cauſa, cæteri tribuni plebis, principes ciuitatis, ducere conſueuerunt. in Vat. 24.

V Auctoritates dicuntur etiam tabulæ publicæ, in quas acta publica referuntur, quæ tabulæ ab eo, quod continent, etiam appellantur, Acta, *Regiſtres, minutes, inſtrumans authantiques.* Sententiam, quam Senatus ſecutus eſt, grauiſſimis verbis ab eo dictam, & eumdem (id, quod in auctoritatibus perſcriptum extat) ſcribĕdo adfuiſſe. 3. de Or. 5. *Comme il eſt expreſſemant couchè és actes de ce iour là, és regiſtres du Senat.*

VI Auctoritas fundi, vſus biennis eius fundi, quo ipſe fundus acquiritur poſſeſſori. Tullius pro Cæcinna, ſect. 54. Lex vſum, aúctoritatem fundi, iubet eſſe biennem: at vtimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur. *La paiſible iouïſſance d'vn fonds, an vertu de laquelle ſe cree, & s'aquiert le tiltre de preſcription, an faueur du poſſeſſeur, eſt limitée par la loi à deux ans antiers, leſquels eſcheus, la preſcription eſt creée. Et de ce meſme droict on vſe ancores au faict des maiſons, quoi qu'il n'i ait point de texte formel, & exprez du droict an ce cas.* Multæ ſunt domus iure priuato, iure hæreditario, iure Auctoritatis, de Aruſp. 4. Domus iure auctoritatis. *De*

laquelle

laquelle le possesseur ne monstre autre tiltre, que la iouissance par le droit de prescription. Item, quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par est, vt, quoniam vsus & auctoritas fundi biennis est, sit etiam ædium. Top. 23. Tota auctoritas harum rerum à iure ciuili sumitur. Pro Cæcin. 74.

VII Auctoritas, eodem sensu, quo Auctor, in emtionibus, & venditionibus, vt, Si ea prædia diuiduntur, quæ ipse Cæsar vendidit, quæ tandem in eius venditionibus esse poterit Auctoritas? 13. Ep. 8. *Comme pourra-il faire, que telles vantes soient valables? Comme an repondra-il?* Eodem quoque sensu dicitur, Auctoritatem defugere. *Ne vouloir garantir d'euiction son acheteur.* Attende, quàm ego non defugiam auctoritatem consulatus mei. Pro Sylla, 33. Id est, præ me fero, cuncta, quæ Consul gessi, rectè atque ordine gesta, paratus illa defendere. *Ie veux bien l'auoir ainsi faict, ie m'an porte volontiers pour auteur.* Sic in venditionibus: Non defugere auctoritatem venditionis, id est, profiteri se auctorem fundi, paratum iudicio disceptare, vendendi ius se habuisse.

VIII Auctoritas, est locus, exemplum, testimonium ex aliquo scriptore sumtum, cui testimonio scilicet, Auctoris vel dignitas auctoritatem dare, vel vilitas pondus adimere solet. Num destitit vterque nostrûm in ea causa in auctoritatibus, in exemplis versari? 1. de Ora. 181.

IX Auctoritas Senatus erat quid diuersum à Senatusconsulto. Cùm enim Senatus, quo die, loco, numero, & à quo Magistratu oporteret, erat habitus, & nullus de Tribb. pl. intercesserat, id, quod decretum fuerat à Patribus, ratum erat, & S. C. dicebatur. Contrà, si deerant aliquæ, aut omnes illæ conditiones, decreta erant irrita, & Senatus au-

ctoritas tantùm dicebatur, non S. C. Tamen Senatusconsultum interdum nomine Auctoritatis Senatus, intelligitur. *Auctoritates* perscriptæ, erant nomina Senatorum, qui S. C. adfuerant legitimo, aut Senatus auctoritati. Quæ nomina ipsi decreto ad frontem perscribebantur.

AVCTORO, as, est quempiam militiæ sacramento, & stipendio astringo, ab auctionibus ducto verbi vsu, in quibus *Auctor* dictus, qui auctione venditas res emerat, & res sic venditæ dicebantur *Auctoratæ*, quasi Auctorem nactæ, ab Auctore assertæ, & vindicatæ. Sic Auctoratus miles imperatori, cui per sacramentum addictus est Auctori, sicut exauctoratus, sacramento solutus. Liuius l. 37. 24. Polyxenidas sua manu scripsit, signo suo impressas tabellas misit. Eo verò pignore, velut auctoratum sibi proditorem ratus est.
II AVCTORAMENTVM non est ipsa Auctoratio, sed Auctorationis finis, obligatio & præmium. Cicero l. 1. Offic. 450. Est enim in mercenariis ipsa merces auctoramentum seruitutis. Paterculus posuit pro præmio, li. 2. Sylla primus exemplum proscriptionis inuenit, vt in ciuitate iugulati ciuis constitueretur auctoramentum, neque occisi hostis, quàm ciuis, vberius foret præmium.
III Auctorare, extra militaria, etiam est sibi quidpiam mercede astringere, obligare. Paterculus l. 2. M. Perpenna, Prætorius, Sertorium inter cœnam Etoscæ interemit, Romanis certam victoriam, sibi mortem pessimo auctorauit facinore. Hoc est, mortem sibi sua culpa accersiuit, certam suo facinori debitam mercedem.

AVCVPOR. Transtulit Cicero hoc verbum ad multa, quæ studio aliquo exquirimus, & persequimur. Nos longis nauibus tranquillitates aucu-
paturi

paturi eramus. 6. Att. 8. Si verba inter nos aucupabimur. Pro Cæc. 52. *Rechercher curieuſement, affecter les paroles.* Attendere, & aucupari verba oportebit. 2.de Orat. 256.Præcipitíſque, vt errantem aliorum opinionem aucupemur. 3. de Fin. 71. Ars dicendi opiniones hominum, & ſæpè errores aucupatur. 2.de Or. 30. Ac non vereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar. 5. ep. 11. *Que ie ne ſamble capter ta bonne grace auec flaterie.* Leuitatis eſt inanem aucupari rumorem, & omnes vmbras etiam falſæ gloriæ conſectari. in Piſ. 57. *Rechercher qu'on parle de nous, qu'on nous loüe.* Impetitorum hominum rumuſculos aucupari. pro Clu. 105. Delectationem aliquam dicendo aucupari. Or. 63. Cùm præſertim tam multi occupationem eius obſeruent, tempúſque aucupentur. Pro S. R. 20. Non ſum tam inſolens in dicendo, vt omni genere orationem aucuper. Pro Seſt. 119. Cur epiſtolis, & ſororis, & matris imbecillitatem aucupatur? Pro Flac. 92. Non ego vtilitatem ad dicendum aucupans, horum libros lego. 2.de Or. 59. Cùm res ſine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab aliis legibus ſimilitudinem aucupatur. 1. ad Her. 23.

AVDIO. Benè & malè audire, loquendi modi, quibus veteres ſæpiùs æſtimationem, aut nomen alicuius notabant, quàm audiendi ſenſum: benè is audiebat, qui laudabatur: malè, qui vituperabatur, aut obiurgabatur. Benè auribus audire, ſicut benè oculis videre, etiam Tullianum eſt. Vt benè audiant, & rumorem bonum colligant, erubeſcunt. de Leg. 50. Qui me idcircò putant benè audire velle, vt ille malè audiat. 6. Att. 2. Eſt hominis ingenui, velle benè audire ab omnibus. 3. de Fin. 57. Erat ſurdaſter M. Craſſus, ſed aliud

E 3 mole

molestius, quòd malè audiebat. 5. Tusc. 116.
11 Si me audies, aut audias, hoc est, si meum consilium voles sequi. Tanta imbuerer superstitione, si te audire vellem, vt haruspices mihi essent colendi. 1. de N. 55. Tu, Cotta, si me audias, eamdem causam agas. 11. N. 168. Si me Cæsar audisset. 11. ep. 10. Nec Homerum audiam, qui Ganymedem à diis raptum esse ait. Tusc.

AVERRO, AVERSIO, Auersione, per auersionem emere, vendere, conducere, locare, &c. est res multas, seu vnius, seu diuersi generis simul, & aceruatim vno pretio emere, vendere, conducere, locare, quasi ab Auertendo, quòd simul multa confusè, & sine ordine, conuertantur, congerantur. *Acheter, vandre, loüer, prandre, ou donner à loüage, an gros, an bloc, à discretion plusieurs choses, sans les apprecier, sans les estimer par le menu.* L. 4. D. de periculo, & cõmodo rei vend. Si auersione vini veniit, custodia tantùm præstanda est, *Lon n'est tenu d'an represanter tãt & tant de mesures, mais seulemant le tout an bloc.* L. 62. D. de contr. emt. Res auersione emta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emtoris pertinebit. *Si mal an arriue, sans fraude du vandeur, c'est au peril de l'acheteur.* l. vlt. D. Ad leg. Rhod. Si conduxisti nauem amphorarum duûm millium, & tibi amphoras portasti, pro duobus millibus debetur merces. Si pro numero impositarum amphorarum merces cõstituta est pro tot amphoris debes, quot portasti. L. 36. De locat. & cond. Opus, quod auersione locatum est, donec approbetur, conductoris periculo est: quod verò ita conductum sit, vt in pedes, mensurásque præstetur, eatenus conductoris periculo est, quatenus admensum non sit, *La besongne, qui aura esté marchandée, prinse an gros, an bloc, à discretion,*

ection, & non à condition d'an faire telle quantité, dans tel & tel temps, s'il an mesaduient deuant qu'elle soit receuë pour bonne, auant que les experts l'aient visitée, & receuë, ce sera au peril & fortune de l'ouurier, qui a prins la tasche, le prix-faict, le marché: mais du tasche, qui est prins à randre tant de pieds, telle & telle mesure, le maitre ouurier n'an est reponsable, que iusques à ce, qu'on l'ait mesuré.

AVERTO. Tribuitur hoc verbum iis quoque rebus, quæ ab iis, quorum sunt, ad alienos, aut alios vsus, quàm debeant, transferuntur, & rapiuntur: eodem scilicet modo, quo conuertere aliquid in rem suam dicitur. Is auersa pecunia aufugit. 3. Verr. 33. *L'aiant diuerti à mauuais vsage, & derobé.* Hic in Quæstura pecuniam publicam, Cnæo Carboni Cos. datam, auertit. 3. Verr. 11. *Il an a fait son propre.* Frumentum auersum à re pub. abreptum ab aratoribus. 5. Verr. 163. Antonius HS septies millies pecuniæ publicæ auertit. 5. Ph. 11. Ne patiare Erotem hæreditatem Turianam auertere. 12. Fam. 26.

II Dij omen auertant, Latini dicebant, infausti quidpiam ab sese, ac suis deprecantes. Sin aliter fuerit (quod Dij omen auertant) reip. vicem dolebo. Ad Brut. ep. 10. O Dij immortales, auertite, & detestamini, quæso; hoc omen. 4. Phil. 10. Atque hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter. 11. Phil. 11. Quod Dij omen auertant. Fam. l. 12. ep. 6.

III Sic, auertere malum aliquod ab aliquo, aut à malo aliquem. Cæsar Antonij furorem à pernicie reipubl. auertit. 4. Phil. 3. Ego verò Austro miras gratias ago, qui me à tanta infamia auertit. 16. Att. 7. Ibes auertunt pestem ab Ægypto. 1. de Nat. 102. Et certè, nisi is Antoniũ ab vrbe auertisset, periissent

ſent omnes. Ad Brut. ep. 3. Puer, qui à ceruicibus noſtris auertiſſet Antonium. Ibid. 16. *L'a detourné de deſſus nos teſtes, a ampeſché qu'il ne nous ait ruiné.*

AVFERO, ſæpè idem eſt ac impetro, quod peto. Quinctius à Scapulis paucos dies aufert. pro Q. 20. *Il impetre delai de quelques iours.* Auferre reſponſum ab aliquo. de Or. 239. A Varrone adhuc ἐπαγγελίαν illud non abſtulit. 16. Attic. 11. Audiuimus Cæſarem, verba fecimus, pro Buthrotiis liberaliſſimum decretum abſtulimus, quod obſignatum eſt ab ampliſſimis viris. 16. Att. 16.

11 Mordicùs auriculam, vel quid aliud auferre. *La lui amporter à belles dans.* Si is cum eo comparatus videretur, auriculam fortaſſe mordicùs abſtuliſſet. 3. Q. Fr. 4.

B

BENEFACIO. Beneficium eſt largitio aliqua ex ærario, quę ſolis Romanis ciuibus, quorum eximia opera in bello conſtitiſſet, commendatione Imperatoris, aut Tribuni ſui, deferebatur. Pro Arch. 11. Licinius adiit hæreditates ciuium Rom. & in Beneficiis ad ærarium delatus eſt à L. Lucullo Prætore, & Conſule. *Pour faire foi, qu'il eſt Citoien Romain, il a eſté enrolé par Lucullus Preteur, & depuis par le meſme Conſul, & repreſanté aux Generaux des finances; antre les Citoiens, qui tiroient recompanſe extraordinaire de leur bon ſeruice au fait de guerre.* 5. Fam. 20. Quod ſcribis de beneficiis, ſcito à me, & Tribunos militum, & Præfectos, & contubernales dumtaxat meos delatos eſſe. In quo quidem ratio me fefellit. Liberum enim mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari: poſteà certior

Factus

factus sum, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissent. *Ie n'ai fait raport que des Colonnels de mon infanterie & caualerie, des Surintandans, & Commissaires des machines de guerre, &c.*

II Beneficium in Iure ciuili est ius quoddam præcipuum, & priuatum certæ alicui personæ, aut ætati, aut sexui, aut conditioni attributum, vt Beneficium ætati concessum, quòd minoribus annorum XXV restitutio in integrum indulgetur, *C'est vn benefice de la loi, an faueur des mineurs de 25. ans, qu'ils sont retablis en leur antier, s'ils ont contracté mal à propos, à leur desaduantage, an ce que la loi ne leur permettoit de faire.* Item, Beneficium, ne qui pluris, quàm facere possint, damnentur. Item, Beneficium cessionis, vt iis, qui ære alieno sunt oppressi, si soluendo non fuerint, bonis apud Magistratum cedere liceat.

C

CADO tribuitur animo, & sensibus, cùm dicimus, Cadere alicui animos, oculos, vultum, &c. & cadere aliquem animis. Tibi cùm oculi, vultus, verba cecidissent. Pro Dom. 133. Nec debilitari animos, aut cadere patitur. Amic. 23. Cadere animis. 6. Fam. ep. 1.

II Sic etiam, Arma cadere dicuntur, quæ abiiciuntur metu. De manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ceciderunt. 1. Off. 77. Concessa plebi à patribus ista potestate, arma ceciderunt, restincta ista seditio est. de Leg. Omnibus istis latronibus, auctoritate ipsa Senatus, iampridem de manibus arma cecidissent. In Ant.

III Ventus, Tempestas, & quæ huius generis sunt

vi[illegible]nta, cadere dicuntur, cùm eorum vis, aut re[illegible]tur, aut ſopitur penitùs, ac ſubitò. Liuius l. 25. 89. Cadente iam Euro, qui aliquot ſæuierat dieb. Sic Virgil. Pono, vſurpat, Cùm venti poſuêre, omníſque repentè reſedit flatus.

IV Cauſa cadere, idem eſt, quod perdere, amittere cauſam, litem, &c. Noluerunt illi ita quemquam cadere in iudicio, vt nimis aduerſarij viribus abiectus videretur. pro Mur. 58. Vt ei, quem defendebat, cauſa cadere liceret. 1. de Orat. 166.

V Cadere idem valet, quod, Quadrare, Conuenire aliquid in aliquem. Habent Etruſci certa nomina, quæ in id genus hominum cadere poſſunt. de Ar. 53. In eum cadit hoc verbum maximè, qui, &c. Nihil eſt, quod in eiuſmodi mulierem non cadere videatur. pro Cœl. 69. Sortes eductæ, in rem aptè cadere poſſunt diuinitùs. 1. de D. 34. Neque in vnam formam cadunt omnia. Orat. 37.

VI In, ſub ſenſum, aut poteſtatem, iudicium, &c. alicuius cadere, pro venire, incidere. Accedit illud, ſi maneo, & illum comitatum optimorum, & clariſſimorum ciuium deſero, cadendum eſt in vnius poteſtatem. 8. Att 3. Sub populi Romani imperium ditionémque ceciderunt. 1. Quæ ſub oculos non cadunt. Or. Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit. de Or. Cadere aliquid in ſenſum cernendi. de Vni. In noſtram intelligētiam aliquid cadere. Tam id honeſtum, quod in noſtram intelligentiam cadit, conſeruandum eſt nobis, quàm id, &c. Off. Illud cadit ſub iudicium ſapientis, ac delectum. de Fin.

VII Cadere, pro accidere, contingere. Verebar, ne ita caderet, quod nunc etiam vereor. Ep. Augurum reſponſis multis multa incredibiliter vereor cecidiſſe. 3. de L. 33. Nihil mihi optatius cadere potuit. 3. Att. 4. Hæc res quemadmodum ceciderit, ſcire velim.

velim.4.Att.24.Sed hoc cecidit mihi peropportunè.2.de Or.15.Quod meliùs caderet, non vidi. 8. Ep.12. Verùm hoc adhuc percommodè cadit. 2. in Verr.5. A te mihi semper omnia honestè, ac iucundè ceciderunt.1.Q.Fr.3.Horũ ego vix attigi penulam,remanserunt:tamen cecidit bellè.13.At.33.

CADVCVS. Ea omnia in iure caduca dici solent, quæ ab eo excidunt; cuius erant iure ciuili, & alteri cuipiam accedunt. Caduca dos ea est, quam amittit is, qui contra legem in sua prouincia vxorem duxit, quæ dos principis ærario addicitur. Item, hæreditas caduca, bona caduca ea sunt, quæ ex lege Papia Poppæa orbis adimuntur, si ex testamento ad eos veniunt. Iubet enim lex dimidium huius hæreditatis principis fisco attribui. Ea pars caduca vocatur. Iurisconsulti quidem Caduca bona ad triplex rerum genus reuocant. l.1.C. de cad. Sed tamen longè patet latiùs hæc vox. 3. Orat. 120. Nostra est omnis ista doctrinæ prudentiæque possessio, in quam homines quasi caducam, atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis, inuolauerunt. *Non seulemant le bien dire, mais aussi le sçauoir, appartient aux Orateurs, non aux Philosophes; mais ceux-ci se sont saisis, ont anuahi cete derniere partie, comme vne possession vacante, abandonnée, nous etans occupez ailleurs, & ne la defandans pas.* 10. Phil. 11. Hæreditates caducæ. *Hoiries vacantes, à faute de possesseur, qui s'an saisisse.* Caduca sunt ea, quæ peregrinorum fuerant, quæ nullo existente hærede, Principi cedunt. *Aubaines, epaues.* Ius caduci, *Droit d'aubaine.* Caduci fundi, caduca prædia sunt etiam, quæ hac lege possidentur, vt si possessor sine liberis obeat, ea redeant ad Dominum, qui ea conditione dederat. *Fonds taillables, fonds de main-morte, qui tombent*

an echeute, qui reuiennent au Seigneur direct, par la mort du possesseur sans hoirs.

CÆDO, or. Cædere pignora, sectionem pignorum instituere, pignora auctione distrahere, diuendere. *Vandre à l'anchere, & an detail, le meuble saisi à quelcun, par voie d'amande.* Tullius 3. De Orat. 49. Me his pignoribus existimas posse teneri? Non tibi illa cædenda sunt, si Crassum vis coërcere: hæc tibi excidenda est lingua, qua vel euulsa, spiritu ipso libertas mea libidinem tuam refutabit. *Ce n'est pas assez, que tu dissipes les vtansiles, dont tu m'as gagé, les vandant an detail à l'anchere, si tu pretans m'imposer silance.*

II CÆSA & porrecta. Exsta ferro excisa ex corpore victimæ, ab haruspice priùs inspiciebantur, quàm porricerentur in accensam aram, & flammam, num quid vitij haberet, quò mora afferretur sacrificio, religióve iniiceretur sacrificij instaurandi. Inter *cæsa* igitur & *porrecta* exsta interuenire quidpiam, prouerbio dictum est, vt significetur, in ipso gerendæ rei articulo incidere aliquid, quod negotium & nostra consilia interturbet. Tullius 5. Att. 28. Multa, immò omnia, quorum κεφάλαιον, Ne quid inter *cæsa* & *porrecta*, vt aiunt, oneris nobis addatur, aut temporis: *Tu verras tout ce qui est an mes lettres, qui se raportent toutes à ce chef principal: Que sur le point de ma sortie de charge, & du depart de mon gouuernemant, on ne m'ambarrasse, contre mon gré & dessein, de nouueaux afaires, & de continuation de ma charge.*

III CÆSA & ruta. Ruta & cæsa sunt res mouëtes, quæ fundo aut ædificio, vt partes, aut accessiones non adscribuntur. *Tout ce qui a nature & condition de chose mobile au respet d'vn fonds, ou bastimant.* Scæuola L. 251, De verb. sign. In *rutis* & *cæsis* ea sunt,

quæ

quæ terra non tenentur, quæque opere structili tectoriòve non continentur. *Sous les mots de* Ruta *& Cæsa sont antanduës choses mobiles,au regard du fonds,ou edifice,auquel elles se treuuent, comme n'etans ni du solage,ni de la maçonnerie, ni de la charpanterie d'icelui.* L. decima octaua. De action. emt. & vend. Granaria, quæ ex tabulis fieri solent, ita ædium sunt, si stipites eorum in terra defixi sunt: quòd si supra terram sunt, rutis & cæsis cedunt. *Ils sont imputez aux choses mouuantes.* Ibidem. Tegulæ nondum ædificiis impositæ, quamuis tegendi gratia sunt allatæ, in rutis & cæsis habentur. Tullius 2. de Orat. 226. Anus Iunia dicet Eruto, te, cùm ædeis venderes, ne in rutis quidem & cæsis solium tibi paternum recepisse. *Que tu as eu si peu de respet à ton pere, que vandant ta maison, tu ne t'es daigné reseruer antre les meubles la selle dossiere, an laquelle seant il repondoit à ceux, qui le consultoient en droit.*

CANO voce, cornu, fidibus, neruis, tibia, & cæteris eius generis, Latini dicunt. 2. D. 122. Si canere velim, vel voce, vel fidibus. 1. Diu. 30. Lituus bacillum, quod ab eius similitudine litui, quo canitur, nomen inuenit. 1. Tusc. 4. Epaminondas præclarè fidibus cecinisse dicitur.

11 Canit Symphonia, buccina, cornu, fide, tibia, tuba. Symphonia, inquam, canit, vt sumitur non pro ipsa modulatione & concentu, sed pro canentium cœtu & choro. 5. Verr. 105. Apronium quotidie solitum in publico conuiuari, cùm in eis conuiuiis Symphonia caneret, maximísque poculis ministraretur. *Le chœur des Musiciens i chantoit: Les parties de Musique i estoient iournellemant.* 7. Verr. 31. Per eos dies cùm iste cum pallio purpureo, talarísque tunica, versaretur in conuiuiis, &c.

lucum

lucum illum littoris percrepare totum mulierum vocibus,cantúque Symphoniæ.Ex hoc loco constat Symphoniam poni pro choro canentium,non modò pro concentu.2. Nat. 22. Si ex oliua modulatè canentes tibiæ nascerentur, & fidiculæ numerose sonantes.Liuius l. 3. Tuba cornuáque ab Romanis cecinerunt. *La trompete & les cors sonnerent au camp des Romains.*

III Canit signum,canunt signa,militaris locutio, pro,canit buccina,aut cornu,aut tuba, hoc est, signum,aut cornu,aut tuba datur:bellicum,classicum canitur.Liuius l.27. Iubet Asdrubal attendant, semel,bísne signum canat in castris,*Qu'ils escoutent, si lon sonnera deux fois,an deux endroits,la Diane. Si au changer du corps-de-garde,& autres fonctions militaires,la trompete sonnera an deux androits,ou deux fois.*Ibidem, Semel in prætoriis castris signum, bis in consularibus cecinisse referebant.Liuius lib. 27. Isthinc signa canent,isthinc clamor priùs incipiet, atque impetus,si dimicandum est. *S'il faut que nous venions aux mains,ce sera de votre coté, que premier on sonnera la charge,ce sera votre faute,non la notre, qui ne voulons que la concorde.* lib. 8. Volumnius signa canere,& vexilla efferri iussit è castris. *Commanda que lon donnat le signe pour le combat.* l. 23. Marcellus signa canere, clamorem tolli, pedites, equites,quanto maximo impetu,in hostem irrumpere iubet.

IV Cano,absolutè positum in re militari, valet interdum perinde atque,Cano classicum, cano bellicum,signum do ad irruptionem, & opponitur isti formulæ, Cano receptui. Liuius lib. 5. Incertam aciem,signum dari aliis receptui, aliis cani iubentibus,inuasêre opportunè Veientes. *L'armée demeurant an branle pour ne sçauoir à qui obeïr,les vns des chefs*

chefs faisans sonner la retraite, les autres la charge, le combat. Canere receptui, *sonner la retraite.*

V Canere ad harmoniam, ad tibicinem. 3. Nat. 27. Nisi putamus, ad harmoniam canere mundum, vt Pythagoras existimat. *Que les parties, dont est composé ce monde, chantent an sorte, qu'vn bel accord an resulte, vne douce harmonie s'an ansuit.* 1. Tusculan. 3. Solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum virorum virtutibus. 2. de Legibus, 6. Ad cantus & tibicinem prosequi laudes clarorum virorum.

VI Canere bellicum, classicum. *Sonner la trompete, le clairon pour le combat, sonner l'alarme, sonner la charge, donner quelque signe de trompete pour quelque faction de guerre.* Pro Muræna, 10. Simul atque motus aliquis nouus bellicum canere cœpit. *Si-tot que lon a donné le signal, pour quelque leuée d'armées. Si-tot que lon a batu le tambour, pour dresser des compagnies.* 7. Philippic. 3. Quasi prouidi ciues, & Senatores diligentes, bellicum me cecinisse dicunt. *Ils dient que i'ai corné la guerre. Que i'ai emeu, irrité Antonius à nous faire la guerre.* Orator. 39. Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. *Il traite le subiet de guerre, les guerres auec telle ardeur de stile, qu'il samble prescher, haranguer pour la guerre, pour prandre les armes.* Cæsar belli ciuilis 3. Pompeius classicum apud Scipionem cani iubet, & alterum ei Prætorium tendi. *Pompée communiqua son auctorité, son rang de Chef de parti auec Scipio, & ordonna qu'an son quartier fut dresé vne tante de General d'armée, & que le signal de guerre i fut donné an son nom, par son commandemant, en tiltre de Chef de guerre.*

VII Canere receptui, *donner le signal de retraite.*

12. Phil.

12.Phil.8. Quis reuocante,& receptui canente Senatu properet dimicare?

VIII Canere reum capitis. *Crier vn criminel à son de trompe.* Varro quinto de Latina Ling. In inquisitione M. Sergij, Manij filij, qui capitis accusauit Trogum, sic est: Auspicio orando, sede in templo auspicij, dum aut ad Prætorem, aut ad Consulem mittas auspicium, petitum commeatum, Præco reum vocet ad te,& eum de muris vocet. Cornicinem ad priuati ianuam,& in arcem mittas, vbi canat collegas T. Trogi, & comitia edicat è rostris, argentatij Tabernas occludant. *Vous anuoierez le trompete deuant le logis du criminel,& vers la citadele,& là il criera à son de trompe le criminel,& ses complices.*

VIII Crebrò iactando, inculcando aliquid, futurum id prædicere. 3.Catil.18. Vt hæc, quæ nunc fiunt, canere Dij viderentur. Liuius l.1. Cecinêre vates, idque carmen peruenerat ad Antistitem.

IX Intùs canere, prouerbio dictum est in eos, qui quidquid agunt, & possunt, in sua commoda conuertunt. Atque etiam illum Aspendium citharistá, quem omnia intùs canere dicebant, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, vt etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. 3.Ver.53. Salsus est in Verrem iocus, quo scitè carpit eius incredibilem rapacitatem. Aspendius mira arte canebat cithara, cuius chordas ad iugum cùm sinistra sola carperet, concentum edebat nullo plectro adiuncto: sonus tamen ex illis audiebatur, nec procul. Hinc prouerbio, Intùs canere, sunt dicti fures, qui sua furta, vt iste artem, & cantum suum, occultant. Verres autem, qui non intùs tantùm: sed in intimis ædibus habuit omnia signa Aspendij, in vrbe sublata, & ipsummet Aspendij citharœdi signum,

ſignum, non intùs, ſed pluſquàm intùs cecinit, Aſpendium vicit. Intùs porrò tradunt hîc dici eo ſenſu, quo interiora dicuntur, quæ læua ſunt: læua enim canebat Aſpendius. Atque hoc carmen non vobis, ſed ſibi intùs canit. 2. in Rull. 67. hoc eſt, leges de diuidendis agris in populum, licèt populares videntur, & in gratiam populi perlatæ, in decemuirorum tamen commodum ſunt excogitatæ: quorum vnus erat Rullus, voluntate ſaltem.

x Sic etiam *Cantus* non ſolius vocis eſt, ſed & inſtrumentorum. Cantu vocum, & tibiarum tota vicinitas perſonabat. *Tullius*, pro S. Roſcio, 134. Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat. *Tullius*, pro Muræna, 22. Ad cantus, & ad tibicinem proſequi laudes clarorum virorum. *Tullius*, 2. de Legib. 62. Tibicines, iíque, qui fidibus vtuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio, cantus numeróſque moderantur. *Tullius*, 5. Tuſcul. 104. Quod docti homines neruis imitati, atque cantibus, aperuêre ſibi reditum ad hunc locum. *Tullius*, de ſomnio Scip. 12.

¶ CAPIO, OR. Capere Augurem, Flaminem, Pontificem, Veſtalem, & eiuſmodi alios, is dictus eſt, qui eos, ſuo iure, volentes, aut nolentes, ad id muneris prehenſos legeret, & inaugurarer. *Qui les aiant choiſis, leur metoit la main ſus, s'an ſaiſiſſoit, les ammencit, & les conſacroit, pour exercer la charge.* Nam & inuitos lectos & captos docent ſcriptores veteres. Cauſſam inaugurari coacti Flaminis reticuiſſem, niſi ex mala fama in bonam vertiſſet. Ob adoleſcentiam negligentem luxurioſámque, Caius Flaccus Flamen captus à P. Licinio, Pontifice Maximo, Lucio fratri & cognatis ob vitia inuiſus, ita repentè exuit antiquos mores, vt nemo tota iuuentute haberetur prior, nec probatior. *Liuius*, libro

bro vicesimo septimo, sectione vicesima secunda. Capi propterea virgo dici videtur, quia Pontifici Maximi manu prehensa, ab eo parente, in cuius potestate est, veluti bello capta, abducitur. *Gellius* libro primo, capite duodecimo. Qui de virgine Vestali capienda scripserunt, minorem quàm annos sex, maiorem quàm annos decem natam, negauerunt capi fas esse. *Gellius*, eodem loco. Virgo Vestalis simul atque capta, & in atrium Vestæ ducta & Pontificibus tradita est, eo statim tempore, sine emancipatione, ac sine capitis deminutione, è patris potestate exit, & ius testamenti faciundi adipiscitur. *Gellius*, ibidem. In libro primo Fabij Pictoris scriptum est, quæ verba Pontificem Maximum dicere oporteat, cùm Virginem capit, & sunt huiusmodi: Sacerdotem Vestalem, quæ sacra faciat, quæ ius siet, Sacerdotem Vestalem facere pro populo Romano Quiritibus, vti, quod optima lege fiat, ita te, Amata, capio. *Gellius*, eodem loco. Lucius Sylla libro secundo ita scribit: Pub. Cornelius, cui primùm Syllæ cognomen impositum est, Flamen Dialis captus. *Gellius*, ibidem. Amata, inter capiēdum à Pontifice Maximo, appellatur, quoniã, quæ primùm est capta, hoc fuisse nomine traditum est. *Gellius*, eodem loco. Vide, *Lego*, cap. tert.

II Capere locum castris. *Choisir & determiner vn lieu, vne place, pour l'assiete du camp. Prandre l'assiete du camp.* Liuius lib. 9. Id verò erat periculum, ne sollertiùs, quàm quivis vnus ex iis, quos nominaui, castris locum caperet. *Comme s'il i auoit bien danger, qu'Alexandre, le Macedonien, ne sceut prandre plus à propos l'assiete pour bien camper, que les Capitaines Romains, qui viuoient pour lors.*

III Capere, accipere fidem ab aliquo, *s'asseurer par promesse & serment de quelque chose simplemant proposée.*

oſée. Liuius 24 l. 135. Syphax Rex relata, Numidáſque Legatos, in Hiſpaniã miſit, ad capiẽdam fidem ab Imperatoribus Romanis. *Syphax ranuoia les articles à lui propoſez, par les deputez Romains, &, auec ce, anuoia ſes Ambaſſadeurs, pour prandre aſſeurance des Generaux de l'armée Romaine, ſur les propoſitions à lui faites de leur part.*

IV Capere ſibi conſilium, *Voir, comme on ſe deura deporter, an vn afaire.* Cæſar 1. Belli ciuilis, Si id non feciſſet, conſilium ſibi capturos. *Qu'ils aduiſeroient, comme ils auroient à ſe gouuerner ſur cela.*

V Vernaculæ noſtræ linguæ planè affinia efferuntur hoc verbo penè infinita. Capere arma, capere bellum, *prandre guerre, prandre à faire guerre.* Capere calamitatem, *receuoir vne infortune.* Capere cauſam, *prandre occaſion, & pretexte.* Capere, accipere conditionem, *Accepter l'offre, le parti offert.* Capere coniecturam, conſuetudinem. Capere deſiderium ex abſente. *Receuoir regret.* Capere documentum, dolorem, exemplum de aliquo. *Prandre example ſur autrui, l'imiter.* Capere exordium, initium, experimentum, fructum ex re quapiam. Capere fugam. Capere gaudium. Capere geſtum nouum, *Prandre nouuele contenance.* Capere gloriam ob virtutem, ex virtute. Capere gratiam, *Receuoir vne courtoiſie, vne faueur.* Capere detrimentum, incommodum, damnum, calamitatem. Capere honorem. Capere incrementum. Capere inimicos omnes homines, *Se mettre en male grace de tout le monde.* Capere inimicitias ob quempiam, odium alicuius, inuidiam apud aliquos, iram militum. Capere laborem, lætitiam, laudem. Capere caſtra, & munire. Capere magiſtratum. Capere miſericordiam ætatis ſuæ. Capere nomen ex aliqua re. Capere omen. Capere opinionem, *Aquerir bruit,*

bruit, reputation. Capere primordia à re quapiam. Capere prouinciam, inire, suscipere. Capere quietem, somnum. Capere rationem, inire viam, & rationem rei agendæ. Capere specimen naturæ. *Faire preuue, prandre experiance.* Capere spem, vires, voluptatem. Capere vsuram, frui, vti re quapiam. Capere alium vultum, alium gestum. *Changer de mine, de contenance, &c.*

CAPTO. Sollicitè aliquid expeto, & quæro. Dissident principes, captatur occasio. de Arusp. 5. Quid enim ad illum, qui te captare vult, vtrùm tacentem irretiat, an loquentem? 94. Aca. 4. Inductio, quæ rebus non dubiis captat assentationem eius qui, &c. de in. 51. Lepidus desperato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit. 10. Ep. 23. Captare aliquem aliquo emolumento. 2. de In. 57. At etiam misericordiam captabas. 2. Phil. 86. Captare plausus. in Ph. 60. Captare nomen Imperatorium. 11. ep. 4. Captare beneuolentiam à persona aduersariorum. 1. ad Her. 8. Captare risus. 2. Tusc. 11.

CAPVT. Variis rebus Latini nomen hoc tribuunt: nam tota illa summa, quæ alicui debetur in frumento, aut in similibus rebus, Caput dicitur, & vt in pecuniis est sors, sic in vectigalibus, decumis, vt frumenti, aut similium rerum, quæ debentur, Caput. *Le principal, le capital, la somme principale.* Verres aliquot nominibus de capite, quantum commodum fuerit, frumenti decumanis detraxit. 3. in Verr. 11. *Il a rabatu du principal du bled, qui etoit deu, autant comme lui a samblé bon.* Vnum hoc illius S. C. reprehensum, decretúmque est, vt quibus ille de capite demsisset, hi pecunias in ærarium referrent. 5. Verr. 81. *Qu'ils an rambourssassent la valeur au thresor du public.*

lic. Statuit Senatusconsultum hoc, ne illi quiem esse licitum, cui concesserat omnia, à populo factarum, quæsitarúmque rerum summas mi- ionem, uere: illum viris fortissimis iudicarunt patres onscripti dimittere de summa non potuisse: te nulieri teterrimæ rectè remisisse Senatores iudiabunt? Et paulò pòst. In illo reprehendetur, quòd x ea pecunia remiserit, quam ipse quæsierat: tibi onceditur, qui de capite vectigalium populi Ronani remisisti? Verr. 8 2.

11 Vocarunt Latini quoque hoc nomine id, in quo omnia sunt, aut maxima pars rei alicuius poita: aut id, quod maximum in re aliqua est, & quod em ipsam continet, cuius quædam velut accessio & appendix cæteræ partes in eodem genere: *Le principal, la piece plus considerable, & importante, où se raportent les autres parties, comme autant d'accessoires.* Ad consilium de Republica dandum, caput est nosse remp. 2. de Orat. 337. *Le principal, ce qui importe.* Caput esse ad beatè viuendum. de Am. 45. In hoc loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit. 2. de In. 24. Atque hoc loco caput videtur esse, vt quæramus. 2. In. 175. Caput. n. arbitratur esse oratoris, vt & ipsis, apud quos ageret. 1. de Or. 87. An tibi obuiam prodirem? primùm App. Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorum? deinde, quod caput est, amico? 3. Fam. ep. 3. Et id, quod caput est, nobis inter nos nostra vitia sunt toleranda. Att. 14. Et, quod caput est, mihi quæuis toleranda. CAPVT belli, *Le principal, le plus considerable d'vne guerre, & d'où depand tout le reste.* Liuius l. 45. 15. Caput belli Punici Carthaginenses, Syphax fuerat accessio. *Les Carthaginois furent considerez comme le principal, comme la plus importante piece de la guerre d'Afrique:*

que : & Syphax comme vn accessoire, & depandant d'icelle. Liuius ibid, Perseus caput belli Macedonici Gentius accessio. CAPVT cœnæ, *Le principal mets, la maitresse piece d'vn souper.* Tullius Tuscul. 98 Tyrannus negauit se delectatum illo iure nigro quod erat caput cœnæ. Tullius 2. de finibus, 25 Semper Lælius bene cœnabat : sed cedò caput cœnæ : sermone bono. Martialis, Emtus tibi mullus Librarum quatuor, cœnæ pompa, capútque fuit.

III Capita, item membra rei cuiuspiam, puncta tractatus alicuius: quæ articulos vulgò appellare solet. Quod ex quibusdam capitibus expositis, nec explicatis intelligi potest. De Clar. 164. *De certains points & chefs.* Illa verò Censoria, contra Cn. Domitium, non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius. Ibid. 165. *Certains sommaires, abregez de la matiere traitée, certains memoires, points principaux.* A primo capite legis vsque ad extremum, reperio nihil aliud cogitatum. 2. contra Rull. 15. *Dés le premier chef, ou article.* Cùm caput meæ proscriptionis recitaretur. *L'article, le lieu, l'androit, le chef, où il est ordonné, decerné de mon exil.* Postqu. 7. Quatuor sunt capita, quæ concludunt, &c. è quibus primum est, esse aliquod visum falsum. 4. Acad. 101. *Quatre propositions, & conclusions, articles de leur doctrine & secte.* Ex vno capite Epicuri. Ibid. *D'vn point, d'vn article, & conclusion de la doctrine Epicurienne.*

IV Caput, id est, auctor, princeps in aliqua re, vt in factione, secta, doctrina, &c. Caput omnium concitandorum. Pro Flacc. 42. *L'auteur de la sedition.* Si quid sine capite manabit, & cuius auctor nõ exstet. Pro Planc. 57. Ab illo fonte & capite Socrate. 1. de Or. 42. Iam verò, qua forma caput ponitur pro rei, aut scripti alicuius, vt vocant, summario, eadem quoque,

uoque, Capitalis, pro eo scriptore, qui breuiter, & resse scribit. Capitalis, creber, acutus Thucydides. Quint. Frat. 12. Muretus tamen contendit, iis ocis, capitalem scriptorem pro ingenioso poni. lauius caput partis eius Lucanorum, quæ cum Romanis stabat. *Liuius*, libro vicesſ. quinto, sect. uinquagesſ. quinta. *Flauius chef de parti, antre ceux les Lucains, qui faisoient pour les Romains contre Hannibal.*

Capitis nomine veteres pericula libertatis, iuitatis, vitæ, & existimationis amittendæ significabant, & vitæ quidem, quia caput præcipua ars, & vitæ domicilium. Libertatis verò ac ciuitatis eo sensu, quo & Capitis diminutio. Nam capite diminutus erat, vt infrà dicetur, qui ius libertatis, & ciuitatis amiserat, seu in pœnam, seu alio modo. Vno exemplo hæc ferè omnia complexus est Tull. Quam possumus reperire ex omnibus causis ciuilibus causam, contentionémque maiorem, quàm de ordine, de ciuitate, de libertate, & capite hominis consularis? 1. de Orat. 182. Nunc distinctè singula. *Vita*, Socratis responso sic exarserunt Iudices, vt capitis hominem innocentissimum condemnarent. 1. de Orat. 133. Socratem in iudicio capitis pro se dixisse. ibid. 231. Vt si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris. 13. Off. 107. *Pour ta rançon, pour racheter ta vie.* Libertatis, ciuitatis, dignitatis. Nihil de capite eius, aut de bonis, sine iudicio detrahi potest. Pro Dom. 31. Summæ existimationis iudicia, & penè dicam capitis, tria, fiduciæ, tutelæ, societatis. Pro Qu. Rosc. 16. *Où il s'agit entieremant de la reputation, & comme de l'etat d'vne personne.* Qui caput alterius, famam, fortunásque defendo. Pro Quin. 8. Capu

8. Caput & famam hîc pro eodem. Ipse se capi damnaret. Ibidem. *Il exposeroit sa reputation*. Bis à me iudicio capitis rebus saluis defensus. l. epist. 30. *Où il s'agissoit du bannissemant*. Iudi enim capitis frequentiùs dicebantur, quib damnatus libertatem, ciuitatémve amittere. Vitam enim non nisi perduellionis crimine iu dicia tollebant. Aliquando vtrumque coniu ctum est salutis & existimationis periculum, eo dem verbo. Cùm abs te tui capitis causa peteret, hominésque certos domo emisisset. 4. Verr. 9 *Pour le soin qu'il auoit de ton salut & reputation* Cùm tota mea festinatio fuit cũ periculo capitis. Ibi. *I allant de ma vie pour le danger des voleurs, de ma reputation, an cas que ie n'arriuasse à poin nommé.* Capitalis res, fraus, capitale crimẽ, facinus idem, ac capitis, id est, capite luendum. Capite diminui, capite diminutus, ea pœna affectus, vt vel libertate, vel ciuitate, vel familia spoliatus sit, vel iis omnibus, quę grauissima est capitis diminutio. Vide Festum & Caium I. C. D. de cap. minut. Qu capite non sunt diminuti, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit. Top. 29. vbi de Gentilibus. *Ceux, qui ne furent on ques bannis, ni asseruis à aucun, ni ne sont dechen de leur etat, sont appelez,* Gẽtiles, *parmi les Romains.* Extra pœnam quoque dicitur de eo, qui ius suum non retinuit, iuris sui non fuit, sed alieni. Si ea mulier testamentum fecit, quę se capite numquam diminuit. Top. 18. *Laquelle par le mariage n'est pas assuietie à son mari, n'a perdu le droit de dispeser de ses biens.*

v. 1 Caput pro ipso homine poni liquet ex sup. capite, ex aliis locis Ciceronis, ac Plauti, & Terent. Iecit caput meum casus quidam, quasi certaminis

causam,

causam,in mediam contentionem. 1. ep. 9. id est, seipsum. Caput liberum facere. Plaut. id est, seruum manumittere. Nota has formulas: Capita exigere, capite censeri, censum esse, &c. Quòd à me postulassent, ne in venditionem tributorum, & illam acerbissimam exactionem Capitum, atque Ostiorum, inducerentur sumtus minimè necessarij. 3. ep. 8. *Qu'à l'occasion de la vanse des tailles, & de l'exaction, qui s'an faisoit téte par téte, & de porte en porte, on ne surchargeat la prouince de depense superfluë.* Hîc attingitur mos ille Prætorum prouincialium, quibus cùm præsens non esset pecunia, morámque rebus afferret tributorum longa exactio, eorum ius exigendi vendebant publicanis præsenti pecunia, quorum deinde auaritia & crudelitate viritim, ostiatímque exigentium, mirè vexabantur prouinciales.

11 Capite censi, qui nihil in fundis haberent, in pecuniis parum, ideóque solo capite censebantur. *Qui ne bailloient autre denombremãt, ou declaratiõ, par deuant les çanseurs, que de leur téte, & personne, pour n'auoir aucuns biens immeubles.* Istis multa ciuium iura negabantur, quòd ipsis deesset, vnde præstarent Reipubl. si quid in eam committerent.

111 Quod illorum capiti sit, malè alicui precãtis formula. l. 8. ep. 1. est Cœlij. Te, quod illorum capiti sit, dissiparant periisse. *Auoient semé le bruit, que tu auois eté tué: que male mort leur a duienne: qu'auant leur an puisse arriuer.* Sic quoque Terent. Aliquid tulisse comminiscentur mali, capiti illorum, atque ætati morbus, qui auctus siet. Et Virg. Dij capiti illorum generíque reseruent.

CASTIGO, non solùm verberibus, vt multi opinantur, sed etiam verbis dicitur. Pueros matres & magistri castigare solent, nec verbis solùm, sed

etiam verberibus. 3. Tusc. 64. Qui non verbis sun & disputatione Philosophorum, sed vinculis carcere castigandi. 2. Offic. 23. Qui punit aliquem aut verbis castigat. 1. Offic. 88. Et quoniam de im pudentia dixi, castigemus etiam segnitiem hom num. 1. de Orat. 185.

CAVEO, nonnulla sunt verba, quibus Iu risconsultorum in consilio dando mos explic tur, vt Respondere, Scribere, Cauere. Respond re dicuntur, cùm suis consultoribus indicant, qu scriptum sit in lege, quid ius postulet. Dant autem responsum, vel voce tantùm, si res eis sit cum ho mine intelligente: vel scripto, si cum rudiore agā qui responsa ad patronos deferat, vt in iudicio e vtantur. Scribere dicuntur, cùm formulas compo nunt litigantibus. Cauere denique, cùm aliquem consilio iuuant, & instruunt, seu ad litigandum seu ad contrahendum, vt se tueatur aduersùs frau des & captiones. Cauendi ergo verbo continentu ea, quæ respondendo, & scribendo fiunt, & ali præterea, quæ nec ad legem, nec ad formulas re feruntur: sed varias agendi vias comprehendunt quibus suum cuique conseruetur. In iure cauere & consilio iuuare, atque hoc scientiæ genere pro desse quamplurimis. 2. Off. 65. Cùm tu mihi meis que multa sæpè cauisses. Top. 4. *Aiant eté mon conseil, & des miens en beaucoup d'afaires.* Valerium tibi cōmendo, sed ita, etiam si nō est Iurecōsultus meliùs enim ei volo cauere, quàm ipse aliis solet l. 9. ep. 1. *Ie veux mieux tenir la main à ses afaires qu'il n'a coutume de defandre le droit de ses parties.* 11 Cauere etiam dicuntur, eodem sensu, quicum que ope, consilio, & opera, quouis modo, rebus ali cuius prospiciunt, vt parentes, &c. qui rem suorum sartam tutamque præstant, seu testamento, seu quouis

quouis alio ſcripti genere:vt, Amentia eſt, cùm hæredi velis cauere,id adſcribere, quo,non adſcripto,nihilominùs hæredi caueatur. 2. Inuen. 120. Cauet mimis, aleatoribus, lenonibus. 8. An. 26. *Antonius pouruoit aux afaires des bonfons, &c. auſquels il a fait le departemant des fonds du peuple Romain.* Caueat ille ſibi,vt ſi tibi prouinciam dediſſet, ei omnium ſcelerum adiutorem te præberes. 3. ep. 1.

III Cauere populo: dare operam, ne quod detrimentum ærarium patiatur. Populi enim erat,quidquid in ærarium, vndecumque collectum, inferretur. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ,vt & mihi,& populo cautum ſit,ſine vecturæ periculo. 2. epiſt. 17. *Des perſonnes, qui m'aſſeureront mon argeant. Ie prandrai repondant de ceux, qui ſe chargent de me faire tenir mon argeant à Rome,à ce qu'euitant la depanſe, & danger de la voiture,ie profite d'autant, & epargne au peuple, & à moi.* Prædibus & prædiis populo cautum eſt. 3. Verr. 142. *Le reuenu du peuple eſt randu aſſeuré par l'obligation des perſonnes,& fonds, qu'on a obligez à ces fins.* Quid? ne parum locuples eſſet? At erat, & eſſet ampliùs, ſi velles populo cautum prædibus & prædiis. *Plus riche qu'il n'étoit beſoin,pour repondre au peuple de la beſongne qu'il antreprenoit,pour aſſeurer l'état au peuple, ſon reuenu.*

IV Cauere ab aliquo, & per aliquem,pro,Satis accipere,aut Securari, vt Barbari loquuntur,ab aliquo. At tibi ego,Brute,non ſoluam, niſi priùs à te cauero,ampliùs eo nomine neminem, cui petitio ſit,petiturum. De Clar. 18. *Ie ne te paierai pas,que ie n'aie prins caution de toi, que perſonne,qui ait droit an ce faict,ne m'an demandera rien ci-apres.* Rogant

eum, vt id, quod abiisset ab ipsis pecuniæ, curet, a se caueat, quemadmodum velit.

v Rebus etiam cauemus, vt extra periculum sint. Altera lex priuatorum ædificiis, altera sepulcris cauet. 2. de leg. 61. id est, prospicit.

vi Cauetur etiam aliquid, aut de aliquo, lege, fœdere, iure, seu præcipiendo, seu prohibendo, cùm quid sancitur, statuitur. Ita diligenter perscripta lex est, ita cautum vnaquaque de re, ita, quod oportet, exceptum. *Il a eté fort soigneusemant pourueu à tout, an couchant la loi par ecrit, chaque chose etant exprimée par le menu, & an termes fort clairs.* 2. Inu. 135. Epicurus diligenter cauet, & sancit, vt hæredes sui dent. 2. Fam. 102.

vii Caue putes, caue existimes. Elegans formula, dubitationis, suspicionis auertendæ posita. 10. ep. 2. Caue putes, vllas literas vmquam gratiores, quàm tuas, in Senatu esse recitatas.

CAVTIO, inter alia, significat omne genus scripti, vt chirographum, syngrapham, formulas Iurisconsultorum, & eius generis, quo alicui, & rebus eius cauetur. *Cedule, promesse par ecrit, asseurance, apoque, caution, instruction.* Pro Q. R. 36. Est & ex conditione iuris, & ex consuetudine cautionis, firmissimum testimonium. *Et par la disposition du droit, & selon les vz & coutumes de la Cour, és iugemans, la cedule est tousiours de grand poids, donne vn suffisant témoignage, vne bonne prèuue.* 7. Fam. 18. Quando vestræ cautiones infirmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. Iocus est Ciceronis in Trebatium. *Ie t'anuoie vne letre de faueur anuers Cesar, ecrite en Grec de ma main, qui te seruira vers lui, comme les ecrits de vous autres Iurisconsultes seruẽt à ceux, qui vous consultent.* Pro Dom. 129. Cautiones fiebant pecuniarum.

Lon

L'on faisoit des cedules, des asseurances de l'argeant qu'on auoit receu. 1. Or.141. Persecutionum, cautionúmque præceptio in iure ciuili. *Les moiens, les instructions, que les Iurisconsultes baillent pour bien intanter procez, bien conceuoir, proposer ses demandes, & les bien poursuiure. Item, pour se defandre, se garantir, pour asseurer son bon droit.*
11 Mea, tua, aut nostra, cautio est. Id est, meæ sunt partes, tuæ, nostræ, ~~vt caueamus~~. Tua enim cautio est, nostra cautio est. pro Mar. 21. Chartá tibi deesse, mea cautio est. 5. Att. 4. *C'est à faire à moi, il me touche de pouruoir, que papier ne te mãque.* Ne quisquam pertundat crumenam, cautio est. Plaut. Puerum autem ne rescifcat esse ab illa, cautio est. Terent. Hi mihi ne corrumpantur, cautio est.

CAVSOR, aris. Affero cur: causam affero, quare aliquid fit, aut non fit. *Dire cause pourquoi, alleguer raison de telle, & telle chose, prandre pretexte de, &c.* Pro S. Rosc. 42. Numquid causare, quin ab iudicio abeas turpissimè victus? l. 24. Cùm Pœnus dolo dimissum Romanum incusaret, Locrenses profugisse ipsum causarentur. Liu. l. 36. Itaque hiemem instare, apud suos causatus Rex, vnum tantum moratus diem, ab Larissa recessit. Curtius li. 4. Tanto cursu exhausta corpora, & præceps in noctem tempus causatus est.

CAVSARIVS. Militare verbum, quo designatur miles, cui legitima est causa missionis impetrandæ, vt morbus, senectus, &c. Liu. l. 6. Tertius exercitus ex causariis, senioribúsque scribatur à Q. Quinctio, qui vrbi mœnibúsque præsidio sit. *Quinctius dressera vne armée de ceux, qui ont legitime excuse, qui sont dispansez, exants des deuoirs de guerre.*
11 Causaria missio est, cùm miles vitio animi, vel corporis,

corporis, minùs idoneus militiæ renunciatur. *Congé, qu on donne au soldat, pour cause legitime, dispansé des deuoirs de guerre, à cause de maladie, & autres raisons.* L. 13. De re mil. Quod præmium ad eum, qui causaria missione missus est, potest pertinere. Item, Causaria missio, cùm quis vitio animi, aut corporis, &c.

CEDO, id est, Da, Dic, seu ad vnum, seu ad plures sermo fit. Cedo, qui Remp. tantam amisistis, tam citò. De Sen. 20. *Dites moi, commant auez-vous?* Vidisti igitur virum, vt scripseras? ingemuisti certè: cedo reliqua. 9. Att. 21. Obuiam mihi fit tabellarius, & ego statim, Cedo, inquam, si quid ab Attico. 16. Att. 13. Cedo, cui Siculo, cùm is reus fieret, ciuis Romanus cognitor factus vnquam sit? 4. Verr. 106.

II Cedere in iure dictus est Dominus, cùm rem suam alteri alienabat apud Magistratum, quem manu tenẽs is, cui cedebatur, ita vindicabat. Hunc ego hominem, V. G. ex iure Quiritium meum esse aio. Tum Prætor cedentem interrogabat, an contra vindicaret: quo negante, aut tacente, Prætor rem vindicanti addicebat. De qua cessione Tullius Top. 28. Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio. *Tradition, transport en presance de sept témoins, & par l'antremise de la balance, & d'vne piece d'argent, à la vieille coutume, ou an presance du Magistrat.* Ceduntur item non corporea, vt libertas, ius hæreditatis, tutelæ.

III Cedere diem, I. C. dicunt, cùm certi temporis pars effluit, vt cùm pecuniæ soluendæ, operi faciũdo, & cæteris rebus certa dies dicta est, & aliquot iam dies fluxerũt ab eo die, quo quis pecuniam, opus stipulatus est; cessisse ij dies dicuntur, & cœpisse

pisse pecunia, opus deberi. l. 213. D. verb. signif. Cedere diem, significat, incipere deberi pecuniam. Venire diem, significat, cum diem venire, quo pecunia peti possit. l. 2. D. Quando dies legat. ced. Mortuo patre, licèt viuo pupillo dies legatorum substituto datorum cedit. §. 2. ibid. Si purè sit vsusfructus legatus, vel vsus, vel habitatio, neque eorum dies ante aditam hæreditatem cedit, neque petitio ad hæreditatem transit. §. 3. ibid. Cùm ad hæredem non transferatur, frustra est, si antè quis eius diem cedere dixerit.

IV Cedere hæreditas, legatum, opera, alicui dicitur, diminuto loquendi genere, pro hoc pleno, cedit dies, quo hæreditas, legatum, opera, aut aliquid eiusmodi debetur. l. 13. D. de op. libert. Antè quàm operæ incipiant cedere. l 24. eod. Cedunt operæ ex die interpositæ stipulationis.

V Cedit, Accedit res rei, ei imputatur, adscribitur, vt pars toti, vt capiti appendix. l. decima octaua, De action. emti & vend. Granaria, quæ ex tabulis fieri solent, ita ædium sunt, si stipites eorum in terra defixi sunt. Quòd si supra terram sunt, rutis & cæsis cedunt. *S'ils ne sont point fichés dans terre, ils sont imputés aux choses meubles, suiuent la nature des meubles.* l. quarta, De pen. legata. Quod est liquidæ materiæ, rapit secum, in accessionis locum, id, sine quo esse non potest. Vasa, accessio legatæ penus, non legata sunt. Si quis penum legauerit, & fructibus promiscuè vti solebat, quantum ad annuum vsum ei, familiæque sufficeret, legato cedet. *Tout cela sera imputé au legat, en suite du legat, appartiendra au legataire.*

CENSEO. Sicut singulorum Senatorum sententiæ in Curia dictæ, ita Senatus totius consulta, & decreta hoc verbo ferè declarantur. 3. Phil. 37.

Quas ob res,quòd Trib. pl.verba fecerunt, vt Senatus Cal. Ian. haberi, sententiæ de summa Rep. dici possint,de ea re ita censeo,vt C.Pansa, A. Hirtius Coss. &c. *Sur la proposition faite en plein conseil par les Tribuns, aux fins,que le premier de Ianuier prochain il i ait assamblée generale de tout le conseil, & qu'il soit permis à chacun de mettre an auant, de proposer, de dire son aduis, de ce qui concerne le bien de l'etat.* Liuius lib.1. Quarum rerum, litium, causarum condixit Pater Patratus Populi Rom.Patri Patrato Priscorum Latinorum,&c. dic quid censes? Tum ille, Puro pióque duello quærendas censeo. *Quel an est votre aduis? Mon aduis est, qu'on les repete par voie de guerre.* 3. Catil. 13. Quoniam nondum est perscriptum S. C. ex memoria vobis,Quirites,quid Senatus censuerit,exponam. *Ce que le Senat an a decreté, Quel an a eté l'arret du Conseil d'etat.* Liuius l. 1. 110. Populus Romanus bellum cum Priscis Latinis iussit esse, Senatúsque pop. Roman. Quiritium censuit,consensit,consciuit,vt bellũ cum Priscis Latinis fieret.

11 Exprimit Censorum actionem eam, qua ciuium profitentium capita, familiam, & bona recensent, hoc est, ciuibus iuratis ea omnia ex fide bona edentibus, ipsi referunt in tabulas publicas 3. de leg.13. Censores populi,ciuitatis soboles,familias, pecunias censento, *Que les çanseurs prennent, exigent des citoiens le denombremant, tant d'eux-mémes, que de leurs anfans, serfs, affranchis, esclaues & possessions.* Liuius l. 1. Id conditum lustrum appellatum,qui in censendo finis factus est. V. Recenseo.

111 Exponit etiam ciuium ipsorum; se suáque omnia in censum referẽtium,actionem.Pro Flacc. 80. In qua Tribu ista prædia censuisti? *An quelle Tribu*

Tribu t'es-tu inscrit ? de quelle Tribu t'es-tu qualifié, specifié, an recognoissant ces fonds, an baillant le role de ces possessions parmi les tiennes? Ibid. Voluisti magnum modum agri censere. *Tu t'es attribué les fonds d'autrui, voulant faire parade, par deuant les çanseurs, de la grande estanduë de tes possessions.*

IV CENSEOR, tum agendi, tum patiendi significatione eodem refertur. Pro Flacc. 80. Census es mancipia Amyntæ, neque huic vllam in eo fecisti iniuriam. Possidet enim mancipia Amyntas: ac primò quidem pertimuit, cùm te audisset seruos suos esse censum. *Que tu auois baillé par declaration, ecrit au role, en la liste de tes biens, ses esclaues par deuers le çanseur.* Pro Arc. 11. Eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue. *Qui s'est fait anroler, inscrire és registres, an la matricule des citoiens par les çanseurs, ce faisant, a fait acte de citoien, en tel acte il s'est porté pour citoien.* 1. Orat. 183. Quæritur is, qui domini voluntate census sit, si non sit conditum lustrum, sitne liber?

V CENSVI censendo bona, sunt fundi, qui propriè iure ciuili, hoc est, Romano, non autem alio, vendi emíque possũt. Pro Flacc. 80. Quæro sintne ista prædia Censui censendo: *S'ils sont de droit Romain, de la condition du droit Romain, qui ne peuuent estre possedez, vandus, ni achetez que par persone iouïssante du droit Romain.* V. Dedico. 3. Subsigno.

CENTVRIO, as, in Centurias, hoc est, in ordines militares non modò centenarios, sed cuiusque numeri refero, militiæ adscribo: vt enim Decuria, & Centuria, præter certi numeri cateruas hominum, etiam incerti numeri ordines significant; ita Cẽturiare, & Decuriare de hominibus in quemlibet numerum, & ordinem adscriptis, dici solet. Cic. 16. Att. 9. Octauius palàm rem gerit, centu-

riat, Capuæ dinumerat. Postq. ad Quirites, 13. Cùm homines in tribunali palàm conscribi, centuriarique vidissem. Liuius l.6.5. Camillus seniores quosque, quibus aliquid roboris superesset, in verba sua iuratos centuriaret.

CERNO. Cernere hæreditatem, forensis loquendi modus elegans, Tullio admodum familiaris. Vlpianus, Cretio, est certorum dierum spatium, quod datur instituto hæredi, ad deliberandum, vtrùm expediat ei adire hæreditatem, nécne. Hæc ille. Formulæ comparatæ ad cretionem erant huiusmodi. Titius hæres meus esto, cernitóque in diebus centum proximis: nisi ita creuerit, exhæres esto. *Que Titius, que ie nomme mon heritier, dans les çant iours prochains se resolue d'accepter mon hoirie: à faute de quoi, qu'il an soit forclos.* Itaque, Cernere hæreditatem, est, & apud se statuere, decernere de ea adeunda, ac re ipsa testibus adhibitis adire, & preterea, inter adeundum, concepta Cretionis verba proferre, vt, Cùm me hæredem Mæuius instituerit, eam hæreditatem adeo, cernóque. Nunc mittendum est, vt iussu meo cernat. Att. 13. epist. 44. Pridie Nonarum ex testamento creui hæreditatem. Att. 11. epist. 2. Transfertur hoc verbum ad res alias, vt, Hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ me sinas cernere. l. 9. ep. 14. Appij amorem erga me, cum reliqua hæreditate, creuit. Att. 6. ep. 1. Porrò, cernere hæreditatem, esse id, quod ex Vlpiano adscripsimus, docet ea ep. 44. lib. 13. ad Att. vbi dubitat Tullius, an conducat, nécne, eam hæreditatem cernere, quòd nondum constaret, liberáne esset, an secùs: hoc est, an Cluuius testamento suo legasset aliquid alicui homini, aut rei, à Cicerone cohærede. *S'il auoit point chargé Ciceron de quelques legats onereux, paiables à quelque personne, ou pour*

tombeau, pour les ieux, ou autres choses. Quod con-
abat ex Hordeonio cohærede, à quo legauerat
erentiæ HS MILLE.

1 CRETIO, est ipsa cautio, & formula testatoris,
ua cauet, vt hæres ea conditione adeat, & cernat.
st etiam ipsa hæredis actio, qua hęreditatem adit,
ernítque: vno verbo, est hæreditatis aditio. Ex eo
ognoui Cluuij liberam cretionem, testibus præ-
entibus, sexaginta diebus. Att. 13. 44. Puto enim
retionem simplicem fuisse. Att. 11. ep. 12. Libera
retio nullum onus imponit hæredi. Simplex, cùm
licui ex cohæredibus ius erat ad hæreditatem, cum
retione, quæ vtique melior erat conditio, aliis ve-
ò sine cretione.

CERTO, as. Certare multam dicti sunt, &
lamnati, & damnatores multæ, cùm multæ, aut ra-
æ habendæ, aut remittendæ, per suffragia populi
oluntas poscebatur. Liuius l. 25. 8. Tribuni ducen-
ûm millium æris multam M. Postumio dixerunt,
uius certandę cùm dies aduenisset, perorata causa,
pes vna videbatur esse Seruilius Tribunus, qui pro-
pinquus Postumio, priusquàm ad suffragia Tribus
vocarentur, intercessisset. Sic, certare pœnam, sup-
plicium. Certare iudicium Iudicis minoris, apud
maiorem. *Debatre, contester par deuant le Iuge supe-
rieur, ou le Prince souuerain, de l'equité, & de l'execu-
tion de la santance du Iuge inferieur.*

CERTUS, certum habere, certum esse, cer-
tum scire, loquendi modi, quos vulgus certum ne-
scit, an Latini sint. 9. Fam. 23. Cras ad te fortasse,
sed cùm certum sciam, faciam te paulò antè cer-
tiorem. Respondebit se nescire certum. Syl. 38.
Pompeium pro certo habemus, per Illyricum pro-
ficisci in Galliam. o. At. 6. De Orobio opinor, sed
certum nescio. 12. Fam. 24. Nunciatum est nobis,

 Cæsarem

Cæsarem ad VIII Calendarum Capuæ:hoc pro certo putauimus. 9. Att. 18. Dicere aliquid pro certo, polliceor,atque confirmo vobis.2.contra Rul.102.
II Alicui aliquid certum esse,id est,ratum, fixum, constitutum.Mihi certum est, ab honestissima sententia digitum nusquam. 7. Attic. 3. Mihi certum est, abire. At quod certum est, non facere. pro S. R.83. Sibi certum esse, Romæ manere.13. Att.7. Mihi abiurare certius est, quàm dependere. 1. Att.6. Certum mihi est, ad Brutum transire. 15. Att.19.
III Certos homines Latini vocabant,quos sibi notos cum delectu assumerent ad aliquid agendum. *Personnes cognuës, & choisies à dessein, pour quelque affaire, qu'on ne veut confier à tout le monde.* Habebam, paucis diebus, homines certos, quibus darem poteram. 5.Att.17. Quum mihi certorum hominum potestas erit.1.Fam. 7.Confirmat, & se certos homines huius rei causa in Ciliciam & terra, & mari missurum.in Verr.Certos homines ad mulieres miseram.Att.Ei statim rescripsi,hominémque certum misi de comitibus meis.Att.
IV Certa verba vocantur,concepta, sollemnia verba,quibus tamquam formulis,contrahendo, iurando vtimur,&c.Cur in certa verba iurant, cur certo tempore conueniunt certo discedunt.2. de Inuent. 132. Certis quibusdam verbis diuortium fieri.1. de Orat.183.*Par l'interposition de la formule accoutumée, & sollamnelle.*

CESSO. Hoc verbo Cicero, & alij auctores Latinæ linguæ, sæpiùs otium significarunt, quàm per Ferior,aut Otior.Isto tam immenso spatio quæro.Balbe,cur Pronœa vestra cessauerit?1.de Nat.22. Cur tam multos deos cessare, & nihil agere patitur.3.de Nat.44.At pueri etiam cùm cessant, exercita

itatione aliqua delectantur.1.de Nat.102.Denique aliquid exstabit,ne tibi planè cessasse videamur. 2. Att.7. Ego hîc cesso,quia ipse nihil scribo:lego autem breuissimè.16.ep.22. Cicero noster, dum ego adsum,non cessauit apud Rhetorem. 3. Qu. Fr. 1. Nec tamen istum cessare, sed celare, quæ scribat, existimo.1.Acad.2.

CIEO. Ciere Patrem,Ciere posse Patrem, dicti sunt Patricij soli, qui scilicet de centum Patribus,à Romulo lectis, vnum aliquem ciere, citare, designare possent,à quo essent orti.Liuius,l.10.24. An Romæ vmquam fando audistis, Patricios primò esse factos, non de cælo demissos; sed qui Patrem ciere possent? Consulem iam patrem ciere possum,aúmque iam poterit filius meus. Quo loco Decius inuidiosè rem interpretatur, quasi ciere patrem,nihil aliud sit, quàm suum parentem posse ostendere, séque ingenuum probare. Sed formulæ ea vis est,quam nos indicauimus. Ciere posse Patrem,*Se pouuoir dire, & porter pour legitime Patricien, comme extrait de l'vn des çant Peres, des çant Anciens,& Senateurs cleus par Romulus.*

CLARIGO. Clarigare dicti sunt, seu Feriales,seu Legati, cùm res populi Rom. repeterent ab iis, qui vsurparant, & cùm denunciarent bellum, nisi redderentur. *Demander par voie d'ambassade, au nom du peuple Romain, qu'on lui rande ce qui auroit eté mal pris sur lui, ou qu'on satisface aux iniures & offanses commises de parole, ou de fait, à faute de quoi, on declare la guerre aux coulpables.* Plinius lib.22.cap.2. Legati cùm ad hostes, clarigatúmque mitterentur, id est,res raptas clarè repetitum, vnus Legatorum Verbenarius vocatur. V. Repetere res.

II CLARIGATIO, iniustè vsurpatorum repetitio

titio per Feriales, aut Legatos pop. Romani, vt constat ex proximo Plinij loco. Clarigatio item est denunciatio commissæ multæ, eiúsque petitio. *Liuius* 8.42. Veliterni, quòd toties rebellassent, iussi trans Tiberim habitare: vt eius, qui cis Tiberim deprehensus esset, vsque ad mille pondo esset clarigatio, nec priùs, quàm ære persoluto, is, qui cepisset, captum extra vincula haberet. *Que quiconque d'antre eux seroit surpris deçà le Tibre, ancourut, ce faisant, l'amande de mille asses Romains, & fut contraint les debourser sur le champ, & à faute de ce, tenir la prison iusques à plein paiemant.* Clarigatio denique est, ea bellici iuris, ac moris vindicatio, qua eorum bona occupamus, qui nostra vsurparunt: *Represailles, Droit de Represailles,* mutua pigneratio.

CLIENTELA, est Patroni erga suum Clientem fides, eius tuitio, & in ipsum ius, ipsiúsque bona. *Tullius* pro S.R. 106. Cùm multos veteres à maioribus Roscij Patronos hospitésque haberent, omnes eos colere atque obseruare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem atque clientelam contulerunt. *Se sont mis en sa sauuegarde & protection: l'ont prins & recognu pour leur patron, seigneur & maitre, se sont aduoüez ses vassaux.*

II Sumitur simul pro ipsius patroni fide, & iure, & simul pro ipsa clientum persona, atque etiam multitudine generatim. 4. Catil. 23. Pro clientelis hospitiisque prouincialibus, quæ vrbanis opibus non minore labore tueor, quàm comparo, nihil aliud à vobis, nisi huius temporis memoriam postulo. *Pour le soin, que ie prans de conseruer à un chacun de vous, & ses vassaux, & la foi, & affection d'iceux, & les amis & alliés, qu'il a parmi nos prouinces.* 13. Fam. 64. Si te fautore vsus erit, amplissimè

III CONCIPERE verba, hoc est, verba certa, verba legitima, verba sollemnia eodem sensu dicitur, atque concipere verbis aliquid. Liuius lib. 3. Nisi in quæ concepisset verba, iuraret, se patrem eius accusandi causa concilium plebis numquam habiturum, se eum extemplò transfixurum minatur. Pauidus Tribunus adiurat, in quæ adactus est verba.

IV Concepta verba, certa, legitima. sollemnia verba formulæ cuiuspiam, vt Voti, Iurisiurandi, Dedicationis, & cæt. *Paroles expresses, formeles, sous lesquelles se conçoit, se pronence telle formule.* Tullius pro Cluentio 134. Africanus dixit, Licinium Crassum verbis conceptis peierasse. *Qu'il auoit faussé son serment en termes exprez.*

V Conceptio, est ipsa formula, qua eiusmodi res concipi & enunciari solet. Tullius 2. de Inuent. 71. In iure omnis conceptio iudiciorum constituitur. *Par deuant le Preteur sont conceuës & pratiquees toutes les formules de iugemant.* L. 5. D. de verb. oblig. Stipulatio, est verborum conceptio, quibus qui interrogatur, &c. L. 54. D. de Iureiurando. Conceptio iurisiurandi.

VI Concipere furtum lance, ac licio, seu per lancem, ac licium, est quærere & inuenire furtum in alienis ædibus, ex veteri Romano ritu, receptaque formula. Ritus is fuit, vt qui rem suam furto ablatam scrutaturus esset in alienis ædibus, licio ad verenda succinctus, & prælata manibus lance nudus alienas ædes intraret cum testibus, eoque pacto furtum inuestigaret: quod vbi repertum erat, *Conceptum lance ac licio furtum* dicebatur, ex eoque iudicio competebat *Concepti furti* actio in dominum ædium, tametsi furti auctor non fuisset. Nudus autem iubebatur inire alienas

..nas ædes, prohibendæ fraudis causa, ne scili-
.. vestibus suis id tectum eò inferret, quod furto
..atum sibi causaretur. Lancem præferebat, quam
..lierum oculis obduceret, earum pudori consul-
..tus, ne se nudum cum offensione adspicerent.
..ellius 11. 18. ex fragm. duodecim tabularum.
.. furta, quæ per lancem & licium concepta es-
..nt, proindę ac si manifesta forent, Decem-viri
..stri vindicauerunt. *Ont ordenné les mémes peines ..er les larrecins cherchez & trouuez chez autrui, ..ec la ceremonie du bassin & de la ceinture de filas- ..que pour ceux qui etoient manifestes.* Idem Agel-
..s 16. 10. Cùm & Sanates, & vigintiquinque as-
..s, & taliones, furtorúmque quæstio cum lance &
..io, & omnis illa duodecim tab. antiquitas eua-
..erit. *Iustinian. 4. Instit. de Obligationibus, quæ ex ..licto nascuntur.* Conceptum furtum dicitur, cùm
..ud aliquem, testibus præsentibus, furtiua res
..æsita & inuenta sit: nam in eum propria actio
..nstituta est, quamuis fur non sit, quę *Concepti*
..ppellatur.

CONCVRRO, aut absolutè, aut adiuncto
..o casu dicitur de iis, quę ad tempus, locum, effe-
..tum aliquem conueniunt, & quasi consentiunt.
.. Ag. 14. Concurrunt vno tempore librarij, per-
..riptam orationem ad me afferunt. 1. Off. 45.
..uę vt concurrant omnia, optabile est. 1. Att. 17.
..aptim in eam sententiam pedarij concurrunt.
..ro Planc. 78. Sępè concurrit, vt eodem tempore
..ulta mihi agenda sint. 16. Att. 3. Si accidisset, vt
..omina non concurrerent, ipse subueniret. *Si ceux, ..i me doiuent, ne me paient à tans.* V. Respondent
..omina.

.. Dicitur de pugnę conflictu, de iisque rebus,
..uę se mutuò collidunt. 13. Phil. 38. Vtrùm sit
æquius

æquius concurrere, an consentire. *Venir aux mai[ns,] choquer les vns contre les autres au combat.* Cu[m] nobis, non dicitur, quia obscœniùs concurrere[nt] literæ. *Le rancontre des letres seroit inciuil, peu h[on]nete.* De Orator. 154. Verba ne asperè conc[ur]rant, néve vastiùs diducantur, tertio de Orat. 17[.] *Que les mots ne choquent l'vn contre l'autre a[uec] apreté. Que la prononce ne soit apre & dure à ou[ïr] pour etre les mots trop serrez & pressez, pour et[re] proferez sans iuste distinction antre-deux.*

CONDICO. Qui ex compacto quidpia[m] gerunt, siue in lite, siue in alio negotio, cond[i]cere dicũtur, hoc est, mutuò sibi denunciare diem, locúmque rei gerendæ. Plautus Curcul. 1. Si stat[us] condictus cum hoste intercedit dies, tamen e[st] eundum, quò imperant, ingratis. *Si lon a prins io[ur,] assignation auec l'etranger pour vuider quelque dif[]ferant, quoi qu'anuis & à contre-cœur, si faut-il [s'y] porter, si faut-il tenir promesse.* Liu. lib. 1. Quaru[m] rerum, litium, causarum condixit pater patrat[us] populi Rom. Quiritium, patri patrato priscoru[m] Latinorum. *Touchant les pretantions, les differan[ts,] les matieres litigieuses, dont iour a eté prins [mu]tuellemant, dont il y a reciproque assignation ant[re] nous, & les Latins.* Quas res dari, fieri, solu[i] oportuit, dic, quid censes? *Dites-en votre adui[s,] commant nous-nous-i deuons comporter.* Plautus Sti[]cho. 3. 1. Eò condicam in symbolum ad cœnam, a[c] eius conseruum, Sagarinum Syrum. *Ie leur donn[e]rai, & prandrai assignation, que nous irons tous [sou]per là de dans, à notre ecot.* Ibid. Id ne vos mireminі, homines seruolos potare, atque ad cœnam con[]dicere. Licet hoc Athenis nobis. Cic. 1. Fam. 9. Crassus penè à meis Laribus in prouinciam profe[]ctus est: nam, cùm mihi condixisset, cœnauit apud me,

ąe, in mei generi Craſſipedis hortis. Cùm mihi ondixiſſet, hoc eſt, denunciaſſet, ſe apud me cœ-atutum. *M'aiant donné aſſignation, & moi à lui, de enir prandre vn ſouper de moi, du mien, ie lui ai onné à ſouper aux iardins de mon geandre.*

1 Condicere item, in iure eſt, denunciando ius ıum, aliquid ab aliquo repetere. L. 11. D. de rebus reditis. Si fugitiuus ſeruus nummos tibi credide-it, an condicere tibi dominus poſſit, quæritur; an indicari nummi poſſint, ſi exſtant, aut ſi dolo ma-o deſinant poſſideri, ad exhibendum agi? Quòd ſi ine dolo malo conſumſiſti, condici tibi poterunt. *An tel cas lon met an difficulté, ſi le Seigneur de l'eſ-laue a droit de te faire conuenir, de t'aſſigner par de-ant le Iuge pour repeter ſon argeant.* L. 12. D. eod. it. Si is, qui ſeruo crediderat, furere cœperit, deinde eruus in rem domini id verterit, condici furioſi omine poſſe. L. 13. D. eod. Si alienos nummos tibi nutuos dedi, non antè mihi teneris, quàm eos onſumſeris: quòd ſi per partes eos conſumſeris, an er partes condicam, quærit Papinianus, & ait ondicturum, ſi admonitus, alienos nummos fuiſ-e, ideò per partes condico, quia nondum totos onſumtos compereram.

11 CONDICTIO, id eſt, denunciatio. Con-lictio cauſæ, litis, cœnæ, ſymbolæ, condictio ad auſam, litem, cœnam, ſymbolam. Condictio item, ſt cum denunciatione repetitio, vt condictio cer-i, id eſt, eius, quod apparet, repetitio. *Action, que on intante contre quelcun, à qui lon demande uelque choſe determinée.* Condictio incerti. *Action ntantée ſur vne dete incertaine, dont l'eſtimation e doit faire au iugemant.* L. 9. D. de reb. cred. ſi cert. et. Condictio indebiti. D. de condict. indeb. fre-uent. *Action, an laquelle nous demandons nous etre*

H ram

rambourse, ce que nous auons paié par megarde, sa[ns] i etre obligez. Condictio ex scriptura. l. 4. Cod. non num. pecun. *Action contre celui, qui a conf[essé] par écrit de deuoir quelque somme, soit qu'il l'ait [re]ceue, soit que non.*

CONDIO. Herbas, terra nata, fung[os] &c. condire. *Les assaisonner, leur donner gout a[uec] quelque sausse.* 7. Fam. 26. Dum volunt isti lau[ta &] terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem a[d]ducere, fungos, heluellas, herbas omnes ita co[n]diunt, vt nihil possit esse suauius. *Ils assaisonnent [si] bien toutes herbes, & racines, voire les plus fades, & [cel]les, qui n'ont aucun gout, qu'ils les randent extrem[e]mant sauoureuses.* 2. de Nat. 146. Perspicuum est quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò lenocinia corporum processe[rint]. 5. Tusc. 95. Labor in venatu, sudor, cursus a[d] Eurota, sitis, fames. His rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.

II Traducitur à cibis ad alia quæuis. pro Mur. 6[6]. Non erunt illa quidem meliora, sed certè condit[a] iucundiùs. Or. 18. Duo sunt, quæ condiant oratio[]nem, verborum, numerorúmque iucunditas. pro Cluent. 72. Vitia, quæ à natura habuit, artifici[o] quodam malitiæ condiuit. 2. de Orat. 212. Oratio in qua asperitas contentionis, oratoris ipsius hu[]manitate conditur.

CONDVCO. Conducit, vel redimit, qui pu[]blica, vel priuata opera, vt templa, statuas, colum[]nas, &c. accepto pretio facieda: vel populi, aut pri[]uati hominis censum, vt portoria, decimas, &c. da[]to pretio exigenda recipit. *Qui prand à tache, à pris-fait, quelque œuure du public, ou d'vn particu[]lier. Qui prand à canse, à rãte quelque reuenu, l'exa[]ction de quelque droit, &c.* Redemtor, qui colum[]nam

am illam de Cotta conduxerat faciendam. 2. de
iu. 47. Conductor eodem sensu. Is respondit, se
us operis, sestertiûm vicies mille, conductorem
isse. *Qu'il an auoit le pris-fait, pour vint mille
sterces.* Asiatica vectigalia de Censoribus nimiùm
nagno conduxerunt. 1. Att. 14. *Ont prins la rante
u reuenu public à trop haut pris.* Cùm is arationes
nagnas cõductas haberet à publicanis. 5. Verr. 53.
*enāt à çanse, des fermiers generaux, plusieurs fonds
e grande etanduë.* Si Rhodiis turpe nõ est, porto-
um locare, nec Hermacreonti quidem turpe con-
ucere. 2. Inu. 3. Obserua, Conducere, & Locare, op-
osita esse. Locat is, cuius est, aut, qui curat id, quod
eri, exigi, coli debet: Conducit, qui faciendum,
xigendum, colendum. &c. recipit. Publicani, Re-
emtores, Mancipes, Coactores conducunt Magi-
ratus, & Censores, &c. vel domini, locant.

1 *Conducere*, & *Locare*, si personas ipsas, quæ
ontrahunt in locationibus, conferas, diuersarum
int personarum: si verò, vel ipsum opus, vel rem,
uæ curanda committitur, cum persona compa-
es, illa duo verba sũt vnius, eiusdémque hominis,
iuersa tamen ratione. Locat opus faciendum, tri-
utum exigendum, fundum colendum, is, cuius est.
Conducit verò operam illius, quem ad id opus ad-
ibet. Immò ipsummet opificem conducit. Con-
ra locat se, suámque operam, qui opus procuran-
um recipit, opus autem ipsum conducit facien-
um. De conducente opus faciendum, exempla
int priore capite: accipe de conducente opera-
ios. Erat mihi contentio cum operis conductis, &
d diripiendam vrbem concitatis. Pro Sest. 39.
Auec des hommes gagez pour, &c. Zeuxim magno
retio conductum Crotoniatę adhibuerant. 2. Inu.
. *Zeuxis gagé cherement, loüé à gros gages.* Condu-

cere aliquem ad cædem faciendam. De Prou. 9. mercede conducti obuiam issent. Pro Mur. 67. locante opus, & operam, sunt hæc: Quæstores basim faciendam locent. 9. Ant. 16. *La bailler à faire, à pris-faict.* Operam meam tribus num locaui, ad artes nugatorias. Plaut. Trin. 13. Si ad dos me locem, idem. *Louër soi, sa peine, son art industrie.* Vide Loco.

CONFERO. Sunt quædam huius verbi locutiones, quas, aut ignorat, aut quibus abutitur vulgus, vt Conferre culpam, crimen, aut aliquid in aliquem. *Imputer, attribuer à quelqu'un.* In me conferte omnem temporum illorum culpam. 9. Att. Falsò aliquid conferri in aliquem. Pro Mil. Multa in Plancium, quæ numquam dicta sunt, conferuntur. Pro Planc. 35. Cùm in filium causam conferret. 12. Att. 30. Conferre inuidiam mortis in aliquem. Pro Flac. 41. Conferre crimen in aduersarium. 2. de Or. 182.

11 Quod aliàs quoque per, Impendere, dicitur, etiam hoc verbo frequenter exprimitur, vt Conferre curam, diligentiam, in, aut, ad aliquam rem. Omnes curas, & cogitationes in Remp. confer 2. Offi. 2. In valetudinem suam diligentiam conferre. 16. Fam. 4. Plurimùm operæ, studij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum aliquid conferre. Att. 1. Curas conferre ad dignitatem alicuius. Fam. 2. Omnem meam curam, atque operam Philosophiam confero. 4. Fam. 3. Vt omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. 10. Fam. 1. Omne studium, atque ingenium contulit Archias ad populi Rom. gloriam laudémque celebrandam. pro Arch. 19.

11 Conferre manus, pedem, ferrum, signa, cum ali quo

io, castra castris, & cætera eius generis, dicuntur, ui certamen ineunt. Galli cum M. Fonteio ferm, ac manus contulerunt. Pro Fon. 2. *Sont venus ux mains auec lui, se sont batus.* Conferre signa m hostibus. in Pison. 49. *S'attacher au combat uec l'annemi. Combatre en bataille rang e.* Castra stris collata in Thessalia audiebantur. Conferre dem, vt aiunt, aut propiùs accedere. pro Planc. 3. *Se ioindre, venir aux approches, pour le combat.*

v Conferre capita. *S'aboucher, parler tete à te, pour traiter particulieremant de quelque point, resoudre.* Conferrent viri boni capita, de conestatione loquerentur inter se, res agi videretur. Verr 31. *Ils s'aboucheroient, & antreroient an nsulte, comme pour dire leur aduis, & resoudre, puis iger.*

CONFICIO. Quæ causæ efficientis, quæ strumenti, & opificis propria sunt, hoc verbo freuenter exprimuntur apud Tullium. Vestem straulam conficere. In Verr. 55. Anulum, pallium, occos, sua manu conficere. 3. de Or. 125. Sunt liæ causæ, quæ ipsæ conficiunt: aliæ, quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. *Antre les causes, ucunes effectuent, aucunes cooperent à l'effect.* Part. 3. Exclamatio confecit significationem doloris. .ad Her. 23. Leuis appellatio literarum benè loquendi famam confecerat. de Cla. 259. *Le prononer suauemant lui auoit aquis bruit de bien & suauemant parler.*

I Ponitur pro perficio, expleo. Pro Corn. 47. Marius plurima bella gessit, & confecit. Som. 3. Scipio maximum bellum confecit. Orat. 176. Isocrates propè centum confecit annos. 1. Tus. 92. Liuius l. 21. 70. Deos ipsos committere, ac profligare bellum, non commissum, & profligatum.

cere aliquem ad cædem faciendam. De Prou. 9. Si mercede conducti obuiam issent. Pro Mur. 67. De locante opus, & operam, sunt hæc: Quæstores eam basim faciendam locent. 9. Ant. 16. *La baillent à faire, à pris-faict.* Operam meam tribus nummis locaui, ad artes nugatorias. Plaut. Trin. 13. Si ad ludos me locem, idem. *Louër soi, sa peine, son art & industrie.* Vide Loco.

CONFERO. Sunt quædam huius verbi locutiones, quas, aut ignorat, aut quibus abutitur vulgus, vt Conferre culpam, crimen, aut aliquid in aliquem. *Imputer, attribuer à quelqun.* In me conferte omnem temporum illorum culpam. 9. At. 3. Falsò aliquid conferri in aliquem. Pro Mil. Multa in Plancium, quæ numquam dicta sunt, conferuntur. Pro Planc. 35. Cùm in filium causam conferret. 11. Att. 30. Conferre inuidiam mortis in aliquem. Pro Flac. 41. Conferre crimen in aduersarium. 2. de Or. 182.

11 Quod aliàs quoque per, Impendere, dicitur, etiam hoc verbo frequenter exprimitur, vt Conferre curam, diligentiam, in, aut, ad aliquam rem. Omnes curas, & cogitationes in Remp. conferre. 2. Offi. 2. In valetudinem suam diligentiam conferre. 16. Fam. 4. Plurimùm operæ, studij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum aliquid conferre. 4. Att. 1. Curas conferre ad dignitatem alicuius. 10. Fam. 2. Omnem meam curam, atque operam ad Philosophiam confero. 4. Fam. 3. Vt omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. 10. Fam. 1. Omne studium, atque ingenium contulit Archias ad populi Rom. gloriam, laudémque celebrandam. pro Arch. 19.

11 Conferre manus, pedem, ferrum, signa, cum aliquo,

quo,castra castris,& cætera eius generis,dicuntur, qui certamen ineunt. Galli cum M. Fonteio ferrum,ac manus contulerunt.Pro Fon. 2. *Sont venus aux mains auec lui, se sont batus.* Conferre signa cum hostibus. in Pison. 49. *S'attacher au combat auec l'annemi,Combatre en bataille rangée.* Castra castris collata in Thessalia audiebantur. Conferre pedem, vt aiunt,aut propiùs accedere. pro Planc. 48. *Se ioindre,venir aux approches,pour le combat.*

IV Conferre capita. *S'aboucher, parler tete à tete, pour traiter particulieremant de quelque point, an resoudre.* Conferrent viri boni capita, de comessatione loquerentur inter se,res agi videretur. 5. Verr 31. *Ils s'aboucheroient, & antreroient an consulte,comme pour dire leur aduis,& resoudre,puis iuger.*

CONFICIO. Quæ causæ efficientis, quæ instrumenti,& opificis propria sunt,hoc verbo frequenter exprimuntur apud Tullium.Vestem stragulam conficere. In Verr. 55. Anulum, pallium, soccos, sua manu conficere. 3. de Or. 125. Sunt aliæ causæ,quæ ipsæ conficiunt:aliæ,quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. *Antre les causes, aucunes effectuent,aucunes cooperent à l'effect.* Part. 93. Exclamatio confecit significationem doloris. 4. ad Her. 23. Leuis appellatio literarum benè loquendi famam confecerat. de Cla. 259. *Le prononcer suauemant lui auoit aquis bruit de bien & suauemant parler.*

II Ponitur pro perficio,expleo.Pro Corn. 47. Marius plurima bella gessit,& confecit. Som. 3. Scipio maximum bellum confecit. Orat. 176. Isocrates propè centum confecit annos. 1. Tusc. 92. Liuius l. 21. 70. Deos ipsos committere, ac profligare bellum, non commissum, & profligatum.

III Valet idem,ac ratione aliquid cõcludo,efficio, cogo,colligo,infero,vinco,conuinco, euinco. 1. Inu.72. Complexione superſederi,cùm id perſpicuum ſit, quod conficiatur ex ratiocinatione. *Ce qui ſe peut inferer,ce qui ſuit neceſſairemant de l'argumant.*73. Ita vt id ſolum,quod conficitur, inferatur. 74. In breuibus argumentationibus oportet id ſolum,quod conficitur,exponere.
IV Significat idem,atque impetro,obtineo. Idémque tu plurimùm operæ,ſtudij, diligentiæ, laboris ad conficiendum reditum meum contuliſti. Att. Reditum, ſi me tantum amas, quantum certè amas,hominibus confice. 9. Fam. 13.
V Conficere cum aliquo, idem quod, Tranſigere cum aliquo. Cum hæredibus confeciſſem. 7. Fam. 2. Tu cum Apelle confice de columnis. 12. Att. 29. De Acutiliano negotio,quia mandaras, confeci. 1. Attic. 4. Te ſpero cum Publio confeciſſe. 13. Att 45.
VI Eleganter vſi ſunt quoque veteres hoc verbo, pro conſumere,delere, perdere. Vetuſtas omnia conficit, ac conſumit. pro Mar. 11. Meus me mœror quotidianus lacerat, & conficit. 3. Att. 8. Confici mœrore, dolore, pudore. E. Corpus noſtrum tenuiſſima ſæpè de cauſa conficitur. Att. 39. Fame & frigore confici. 3. Offic. 29. Deſiderio confici. Or. Cura confici. E.
VII Conficere cibum. Dentes aduerſi acuti diuidunt eſcas:intimi autem conficiunt. 2. de N. 134. id eſt,mandando terunt, *Maſchent,briſent.*
VIII Conficere legitima ſuffragia,is dictus, qui eorum numerum,ad cauſę victoriam neceſſarium, ferebat. Pro eodem dixerunt Latini, Tribus explere: hoc eſt,maiorem Tribuum partem ſuffragantem habere. Liuius l. 9. 103. Ita à maioribus com

comparatum, vt Comitiis Censoriis, nisi duo confecerint legitima suffragia, non renunciato altero, comitia differantur. V. Ferre Tribus, Explere Tribus.

CONFIDO, non tantùm cum datiuo, sed & cum ablatiuo coniunctum sæpè legitur. Niti & magnoperè confidere aliqua re. Pro Cl. 1. Illum, quo anteà confidebant, metuunt. 8. Att. 21. Vrbe aliqua confidere. 12. Fam. 34.

CONFIRMO, ponitur sæpè pro, Affirmo, Assero. Hoc mihi non modò confirmauit, sed etiam persuasit. 16. Att. 15. Qualis, vt arbitror, nemo vmquam erit: &, vt confirmare possum, certè numquam fuit. de Am. 10. Omni hoc vobis asseueratione confirmare possum.

CONFLAGRO, sicut Flagro, & Ardeo, eleganter ad ea transfertur, quæ similitudine quadam incendi, & ardere dicuntur. Liuius l. 24. 79. Heraclea, Hieronis filia, addidit preces, ne se innoxiam, inuidia Hieronymi, conflagrare sinerent. l. 40. 33. Si innocens sum, ne inuidia conflagrem, cùm crimine non possim, deprecor.

CONFLO. Significamus hac voce ea, quæ ex pluribus quasi vnum efficiuntur. Mare terram littoribus sic claudit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur. D. N. His duabus diuersis, sicuti familiis, vnum quoddam est conflatum genus à posterioribus. 2. de In. Quibus ex rebus conflatur, & efficitur id, quod quærimus, honestum. 1. Off. 14. *an est composé.* Exercitus perditorum clandestino scelere conflatur. Pro Syll. 33. Ex perditis conflata improborum manus. 1. in C. 45. Rem aliquam conflare, iudicium aliquod. Pro S. R. 132. Compono idem valet.

11 Idem est, ac arte, & machinatione quadam ex-

 cogito,

cogito,& efficio quidpiam. Venus totam illam accusationem, iudiciúmque conflauit. 5. in Verr. 116. Faciam, vt intelligatis, in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. pro Cl. 9. Hoc totum à matre conflatum est,& profectum. Pro Cl. 18. Bellum, quod natum, conflatum est,& perfectum. 2. Phil. 70. Vnde hoc totum ductum,& conflatum mendacium. Pro Q. R. 48. Summam alicui inuidiam, atque infamiam esse conflatam. Pro Cl. 79. Suspicionem alicui conflare. 2. ad Her. 8. Negotium alicui conflare. In Verr. Iniuria nouo scelere conflata. Pro S. R. Pecuniam conflare. Pro Sest. Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones, societatésque conflauit.

CONGELO, or. Sicut Gelo, Regelo, ita etiam Congelo, agendi & patiendi vtramque vim habet apud probos auctores, valétque idem, atque cogo, seu coïre, concrescere facio. Colum. l. 7. cap. 8. Ipsos quidam virides pinearum conterunt nucleos, & lacti permiscent, atque ita congelant. Sunt qui thymum contritum cum lacte cogant. *Quelques-vns melent auec le lait des noiaux de pommes pin, & ainsi font prandre, font cailler le lait.* Ibid. Caseus paulùm gelatus in mulctra, dum est tepefactus, rescinditur, *Le fourmage aiant commancé à s'espaissir, à se prandre, à se cailler.* Colu. l. 1. c. 6. Oleum, quod minùs prouenit, si congelatur, fracesset. *Si l'huile se gele, il se tournera an crasse, se conuertira an lie.* Colum. l. 1. c. 5. Quantò fuerit ædificij solum propius orienti, tantò minùs matutino regelari poterit ortu.

II Congelo patiendi habet vim. Cicero 2. Fam. 13. Erat in eadem veternus ciuitatis, gaudebam sanè,& congelasse amicū nostrum lętabar otio. *Ie me réiouïssoi*

rëi ouïssoi, que tu n'eusses que faire an tà charge, & que d'oisiueté grande tu fusses comme angourdi, ou gelé.

• CONGLACIO. Extrà quàm apud paucos, & eos non magni nominis, non legitur in agendi significatione; sæpè patiendi notione inuenitur. 2. Nat. 36. Aqua, neque conglaciaret frigoribus, neque niue, pruináque concresceret, ne eadem se, admisto calore, liquefacta diffunderet. 8. Fam. 6. Curioni nostro Tribunatus conglaciat. *Son office ne l'occupe point, le laisse oisif.* •

CONIICIO, id est, diuino, coniectura, signis, ratione colligo, assequor, & frequens, & elegans est. Brut. 53. L. Brutus, qui de matre suauianda ex Oraculo Apollinis tam tacitè coniecit. *Qui deuina, que l'Oracle d'Apollo s'antandoit de baiser, nō sa mere à Rome, mais la terre de sa naissance, en i abordant au retour de Grece.* 2. Diu. 12. Nam, quæ tempestas impendeat, vates meliùs coniicit, quàm gubernator; aut morbi naturam acutiùs, quàm medicus. 3. Diuin. Benè qui coniiciet, vatem hunc perhibeto optimum. •

II CONIICIOR. 1. Diu. 118. Ea, quibus benè percepta sunt, ij non sæpè falluntur: malè coniecta, maléque interpretata falsa sunt, non rerum vitio, sed interpretum inscitia. 2. Diu. 66. Illa tritici grana, in os pueri Midæ congesta, aut apes, quas dixisti in labris Platonis pueri consedisse, non tam mirabilia sunt, quàm coniecta bellè. *Tels accidans ne sont point tant merueilleux an eux-mémes, comme est gaillarde, subtile la coniecture, qu'on un a tiré. Comme sont prins bien à propos les euenemans, qu'on a coniecturez de là.* •

III CONIECTIO. 2. Diu. 130. Chrysippus somniorum coniectionem definit hoc modo: Esse vim

cernentem, & explanantem, quæ à diis hominibus significentur in somniis. Coniectio somniorum. *Diuination sur le fait des songes. Prediction sur ce, que quelcun a songé. Coniecture tirée des songes, pour deuiner les euenemans futurs, ou interpreter les passez.*

IV CONIECTOR. 1. Diu. 62. Coniector quidam & interpres portentorum. 2. Diu. 124. Coniector somniorum. 1. Diu. 44. Somnij interpretatio à coniectoribus facta. 2. Diu. 134. Defert ad coniectorem quidam, somniasse se, ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.

CONIVNGO. In amicitia, necessitudine, fœdere, consilio, societate, communi instituto, atque voluntate exponenda, frequenter adhibetur hoc verbum. Pro Deiot. 39. Deiotarus, quocum mihi amicitiam respub. conciliauit, hospitium voluntas vtriusque coniunxit. 7. Phil. 6. Nos ab ineunte ætate, vsus, consuetudo, studiorum honestissimorum societate coniunxit. Pro Pomp. 26. Quantum illud bellum futurum putetis, quod coniungant reges potentissimi? *Combien sera grande la guerre, que deux tres-puissans Rois antreprennent an commun, pour laquelle ils ioignent leurs moiens, & forces ansamble.*

II CONIVNCTVM, Coniuncta, orum, coniunctio, adiunctio, connexum, hæc omnia, sunt ea pars propositionis hypotheticæ, quæ hypothesim, seu conditionem continet, atque adeò etiam ipsa integra propositio hypothetica. 2. Orat. 158. Si simpliciter dictum sit, suscipiunt Dialectici, vt indicent, verúmne sit, an falsum; & an coniunctè sit elatum, & coniuncta sunt alia, &c. *De ce qui a eté proposé conditionnelemant, hypothetiquemant, ils an examinent la condition.* De fato 14. 15. Chrysippus falli sperat Chaldæos, cæteróſque diuinos, nec

eos

eos vsuros coniunctionibus, vt in sua præcepta pronuncient: Si quis natus exoriente canicula, is in mari non morietur. *Que les deuins n'vseront plus de telles propositions hypothetiques : Si quelcun nait au leuer de la Canicule.* Ibid. 15. Si Chaldæi ita loquantur, vt negationes infinitarum coniunctionum potiùs, quàm infinita connexa ponant. *S'ils proposent les propositions negatiues de telles conditionneles, plutot que les conditionnelès mesmes, comme celle-ci.* Non & huic venæ sic mouentur, & febrem is non habet. Ibid. 16. Quid est, quod non possit isto modo ex connexo transferri ad coniunctionum negationem? Top. 57. Addunt Dialectici coniunctionum negantiam, sic: Non & hoc est, & illud: hoc autem: non igitur illud. *Ils donnent les preceptes, pour vser des propositions, des enonciations, qui contiennent la negatiue des hypothetiques, des conditionneles.* 5. Acad. 96. Hæc Chrysippea sunt, ne ab ipso quidem dissoluta. Quid enim faceret huic conclusioni? Si lucet, lucet: lucet autem: lucet igitur. Cederet scilicet. Ipsa enim ratio connexi, cùm concesseris superius, cogit inferius concedere. *La force de l'hypothese contraint d'aduouër la conclusion, si, &c.* 2. Inu. 171. Mihi videor videre, esse quasdam cum adiunctione necessitudines, quasdam simplices, & absolutas. Nam aliter dicere solemus: Necesse est Casilinenses se dedere Hannibali: aliter autē, Necesse est Casilinum venire in Hannibalis potestatem. Illic in superiore adiunctio est hæc, nisi malint fame perire, &c. Ibid. 172. Cùm ita necesse erit, vt aliquid effugere, aut adipisci velimus, tum adiunctio illa, quid habeat vtilitatis, aut quid honestatis, considerandum erit. Item ibi. Reperias, nullam esse rem, quam facere

necesse sit, nisi propter aliquam causam, quam adiunctionem nominamus. Præter hæc inuenias esse multas res necessitudinis, ad quas similis adiunctio non accedit. Quod genus, vt homines mortales intereant, necesse est, sine adiunctione. His locis, Adiunctio nihil aliud est, quàm conditio adiuncta propositioni simplici, ex qua conditione exsistit propositio coniuncta, seu hypothetica.

III CONIVNCTVS. Coniuncta, seu connexa propositio, cum coniunctione, cum adiectione: enunciatio coniuncta, cum adiunctione, cum coniunctione. *Proposition conditionnele, hypothetique.* Coniuncta, connexa conclusio, id est, syllogismus, argumentatio. Item, cum adiunctione conclusio, *Syllogisme conditionnel, hypothetique.* Vide Copulata Conclusio, enunciatio, quid differat à Gonnexa, & à Coniuncta.

CONSCENDO, absolutè positum, non expresso nauigij nomine, est in nauem ascendere, cui opponitur, EXSCENDO, & Exscensum, seu exscensionem facio. 2. Qu. Fr. 2. Tu velim, quàm primùm conscendas, ad méque venias. 9. Att. 2. Si Cn. benè comitatus conscendisset, & consules transissent. *Si Pompée se fut ambarqué, fut monté sur les vaisseaux bien accompagné, auec bonne escorte.* 12. Fam. 25. Conscende nobiscum, & quidem ad puppim, vna nauis est iam bonorum omnium. *Choisi le parti de la republique, comme nous. Ambarque toi auec nous, comme au vaisseau commun du bien public.* Conscendere nauem, in nauem, notum est.

II CONSCENSIO nauium, & in naues. 1. Diu. 68. Conscensionem in naues cum fuga fore. Liuius. Conscensionem facere, pro conscendere: sicut Exscensum, & exscensionem facere, pro, Exscendere è naui.

CON

CONSCIENTIA, eſt actio quædam mentis noſtræ, alicuius rei ſibi conſciæ, hoc eſt, iudicium ipſius de rebus, non actis modò, ſed etiam agendis. Quod iudicium exprimimus, ſeu hoc ſolitario verbo, Conſcientia, ſeu cum adiectione poſito, Conſcientia animi, &c. *Ingemant, que fait notre antandemant, & témoignage, qu'il nous rand du biẽ, ou du mal, qu'il i a és choſes paſsées, ou qu'il i aura és futures.* Brut. 250. Qui conſoletur ſe conſcientia optimæ mentis. *Qui ſe conſole, an ce que la conſciance lui rand témoignage, d'auoir eu ci-deuant, & de vouloir auoir ci-apres, droite & ſincere intantion anuers le bien public.* pro Mil. 63. Magna vis conſcientiæ in vtramque partem. 13. Att. 27. Mea mihi conſcientia pluris eſt, quàm hominum ſermo. 3. Catil. 10. Conſcientia conuictus repentè conticuit. 2. Catil. 13. Conſcientia conuictus reticuiſſet. Piſon. 43. Impedita & oppreſſa mens conſcientia. *Vne ame ambarraſsée & accablée du témoignage de la conſciance.* Brut. 250. Conſcientia mentis. pro Roſc. Amer. 67. Suæ quemque conſcientiæ animi terrent. Senect. 9. Conſcientia benè actæ vitæ. 2. Phil. 114. Conſcientia rectè factorum. 3. Famil. 7. Conſcientia officij fretus, *Qui ſant n'auoir manqué ci-deuant, & ne manquer à preſant à ſon deuoir.* Parad. 2. Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum. Par. 5. Conſcientia peccatorum. pro Mil. 65. Conſcientia magnorum delictorum. in Piſon. 39. Conſcientia ſcelerum. 3. Nat. 85. Conſcientia virtutis & vitiorum.

11 Conſcientiæ angor, labes, pœna, pondus, vulnera, & huiuſmodi. 3. Nat. 85. Et virtutis, & vitiorum, ſine vlla diuina ratione, graue ipſius conſcientiæ pondus eſt. *Le témoignage de conſciance, le ſouuenir d'auoir bien, ou mal fait, a grande force,*

force, ou de nous réiouïr, ou de nous contrister, quoi que nous ne fissions aucun etat de Diéu, que nous ne l'apprehandassions pour témoin & iuge de nos œuures. 3. Off. 85. Nunc tu, quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? *Il auoit l'ame chargée de crimes execrables, & quant & quant tourmantée, bourrelée du remors d'iceux.* 1. Leg. 40. Vt eos insectentur furiæ, angore conscientiæ, fraudísque cruciatu. In Pison. 95. In iis, qui fecerunt iniuriam, sceleris ac conscientiæ pœna remansit. Quod vetant eruditi quidam dici, Conscientiæ stimulos, scrupulos, morsus, dolores, & eius generis alia, & eorum loco dicere nos iubent, Acres doloris animi morsus, videntur exiliter nimis rem agere, & Latinitatis rationes ad tenue elimatas superstitiosiùs exigere. Cùm enim Tullius sic locutus sit, Stimulant te maleficiorum conscientiæ, Stimulus doloris, Sollicitudinum aculei, & scrupuli: quis dubitet, eum dicturum fuisse, si tulisset occasio, immò dixisse, sed nos non obseruasse, Conscientiæ scrupulos, stimulos, & eius generis multa? Quæ nemo sapiens reiiciat, quòd vernaculæ linguæ affinia sint: alioqui reiicienda erit Latinitas Tulliana, magnam partem.

111 Conscientia recta bona, præclara, &c. etiam dicitur de ipso mentis iudicio, & rationis præscripto, quod ostendit, & præcipit, quid cauendum. 13. Att 20. Hoc in omni vita sua quemque à recta conscientia transuersum vnguem non oportere discedere. *Personne ne doit s'éloigner de ce, que la droite conscience, la raison lui commande. La bonne consciance doit en tout seruir à chacun de regle, & mesure.*

IV Conscientia [illegible] modò est mentis cognitio, atque

atque iudicium de re acta, agendáve; ſed & ipſa res, de qua eſt iudicium mentis. Significat enim, ſicut nunc Theologis in ſchola, ita & Latinis ſcriptoribus antiquis,& conſilium,ac voluntatem, quid faciendi, aut cauendi, & ipſas actiones: maximè verò,cùm accedunt hæc Adiuncta, bona,mala, recta, praua,præclara, ſtabilis conſcientia, & huiuſmodi.13. Att.20. In omni vita ſua quemque à recta conſcientia non oportere diſcedere. *Que perſonne ne doit iamais ſe fouruoier de la droite, & ſincere conſciance, qu'il s'eſt vne fois formée an ſon ame. C'eſt à dire, qu'il ne doit iamais faire contre le bon propos, & reſolution, qu'il auoit conceuë de ſuiure an toutes choſes la raiſon.* 10. Att. 4. Præclara conſcientia ſuſtentor, cùm cogito, me,aut de republ. meruiſſe optimè, aut numquam, niſi diuinè cogitaſſe. Hac ergo conſcientia comite proficiſcar. 2. de Diu. 81. Pro vera certáque iuſtitia, ſimulationem nobis iuſtitiæ traditis, præcipitíſque quodam modo, vt noſtram ſtabilem conſcientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur. *Que nous mepriſions noſtre conſciance: le fermo propos de garder noſtre ame nete de crime, de pratiquer les œuures vertueuſes, ſelon que nous dicte la raiſon.*

v Conſcientia, ſicut Conſcius, eſt non modò de iis rebus, quarum nobis, ſed & quarum alteri conſcij ſumus. *Connoiſſance, notice, que nous auons du fait d'autrui, ſoit comme complices, ſoit autrement.* Pro Cluent. 56. Vtrùm Iudices in eos ſolos eſſent ſeueri, quos venenum habuiſſe ipſos comperiſſent, an etiam conſilia, conſcientiáſque, eiuſmodi facinorum ſupplicio dignas iudicarent. *Ceux qui auoient notice du fait.* 2. Fin. 26. Hominum conſcientia remota, nihil tam turpe ſit, quod

quod non voluptatis causa videatur esse facturus. *S'il pouuoit le faire sans le sceu de personne.* Pro Cœl. 23. Qui non modò à facto, sed etiam à conscientiæ suspicione abest. *Qui ne peut pas méme etre soupçonné de sçauoir, qui est l'auteur du fait.* 1. Catil. 1. Constrictam iam, omnium horum conscientia, teneri coniurationem non vides? *Ne vois-tu pas, que toute l'assistance, tout le conseil est bien informé de ton forfait?* 7. Verr. 122. Non modò eos prosequi, ad quos maximè culpa corrupti iudicij, sed etiam illos, ad quos conscientiæ contagio pertinebit. *Ceux, qui an ont eu notice, & i ont consanti.*

CONSCIO, Conscisco. Consciscit, qui dicenda sententia, aut ferendo suffragio, aliquid in commune sciscit, id est, statuit, decernit. 3. de L. 10. Creatio Magistratuum, iudicia, populi iussa, vetita, cùm consciscentur, suffragia optimatibus nota, plebi libera sunto. *Que la populace Romaine ait pleine liberté de donner sa voix, à qui, & commant elle voudra, lors que quelque iussion, ou prohibition se decernera par le commun suffrage du peuple.* Liuius lib. 1. Dic, quid censes? Puro pióque duello res quærendas censeo: itaque consentio, consciscóque. Liuius l. 1. Quod pop. Roman. censuit, consensit, consciuit, vt bellum cum Priscis Latinis fieret. *Conscio* ita vsurparat Liuius, & cæteri.

II Transfertur ad consilium, & decretum priuatum alicuius, quauis de re, & maximè de seipso, vt de afferendis sibi manibus, inferenda sibi nece, aut aliquo incommodo. Ad Brut. epist. 16. Nec incolumis fui, Cæsare viuo, nisi postquàm illud consciui facinus. *Iusques à ce, qu'aiant pourpansé, determiné ce haut fait, ie l'ai eu mis à chef, ie l'ai eu*

en executé. Brut. 42. Themistocles mortem sibi veneno consciuit. *A pris resolution de se procurer la mort par poison, & l'a executé.* 7. Fam. 7. Mortem cur mihi consciscerem, causa non visa est. Ibid. Aut capiendus tamquam exsilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. *Nous-an sommes là reduits, qu'il faut, ou se confiner an quelque lieu, comme an exil, ou se tuer soi-méme de desespoir.*

CONSCRIBO, inter cætera, militare verbum est, quo significamus, ad futurum exercitum, referri in tabulas Imperatoris multorum nomina, quorum ex numero deinde habeatur, ad militiam, idoneorum delectus. Pro Sex. 34. Cùm homines vicatim conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur. *Quand de ruë an ruë lon alloit anrolant des hommes, pour pratiquer la guerre dans la ville méme, entre les Citoiens.* 12. Famil. 15. Milites, quos Dolabella ex Asia conscripserat. post red. ad Quir. 13. Cùm homines in tribunali Aurelij palàm conscribi, centuriarique vidissem.

11 De his omnibus vsurpatur, quæ in certum aliquem numerum, ordinem, corpus, aut distinctè, aut confusè alleguntur, describuntur. Liui. lib. 2. Diminutum Patrum numerum, primoribus equestris gradus lectis, ad trecentorum summam expleuit, traditúmque inde fertur, vt in Senatum vocarentur, qui Patres, quique Conscripti essent. Conscriptos, videlicet, appellabant, qui lecti essent, ad supplendos mortuos primæ creationis. *Lon apela Conscrits, ceux, qui furent lors subrogez, substituez, pour suppleer le nombre des premiers çant, de l'institution de Romulus.*

CONSECRO. Consecratio apud Romanos non tantùm per Pontifices, sed etiam per profanos homines

homines fieri potuit, ſcilicet, per Tribunum pleb. velato capite in Roſtris, adhibito foculo, & tibicine, concione aduocata, idque ſine ſigno, ara, templo, quæ omninò abeſſe non poterant ab dedicatione, vt nec Pontificum collegium. V. Dedico. Conſecrabantur autem, non pietatis modò gratia, quæ Deo dicabantur, ſed & pœnæ, & exſecrationis cuiuſdam in reos ſtatuendæ cauſa, eorum ſæpè bona, vt tam alij, quàm ipſi rei, vſu ipſorum, quaſi exſecratorum, arcerentur. Pro Dom. 124. C. Atinius bona Qu. Metelli conſecrauit, foculo poſito in Roſtris, adhibitóque tibicine, &c. 124. Tu, tu, inquam, capite velato, concione aduocata, foculo poſito, bona tui Gabinij conſecraſti. 124. Exemplo tuo, bona tua nónne Qu. Mummius, vir omnium fortiſſimus, conſecrauit? 127. Video eſſe legem veterem tribunitiam, quæ vetet, iniuſſu plebis, ædes, terram, aram conſecrare. Liuius lib. 2. Ager Tarquiniorum, qui inter vrbem, ac Tiberim fuit, conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit. V. Sacro, as. Sacer. Sacri homines fuêre, quos populus ob maleficium ſacrauerat, quos occidere, cuique impunè licuit. V. Exſecror, Dedico, Deuoueo.

CONSERO, militare verbum eſt. Conſerere manum, eſt, pugnæ cauſa propiùs congredi, venire ad manus, & quaſi viciſſim dextras prehendere, vt cominùs pugnetur. *S'ampoigner pour ſe batre, venir aux priſes.* 4. Tuſc. 48. Hector & Aiax collocuti ſunt inter ſe leniter, & quietè, priuſquàm manum confererent. Pro Mur. 20. Muræna L. Lucullo Legatus ſigna contulit, manum conſeruit. *An qualité de Lieutenant d'armée, combatit l'annemi, à anſeignes deploiées, & bataille rangée.* V. Aſſero.

12 Est etiam forense vocabulum, traductum à veris militiæ prœliis, ad vmbratiles, & simulatas fori pugnas, olim frequentes in rerum vindicationibus & vindiciis, cùm scilicet petitor eum, vnde petitur, ex formula lacessens, ad manus in re præsenti conferendas; & iste contrà, pari ex formula, petitorem prouocans ad conferendum, ambo simul in rem præsentem, id est, in fundum controuersum profecti, in eo solo, quod ambigebatur, bacillis simulatum conflictum ita committebant, vt petitor deiiceretur ex eo solo, ideóque, veluti sua possessione per vim deturbatus, peteret, à Prætore interdictum de vi, quo in suam possessionem restitueretur. Quæ simulata litigantium dimicatio, tum lege XII Tab. tum moribus iudiciorum inducta olim fuit, vt esse posset, qui petitoris, qui possessoris personam sustineret, atque ita lis institueretur certiùs, faciliúsque inde sequeretur iudicium. Pro Mur. 62. Eum fundum ego, ex iure Quiritum, meum esse aio, ibi ego te ex iure manum cõsertum voco. Id est, ad conferendas manus, in rem præsentem venire postulo. *Ie te somme an vertu de la loi, & à la forme d'icelle, de te transporter auec moi sur le lieu contantieux, pour illec debatre notre droit, & de parole & de fait, selon le stil, selon les vz, & coutumes de la Cour Romaine.* Ibid. Vnde tu me ex iure manum consertum vocasti, inde ibi ego te reuoco. *De la meme sorte, & auec le meme droit, que tu pretans me sommer, ie te somme reciproquemant pour venir sur les lieux.* 7. Fam. 13. Non ex iure manum consertum, sed magè ferro, rem repetunt. *Il ne s'agit pas an cet androit d'vne violance faite à dessein, & imaginaire, telle qu'elle se pratique antre les parties plaidantes, pour donner antrée plus facile, pour acheminer vn procez.* 1. de Or. 41. Mul

41. Multiſque præeſſem, qui aut interdicto te cum contenderent, aut te ex iure manum conſertum vocarent, quòd in alienas poſſeſſiones tam temerè irruiſſes. *Qui amploieroient contre toi l'interdit, ce decret ſollamnel du Preteur, par lequel il a coutume de retablir, de reintegrer, de remetre an ſon entier celui, qui a eté depoſſedé contre le droit.*

CONSIGNO. Quia tabellis cereis veteres ea ſtylo imprimebant, quæ ſibi ſcripta vellent, ideò conſignare libenter dixerunt, præſertim cùm ad ſcripturam adderent etiam ſuum ſignum, hoc eſt, ſeu chirographum, ſeu anuli notam, ſeu vtrumque ſimul: frequenter tamen pro, ſimpliciter ſcribere, vſurparunt. 3. Att. 12. Vt literis conſignamus, quæ monumentis mandari volumus: ſic ille in animo res inſculptas habebat. 1. Tuſc. 57. Nec fieri poſſet, vt à pueris tot rerum inſitas, & quaſi conſignatas, in animis notiones haberemus.

II Item, ponitur pro, inſignius ad notam aliquid ſcriptione efficio, túmque huic verbo accedit adiunctum aliquod, ſexto caſu expreſſum, quod rem declarat, & amplificat. 1. Diu. 87. Clariſſimis monumentis teſtata, conſignatáque antiquitas. *L'Hiſtoire ancienne randuë plus remarquable, pour auoir eté dignemant & magnifiquemant écrite.* Poſtquàm in Senat. 28. Vim & crudelitatem priuilegij, auctoritate honeſtiſſimorum hominum, & publicis literis conſignauit. *Il a randu notable à la poſterité, par le témoignage de perſonnes graues, & par les regiſtres publics, l'iniquité & cruauté de la loi, que Clodius a publiée contre moi.* 3. de Legibus 46. Publicis literis conſignatam memoriam publicam nullam habemus. *Nous n'auons aucune piece de l'Hiſtoire Romaine, authantiquemant couchée dans nos actes publics, autoriſée, randuë authantique*

que par les actes, par les registres de la communauté. Notre Histoire Romaine n'est pas inserée és actes publics par autorité du Magistrat, d'où elle prandroit plus de credit, d'autorité. Pro Deiot. 36. Iudicia Senatus de Deiotaro publicis pop. Rom. literis, monumentísque consignata. *Les iugemans, que le Senat a fait de Deiotarus: les témoignages, qu'il a randu de l'estime, qu'il faisoit de Deiotarus.*

111 Idem valet, atque obsigno, seu impresso tantùm anulo, seu etiam adscripto chirographo. Pro Quinct. 25. Tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur. *L'acte, que Neuius print, du pretandu defaut commis par Quinctius, fut signé & seellé par plusieurs personnes, appellées pour seruir de témoins.*

CONSTITVO, de rebus iis dicitur, quarum incertus stabilitur status, aut, licèt alioqui firmus, magis confirmatur. 3. Off. 80. Cùm collegium Prætorum Tribuni plebis adhibuissent, vt res nummaria de communi sententia constitueretur: iactabatur enim temporibus illis nummus sic, vt nemo scire posset, quid haberet. *Que les Tribuns du peuple aiant appellé au conseil de ville tout le corps des Preteurs, pour d'vn commun aduis etablir le fait des monnoies: pour faire vn reglemant sur le taux, sur la valeur, sur le pris incertain des monnoies, lesquelles à la discretion des particuliers etoient tantot haussées, tantot baissées, de sorte que personne ne pouuoit s'asseurer, combien il auoit vaillant.* 11. Philip. 4. Constituere rem familiarem suam. *Etablir, affermir, asseurer l'etat de sa maison.* 2. Off. 41. Qui, cùm prohiberet iniuria tenuiores, æquitate constituenda, sũmos cum infimis pari iure retinebat. *An retablissant, metant an vogue, an credit l'equité, il antretenoit par ce moien an bonne paix les grands auec les petits.*

11 Inde

II Inde transfertur ad ea, quæ sunt priuati consilij, decreti, voluntatis, propositi, quæ rata, fixa, certa esse volumus. 8. Att. 17. Cùm constituisses Corfinio proficisci cum exercitu, & ad me venire. 10.Fa.18.Lepidus ad forum Vocontium castra habet,ibique me exspectare constituit.12.Fam.19.Sed hoc meliùs ex re, & ex tempore constitues. *Tu prandras vn plus aisé,& asseuré conseil & resolution, & du suiet meme,& de la commodité du tans.*

III Traducitur eodē sensu ad ea,quæ sunt publici alicuius consilij & decreti.5.Phil.47. Legibus Annalibus cùm grandiorem ætatem ad consulatum constituebant,adolescentiæ temeritatem verebantur.*Quand nos maieurs,és loix, qui traitoient de l'âge competant de chaque Magistrat, ordonnoient,que pour attaindre au consulat, lon deuoit etre assez auancé an âge.* Pro Quin. 33. Cùm maiores ita constituerunt,vt qui pro capite diceret,is posteriore loco diceret. 4. in Verrem 138. Censoribus si quid commisissent, pœnæ erant legibus constitutæ.

IV Constituere alicui aliquid,est, simul cum eo decernere, simul decernendo quidpiam alteri polliceri,& condicere in certum tempus,& locum.1. de Orat.265.Vellem constituisse in Tusculanum me hodie venturum esse Lælio. 16. Att.2. Erotem remisi citiùs,quàm cōstitueram,quia Equitibus quidem ait se Idibus constituisse. Pro Quinct. 18. Quasi nummos domi haberet, ita Scapulis constituit se daturum.1.Offic 32. Vt si constitueris,cuipiam te aduocatum in rem præsentem esse venturum. *Si tu auois passé promesse à quelcun, de te transporter sur le lieu contantieux, pour lui assister à defandre son droit.* Constitutum aliquod habere cum aliquo,idem planè valet, de quo infrà.

V Fo

Forense verbum est, quo concipiuntur multæ, & elegantes formulæ forenses, quarum optimas quasque ordine ponemus,& hoc,& sequētibus capitibus. Hoc autē primo loco:Constituere propriè est, nudo pacto promittere,se soluturum certo die, ac loco,quod debeat ipse, qui constituit, vel alius aliquis. L. 1. D. de Constituta pecunia. *Ait prætor, Qui pecuniam debitam constituit.* *Quiconque aura promis de paier, à certain iour & lieu, vne somme leuë.* Ibidem,§.2. Si filiusfamiliâs constituerit, an teneatur,quæritur: sed puto verum, & constituentem teneri, & partem deberi peculij.

I Constituere in re præsenti, constituere cum re præsenti. *Decider,determiner, resoudre quelque difficulté sur les lieux contantieux*, vt fit in Interdicto retinendæ possessionis,& huiusmodi,hoc est,ex re, & tempore constituere,vt loquitur Cic.quod suprà notatum est numero 3. Rursus, constituere in re, aut,cum re præsenti,dicitur, cùm negotium eiusmodi est, vt de eo decerni nequeat generatim, sed priuatim ad singula capita venire opus est, vt rectè decernatur. *Venir aux cas particuliers,pour an ordonner selon la nature d'vn chacun d'iceux.*

II Constituere actionem dictus est Prætor, cùm, petitore intendente actionem, quam vellet, reo contrà dicente,aut petitori non esse actionem, aut non illam actionem, aut non illis verbis, aut quid simile excipiente, statuebat, qua esset actione agendum, diremtis omnibus de instituta actione contentionibus. *Quand il vuidoit les fins de non proceder, quand il ordonnoit, assignoit l'action telle, & la conceuoit an tels termes, qu'il voioit à faire, selon le droit.* Partit. 100. De constituendis actionibus, accipiendísque iudiciis, de excipienda iniquitate actionis, &c. ante iudicium tra-

ctanda

ctanda videntur : *Touchant ce,qui consiste à assigner ordonner l'action telle par le Iuge, & aquiescer, consantir, que l'action sera telle, & à poursuiure de la sorte, ou à debatre & contester l'iniquité d'icelle, & ne la pas accorder, cela se traite prealablemant, & deuant que venir au principal, deuant qu'antrer en matiere.* 2. Inu. 65. Oportebit videre, an necessitudine, quod alio modo agi non possit, an occasione sic sit iudicium, aut actio constituta, *Si la nature de la chose necessairemant porte le Preteur, le Iuge à declarer & decerner, qu'an cete instance l'action seroit telle, & non autre : que le demandeur agiroit en telle sorte, & le defandeur i repondroit directemant.*

VIII Constituere disceptationem, tum dicuntur litigantes, cùm inter se consentiunt, qua maximè de re sint acturi. Part. 108. Tum disceptatio ex scripti contentione exsistit, vt in ambiguis disceptatur, quid maximè significetur. Disceptatio autem cùm est constituta, propositum esse debet oratori, quò omnes argumentationes coniiciantur. *Lors que les parties sont demeurées d'accord, quel point elles doiuent debatre an iugemant.*

IX Constituere iudicium. Prætor iudicium constituit, cùm & actionem, qua petitor agat, & ipsum Iudicem constituit, qui ex datæ actionis formula cognoscat, & iudicet. Est itaque constitutio actionis, alterum è duobus membrum constitutionis iudicij. Constituere ergo iudicium est, *Assigner l'action au demandeur, pour agir contre sa partie, & ansamble commetre le Iuge, qui cognoitra du differant, & an iugera, suiuant la nature de l'action, & teneur de la formule d'icelle.* Cic. pro Q. Rosc. 32. Panurgum seruum communem Flauius interfecit. In hanc rem me cognitorem dedisti : lite contestata, iudicio

iudicio damni iniuria constituto, tu sine me cum Flauio decidisti. *Action en cas de reparation de dommage aiant eté donnée à l'accusant contre l'accusé.* Pro Cæc. 7. Quî igitur conuenit, quæ causa fuerit ad constituendum iudicium, eamdem moram esse ad iudicandum? *Comme peut s'accorder cela, que la meme indignité du fait, qui a eté la cause, pourquoi on a accordé telle action au demandeur, soit aussi le suiet de dilaier le iugemant, de differer la vuidange du procez?*

x Constituere iudicium, actionem, & huiusmodi alia, vsurpatur pro ipsorum iudiciorum & actionũ primaria institutione, cùm ab legum latoribus inducta sunt in vsum forensem. Pro Cæc. 7. Cuius rei causa maximè iudicia cõstituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutum est. *La cause, pour laquelle l'on a introduit l'vsage des iugemans.* Pro S. Rosc. 11. Si quis rem mandatam non modò malitiosiùs, sed etiam negligentiùs gessisset, eum maiores summũ admisisse dedecus existimabãt. Itaque mandati cõstitutũ est iudiciũ. *Et pour ce a eté inuãtée & etablie an notre republique l'actiõ, l'instãce en cas de cõmission, en faueur du commetant contre le commis.*

xi Constituere quæstionem, sicut instituere, & decernere quæstionem. *Ordonner, decerner, qu'information soit faite contre quelcun, qu'on face le procés criminel à quelcun, ordonner, decerner commission pour informer.* Pro Cl. 181. In taberna Strabonis nummi reperiuntur. Constituitur quæstio de furto. *On decerne, qu'information soit faite contre lui, an cas de larcin.*

xii Constituere, instituere quæstiones, dicuntur etiam legislatores, & magistratus, qui eas domi, & priuatim compositas, publicè per legem, aut alia ratione, vsurpandas deinceps proponunt in

vulgus. De Clar. 108. Quæstiones perpetuæ, Graccho adoleſcente, conſtitutæ ſunt, quæ anteà nulla fuerunt. L. enim Piſo, Tr. pl. legem primus de pecuniis repetundis tulit. Hoc eſt, tum primùm, habendis deinceps quæſtionibus, ius eſt conditum, & eo iure formula eſt perſcripta exercendarum perpetuò quæſtionum, & ſui creati Magiſtratus, id eſt, proprij Prætores, qui eis toto anno præeſſent. *Lors commancerent à etre faites les loix, le droit commança à etre ecrit, & publié, par lequel eſt ordonné le moien, qu'ordinairemant lon tiendra, à faire le procez criminel aux delinquans, & ſont deſignez les Magiſtrats, qui preſideront au Siege criminel, par deuant leſquels ſe feront les procez criminels, toute l'année de leur charge.* Pro Milon. 13. Hanc quæſtionem numquam Senatus conſtituendam putauit. Erant enim leges, erant quæſtiones, vel de cæde, vel de vi, nec tantum mœrorem Senatui mors Clodij afferebat, vt noua quæſtio conſtitueretur. *Pour le fait des criminautez, la loi, le droit etoit deſia en etre, lequel an ordonnoit ſuffiſammant, an cas d'aggreſſion, & de meurtre: de ſorte qu'il n'etoit ia beſoin d'etablir vn noueau droit de criminauté, ſur le meurtre de Clodius.*

XIII Conſtruere vadimonium, *donner, ou prandre aſſignation, pour comparoir an iugemant, arreter le iour, le lieu, auquel lon doit ſe preſanter an iugemant.* De Senect. 20. Senes omnia, quæ curant, meminerunt: vadimonia conſtituta, qui ſibi, quibus ipſi debeant. *A l'inſtance de qui ils doiuent comparoir an iugemant, & qui à leur inſtance. Qui leur a donné aſſignation an iugemant, & à qui ils l'ont donnée.*

XIV CONSTITVTVM, eſt ipſa res, quam cum aliquo habemus conſtitutam, & ipſe locus, atque dies, quem ad diem, & locum, rem conſtituimus.

tuimus. Pro Cœl. 61. Constitutum factum esse cum seruis, vt veniret ad balneas Xenias, eodem Licinium esse venturum. *Qu'il auoit donné assignation à ses valets, & prins resolution auec eux, sur ce qu'il desiroit executer.* pro Cœl. 20. Graues erunt homines, qui hoc dicere audeant, cùm sit his confitendum, ne congressu quidem, & constituto, cœpisse de tantis iniuriis experiri. *Tant s'an faut qu'ils an aient iamais requis satisfaction par voie de iustice, que memes ils ne s'an sont onques formalisez, ni aux rancontres fortuits, où ils ont abouché Cœlius, ni aux assignations prinses auec lui à dessein.* 12. Att. 22. Sica rescripsit se cum Silio constitutum habere. Scribat igitur ad me, quid egerit. *Qu'il i auoit assignation, iour & lieu nommé antre lui, & Silius, pour traiter d'afaire.* 7. Fam. 4. Te, cùm semper valere cupio, tum certè, dum hîc sumus. Vides enim, quantò pòst vnà futuri simus. Quare, si quod constitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. *Si tu as prins quelque assignation, quelque compromis auec la goute, s'il i a quelque chose à traiter antre toi & la goute, que l'assignation soit differée, remise à vn autre tans.*

CONSTO, eleganter ponitur pro subsisto, exsisto, consisto. 3. Orat. 20. Nullum est genus rerum, quod auulsum à cæteris, per se ipsum constare possit. 1. Nat. 25. Si ipsa mens constare potest, vacans corpore. 4. Verr. 187. Erant acceptæ pecuniæ à C. Verrutio, sic tamen, vt vsque ad alterum R, literæ constarent integræ, reliquæ omnes essent in litura. *Les premieres letres du mot Verrutius etoient antieres, iusques au second R, le demeurant etoit raié.*

II Dicitur iis de rebus, quæ ita exstant, & exsistunt,

ſtunt, vt earum non ſit obſcurus, ſed maximè patens, perſpicuus, & velut illuſtris ſtatus: ſolet autem adhiberi ad beneficij, officij, fructus rationem explicandam, & ad cæt. eiuſmodi. 3. Fam. 4. Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis officia conſtabunt. *Ie te randrai toutes ſortes de deuoirs, & an telle façon, qu'ils ſeront remarquables à tout le monde.* 11. Att. 12. Te oro, ne quid exiſtimes ab illo factum eſſe, quò minùs mea in te officia conſtarent. *N'eſtime pas, qu'il ait rien fait à deſſein, à intantion de me detourner, que ie ne te fiſſe toute ſorte de ſignalez, de notables ſeruices.* 1. Fam. 9. Ne ſi ſumma quidem eorum in me merita conſtarent. 7. Fam. 1. Vtrumque lætor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe: modò vt tibi conſtiterit fructus otij tui, quo quidem tibi perfrui mirificè licuit. *Pourueu que tu aies recueilli de ton repos, de ton loiſir, des fruits non vulgaires, non ordinaires. Pourueu que tu aies tiré quelque fruit ſignalé du repos, dont tu as ioui tout à l'aiſe.*

III Conſtare quidpiam inter aliquos, inter omnes, dicimus, cùm res ſic patet, vt nemini eorum dubia ſit, vt de ea ſit idem omnium iudicium. 3. Nat. 10. Quaſi hoc perſpicuum ſit, conſtétque inter omnes, eſſe deos. 3. de Orat. 3. Hîc, vt ſæpè inter homines ſapientiſſimos conſtare vidi, omni cum conſenſu ſic eſſe iudicatum, cæteros à Craſſo ſemper omnes, illo autem die, etiam ipſum à ſeſe ſuperatum. 6. Fin. 17. Conſtitit ferè inter omnes, id, in quo prudentia verſaretur, accommodatum naturæ eſſe oportere.

IV Conſtare aliquem, aliquid ſibi, alicui rei, eſt ſibi congruere, conuenire, conſentire, conſentaneum eſſe. Pro Clu. 6c. Iudices in Oppianico ſibi conſtare, & ſuperioribus iudiciis conſentire debuerunt. 1.

Off.

Off. 119. Vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vllo officio claudicare. 1. Off. 71. Sunt, qui in rebus contrariis parum sibi constent. 1. Att. 9. Si modò tanti putabis id, quod si me audies, & si humanitati tuæ constare voles, certè putabis *Si an ce point tu veux faire ce, qui est conuenable à ta courtoisie & debonnaireté: si tu veux traiter selon ton humanité accoutumée.*

v Constare aliquid cum aliquo, est, etiam cum eo consentire, conuenire. 2. Inu. 45. Constétne oratio, aut cum re, aut ipsa secum. 2. Heren. 14. Dicemus contrariam sententiam non constare cum superioribus & inferioribus sententiis.

vi Constare alicui aliquid cum aliquo, dicimus item eodem sensu, quo illud proximè dictum est. 1. Heren. 16. Adhuc, quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus. *Ie ne di rien contraire à ce, qu'ils ont dit. Et eux & moi tenons & disons le meme.*

vii Sumitur pro, constās sum in aliquo instituto, & in eo permaneo, perduro, perseuero. 7. Fam. 17. Collaudo te, quòd iam videris, certa aliqua in sententia constitisse: nam primorū mensium literis interdum leuis videbare. 1. Fam. 9. Qua in sententia constare si voluissent. 2. Or. 93. Antiquissimi sunt, quorū quidem scripta constent, Alcibiades, & Pericles. *De qui les ecrits aient duré iusques à notre âge. Dont les œuures soient anceres an etre.*

CONSVLO, seu absolutè positum, seu cum adiuncto quarti, aut sexti casus, idem sæpè est, atque Consulto, consultationem ineo, delibero. Ter. Adelph. 5. 9. Reddam hercle, da modò. M. Pòst consulam. *I'i panserai ci-apres, ie m'an conseillerai, i'an prandrai aduis.* Cæsar 7. bell. Galli. Bis magno cum detrimento repulsi, quid agant, consulunt.

consulunt. Liuius lib. 2. Plebs cœtus nocturnos facere. Eã rem Coss. ad Patres deferunt, sed ea delata, consulere ordine non licuit, adeò tumultuosè excepta est clamoribus, & indignatione Patrum. 2. Att. 16. Nondum meas literas legerat, quibus ad eum, re consulta, & explorata, perscripserim. 2. Agrar. 87. De Capua multùm, ac diu consultum est. *On a bien consulté, deliberé, pesé, & balancé, s'il etoit expediant de ruiner, de demolir la ville de Capoüe.* Plaut. Pers. 5. 4. Certè illi homines nescio quid mali consulunt, quod faciant.

II Consulere quempiam. Consulere aliquem aliquid, aut de re aliqua, est alicuius consilium, seu sententiam de re proposita inquirere. 2. Ver. 32. Nunc ego, iudices, vos consulo, quid mihi faciendum putetis. 2. Leg. 40. Cùm consulerẽt Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimùm religiones tenerent, oraculum editum est, eas, &c. 7. Att. 19. Ego in Italia, & simul moti, nec te id consulo. *Ce que ie ne t'ecris pas, pour t'an demander aduis, car i'i suis resolu.* Or. 250. Ipsi omnia, quorum negotium est, cõsulta ad nos, & exquisita referunt. *Les parties, qui nous donnent leurs causes à plaider, apportent quant & eux, leur droit bien consulté, bien examiné, & éclarci par les Iurisconsultes.* Liu. 33. 9. Cato Porcius, si ius consuleres, peritissimus; si causa oranda esset, eloquentissimus. *Si vous l'eussiez interrogé d'vn point de droit, si vous eussiez consulté quelque difficulté an fait de droit, an matiere de droit, an matiere de la Loi.* Pro Mur. 9. Si tibi necesse putas, etiam aduersariis amicorum tuorum, de iure consulentibus respondere. 3. Verr. 120. Qui de iure ciuili consuli solent. 2. Diu. 8. De republica consuli cœpti sumus.

III Licet consulere, Hac formula vulgò vsi sunt, qui

qui ad Iurisconsultos adibant, consulendi causa, qua formula petebant, sibi fieri potestatem, suum negotium proponendi, quod Iurisconsulti liceret commodo. Pro Mur. 28. Illud, quod aliquando fuit, LICET CONSVLERE, iam perdidistis. *Cete coutume iâdis tant celebre, de vous aller demander conseil an toutes choses, est pieçà hors d'vsage. Personne ne se va plus conseiller vers vous. On ne vous defere rien plus an cela.*

IV Consulere in commune, in medium, in publicum, &c. est studio rei communis ea proponere, & prospicere quemque pro virili parte, quæ sunt è communi re, atque vtilitate. Terentius Andr. 3.3. Si in rem est vtrique, vt fiat, accersi iube. Sed si ex ea re plus mali est, quàm commodi vtrique, id oro, in commune vt consulas. Liuius lib. 26. Quemadmodum nemo priuato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in medium consulebatur. Nobilitas rempub. deseruerat, neque in Senatu cogi poterat. Plinius Iunior lib. 9. ep. 13. Intermissum in publicum consulendi morem.

V Consulere in aliquem, de aliquo, benè, malè, optimè, pessimè, grauiter, grauissimè, crudeliter, & cætera, est statuere, decernere de eo, aut commodè ipsi, aut secùs. Terent. Heaut. 3. 1. Pessumè istuc in te, atque in illum consulis, si te tam leni & victo esse animo ostenderis. Liuius lib. 10. De perfugis grauiùs, quàm de fugitiuis consultum. Nominis Latini qui erant, securi percussi, Romani in crucem sublati. Liuius l. 3. In humiliores crudeliter, libidinoséque consulebatur. 8. Fam. 16. Te oro & obsecro, ne quid grauius de salute & incolumitate tua consulas. *Garde toi de prandre telle resolution: car il i va de ton salut. Il s'agit de ta personne, & de tous les tiens.*

vi. Consulere vt , ne , consulere aliquam rem , & alicui rei , consulere benè , malè, pessimè, optimè alicui , consulere de aliqua re, valet idem, atque in præsens, aut in futurum prospicere aliquid, aut alicui rei prouidere , prospicere. 2. Off. 72. Qui rempub. gubernabunt , consulere debebunt , vt earum rerum copia sit , quæ sunt necessariæ. 3. Verr. 22. Vos, quod ad famam vestram pertinet, prospicite, ac consulite. 4. Catil. 3. Consulite vobis, prospicite patriæ, conseruate nos. 4. Fam. 9. Tuum est consulere temporibus & incolumitati , & vitæ, & fortunis tuis. *Il touche à toi, de remedier & pourvoir à ton aduersité, au malheur, auquel tu te treuues.* 2. in Ver. 43. Huic malo, iudices , consulite , ac prouidete. Pro Sylla 63. Neque tantum fraterno amori dandum arbitror, vt quisquam de salute suorum consulat, communem derelinquat. Plaut. Asin. 5. 2. Dicebam , pater , tibi , ne matri consuleres malè. 2. Philipp. 3. Næ tu , si id fecisses , meliùs famæ, meliùs pudicitiæ tuæ consuluisses. 2. Fin. 106. Si prima quæque benè ab eo consulta , atque facta, ipsius obliuione obruerentur.

CONTENDO, or, sicut intendo, or, quibus contrarium est, remitto , or, laxo, or, earum rerum est proprium , quæ vi adductæ tenduntur , vt sunt fides , nerui , funes, & omnia, quæ funibus & neruis intenduntur , vt sunt ballistæ lapidum , tormenta telorum , & alia huius generis , quæ contrario sensu, remitti, laxari dicuntur. 4. Fin. 75. Vt in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta sit, vt concentum seruare possit , omnes æquè incontentæ sint. *Si pas vne des cordes d'vn instrumãt n'est tanduë , de sorte qu'elle puisse randre vn bõ accord, il faut dire qu'elles sont toutes egalemãt debandées.* 2. Tusc. 57. Ballistæ lapidum , & reliqua tormenta telorum,

telorum, eò grauiores emissiones habent, quò sunt contenta & adducta vehementiùs. 5. Tusc. 54. Onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remissis opprimunt. *An bandant & roidissant tout le cors, on porte plus aisémant les pesans fardeaux, desquels au contraire lon est accablé, accrauanté, quand on se relache.* 15. Fam. 14. Vt omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi prorogetur. de Fato 21. Contendit omnes neruos Chrysippus, vt persuadeat, omne ἀξίωμα, aut esse verum, aut falsum. 2. Ver. 35. Onus dignum, in quo omnes neruos ætatis, industriæque meæ contenderem. V. Intendo. Virg. 4. Georgic. Contendere vincla tenacia.

II Traducitur ad ea, quæ propriè non tenduntur, sed similitudine aliqua dicuntur contendi, vt sunt, non tantùm corporea quædam, sed & non corporea. Pro Sest. 13. Ad tribunatum contento studio, cursúque veniamus. Orat 56. Volet contenta voce atrociter dicere, & summissa leniter, & inclinata videri grauis, & inflexa miserabilis. Ouidius. Contendere animum in curas.

III Quoniam ea, quibus conatus exercetur, contenduntur inter conandum, ideò contendere, vel absolutè, vel cum adiecto casu, vt contendere aliquid, contendere aliqua re, translato sensu, signum pro re signata vsurpantes, dicimus pro, conari, conniti, certare, quoad possumus. 4. Off. 42. :. C. 42. Qui stadium currit, eniti & contendere debet, vt vincat. 1. Fam. 9. Tantum contende in repub. quantum probare tuis ciuibus possis. 1. Fam. 8. Cùm plus contenderimus, quàm possumus, minùs tamen faciamus, quàm debemus. Pro Lig. 6. Quantum potero, voce contendam. 1. Orat. 255. Sermone paullò intentiore conficere omnia, numquam lateribus, aut clamore contendere. 3. Off. 6.

Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere.

IV Eodem genere translationis, quia in pugna intenditur corpus, & animus, Contendere, vsurpamus sæpè ac eleganter, pro pugnare. 7. Att. 9. Si exercitū adducat, necesse est armis cum eo contendere. 3. Fin. 66. Tauri pro vitulis summa vi, impetúque contra leones contendunt.

V Eodem prætereà metaphoræ genere ponitur pro, ire festino, aut impetu quodam iter facere, pergo ad locum animo destinatum. 5. Att. 20. Tarsum veni, inde ad Amanum contendi. 8. At. 15. Mihi non dubium est, quin Brundusium contendam Pro S. Rosc. 97. Quæ res eum coëgit vna nocte tantum itineris contendere?

VI In eodem quoque translationis vsu solet accipi pro, instanter peto, posco, flagito. 9. Att. 20. Nec dubito, quin Cæsar à me contendat, vt ad vrbem veniam. 1. Fam. 9. Cùm Pompeius ita contendisset, vt nihil vmquam magis, vt cum Crasso redirem in gratiam. 3. Off. 59. Incensus cupiditate contendit à Pythio, vt venderet.

VII Denique, qui cum contentione quidquam asseuerat, & affirmat, translato ad eumdem illum modum verbi vsu, contendere dicitur. Pro Plan. 48. Sic ergo hoc contendo, me tibi cuiuscumque tribus rationem popósceris, redditurum. Corn. Celsus præfat. l. primi, de re med. Si manantia corpuscula per foramina subsistendo iter claudunt, vt Asclepiades contendit. Item ibid. Sed ne ad hæc quidem aditum fieri potuisse contendunt.

VIII Contendo, or, valet idem, quod confero, or, comparo, or, quia, quæ comparamus inter se, ea sic opponimus, vt alterum alteri velut obtendamus, quo discrimen, similitudóque clariùs appareat. 2. Inu.

Inu. 145. Leges oportet contendere, considerando, vtra lex ad res maiores pertineat. Pro S. Rosc. 93. Quidquid contrà dixeris, id cum defensione nostra contendito, ita facilè causa S. Roscij cum tua conferetur.

CONTESTOR. Contestari litem, apud veteres Latinos, est, petitorem, & eum, vnde petitur, seu in iure apud Prætorem, seu in iudicio apud pedarium iudicem, cùm ille quid petat, istè neget, quod petitur, primùm inter se contendere præsentibus testibus, quos vterque sui facti memores esse iubet, hac formula, Testes estote: vnde Contestari litem, & litis contestatio, dici cœpta sunt, qua scilicet contestatione, vterque se liti persequendæ obstringat, apud iudicem à Prætore dandum, & ex ea formula, quam dabit, ita vt à neutro liceat, salua lite, discedere. *Lors on contestoit an cause, au barreau de Rome, lors i auoit contestation de cause, quand le demandeur, aiant fait sa demande, ou deuant le Preteur, ou deuant le Iuge, le defandeur lui auoit contredit, & sur telle procedure ils auoient prins témoins, aux fins de s'obliger reciproquemant à poursuiure l'instance commancée, & se tenir à l'action, qui seroit assignée, & au Iuge commis pour la connoissance du fait, sans pouuoir depuis proposer aucune fin declinatoire, ou demander rauuoi par deuant autre Iuge.* Porrò nunc, in foris Gallicanis, litis contestatio non potest constare actoris intentione, & rei inficiatione sola, nisi interuenerit Iudicis, super ea re, decretum aliquod, litis contestationi absoluendæ. In foris enim suis dicunt, *Lors la cause etre contestée, que lors il i a contestation an cause, contestation de cause, & non autremant, quand le defandeur aiant defandu contre l'intantion du demandeur, le Iuge aura donné son*

appointemant par dessus, ou bien à ecrire, informer, produire, ou à ecrire & produire, &c. 16. Attic. 14. Postumius, vt sponsores appellentur, procuratorem introducere: neque enim illi litem contestabuntur: quo facto, non sum nescius, sponsores liberari. *Les cautions de Dolabella, mon debiteur, ne voudront antrer an contestation de cause auec moi, ne voudront s'angager an procez, comme ils seroient angagez, si la cause auoit eté contestée antre eux & moi.* Pro Q. Rosc. 55. Nesciebat Flauius, Fannium Roscio esse socium. Præclarè. Nam iste cum eo litem contestatam habebat. *Roscius l'auoit mis an instance, & il i auoit contestation de cause antre eux deux. Roscius le tenoit desia comme angagé an celle instance, de sorte qu'il ne pouuoit plus recourir à la declinatoire. Il faloit passer outre, subir iugemant.* Pro Q. Roscio 54. Cùm lis contestata cum Flauio damni iniuria esset, tu in eam litem cognitor Roscij sis factus? *Roscius aiant tiré an instance Flauius, an cas de reparation de dommage, & l'aiant amené à contestation de cause.* Pro Q. Rosc. 53. Quid interest inter eum, qui per se litigat, qui cognitor est datus? Qui per se litem contestatur, sibi soli petit. Alteri nemo potest, nisi cognitor est factus. *Celui, qui agit an son nom, qui antre an contestation de cause pour soi, & non pour autrui.* Pro Q. Rosc. 32. In hanc rem, inquit Fannius, me cognitorem dedisti. Lite contestata, iudicio damni iniuria constituto, tu sine me cum Flauio decidisti. *Aiant eté contesté an cause par les parties, &, par le Preteur, l'action assignée au demandeur, an cas de reparation de dommage, & ansamble le Commissaire nommé, pour connoitre de cete action.* L.... D. Si quis caut. Si reus ad iudicium venisset. litem cum eo contestari actor potuisset. L. 11. D. de iudic. Si à me

fuerit

fuerit adrogatus, qui fuerit adrogatus, qui mecum erat litem conteſtatus. L. 14. De iis, qui not. inf. Non ſuo nomine condemnatur, quippe cùm initio lis in eum non ſit conteſtata. L. 1. D. de litigioſ. Si inter primum & ſecundum ſit lis conteſtata, & ego à tertio emero, qui nullam controuerſiam patiebatur.

11 *Conteſtatum* iudicium. Quoniam conteſtatio litis, & iudicij conſtitutio ita inter ſe cohærebant, vt ſæpè coniungerentur, inde factum eſt, vt conteſtatum iudicium, pro lite conteſtata interdum diceretur. L. 19. De ſolut. matrim. Si mulier diuerteret, & iudicio de dote conteſtato, reuerſa fuerit in matrimonium, redintegrato matrimonio exſpirat iudicium. Coniunguntur autem, litis conteſtatio, & conſtitutio iudicij, cùm aliis locis, tum verò l. 31. D. de Ædil. edict. l. 1. D. de litigioſ. l. 28. D. de iudiciis.

CONTINEO, or. Contineri aliqua re dicuntur, tam in corporeis, quàm in non corporeis, quæ re huiuſmodi conſtant, quaſi ex materia quadam, aut certè per eam, veluti efficientem cauſam, ſimul conſeruantur, ſimul exſiſtunt. 2. Nat. 59. Dij non venis, & neruis, & oſſibus continentur, nec iis eſcis veſcuntur, vt concretos humores colligant. *Ne ſont pas compoſez de chair & d'os, comme les hommes.* Pro Planc. 23. Flos equitum Rom. publicanorum ordine continetur. Pro Marc. 10. Vita corpore, & ſpiritu continetur. 2. Orat. 39. Oratoris actio omnis opinionibus, non ſcientia continetur. 1. Diu. 24. Artes, quæ coniectura continentur, & ſunt opinabiles. 1. Orat. 62. Artem, quæ cognitis, penitúſque perſpectis rebus continetur.

11 Contineri, & continentia eſſe, dicuntur in corpo

corporeis,quæ ita ſita ſunt,vt ſe mutuò tangant;vel ita proxima ſunt,vt ſeriẽ quãdam efficiant. 7. Verr. 117. Portuum coniunctione pars oppidi,mari diſiuncta,anguſto ponte rurſum coniungitur, & continetur. *Ce quartier de la ville eſt conioint à l'autre quartier,par le moien des ports, qui aboutiſſent à vn pont,qui les lie anſamble. Qui fait,que la ville diuiſée par vn bras de mer,ſamble etre tout d'vn tenant.* Tullius Hortenſio. In continentibus quidem terris veſtrum nomen dilatari poteſt. 4. Academic. 105. Mare,quod nunc, quia à ſole collucet, albeſcit & vibrat,diſſimiléque eſt proximo,& continenti. *Cet androit de mer, qui eſt deuant nous, d'autant qu'il eſt illuſtré des rais du Soleil,repreſante vne couleur blanchaſtre,eſclate vne brillante lueur, ſe montre diſſamblable à cet autre androit de mer, qui lui eſt tout ioignant.*

III Continens,vel abſolutè poſitum,vel cum aliquo adiuncto,vt continens terra,continens Gallia, &c. huius generis, ſumitur pro terra, nullo maris ſinu interciſa,hoc eſt, pro ea parte terræ, quæ nec inſula,nec peninſula eſt.Cæſar l.5. Gall.bell. Domnorix,Princeps Galliæ,reuocare,hortari,vt in continenti remanerent.Ibid.Labieno in continenti relicto.Ibid.Mandubratius Britannus, Cæſaris fidem ſecutus,ad eum in continentem Galliam venerat.

IV Continentes res dicuntur, ſeu corporeæ, ſeu non corporeæ,quæ vnius generis,vno ductu continuatæ;diuerſi generis,vna ſerie coniũctæ ſunt, ſeſe veluti conſequentes. 2.Fin. 61. Neque porrò ex eo natus,cum Pyrrho bellum gerens Conſul,cecidiſſet in prœlio, ſéque è continenti genere tertiam victimam reip.præbuiſſet. *Le petit fils de Decius ne ſe ſeroit conſacré pour le bien de l'etat, le troiſieme de ſuite an vne meſme race,continué an droite ligne de pere*

an

an fils. N'auroit fait sacrifice de sa vie pour le public à l'exemple de ses pere, & aieul Decius. De fato 44. Si concedunt anteire visa, nec tamen fieri assensiones, quòd proxima illa, & continens causa non moueat assensionem, vide ne idem dicant. *D'autant que cete cause non interieure, ains seulemant voisine, adiaçante, externe, ne peut etre en nous le principe d'vn consantemant.* 1. Tusc. 16. Nihil interpellabo, continentem orationem audire malo. *Ie ne t'interromprai point, car i'aime mieux antandre vn parler, vn discours tiré tout d'vn train, d'vne suite, sans interruption.* Perpetua oratio, idem quoque valet. 5. Fam. 12. Vt à continentibus tuis scriptis, quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabellam. *Que tu separes du discours, du fil, de la suite, du cors antier de ton Histoire, le narré de ce qui me touche, de mes exploits.* 3. Heren. 9. In extrema oratione continens vox remedio est voci. *Sur la conclusion, au l'epilogue, il est vtile, pour conseruer sa voix, pour ne s'anroüer, de continuer le parler, de ne point interrompre son dire, mais suiure d'vn train iusques à la fin.*

v Continens alicui, & cum aliquo, hoc est, ei adhærens, coniunctum, annexum. 2. Nat. 117. Mari aër continens est. 15. Fam. 2. Cappadociæ pars, quæ cum Cilicia est continens. *Qui aboutit, qui confronte, qui est frontiere à la Cilicie.* Pro Cæcin. 11. Huic fundo quædam continentia prædia, atque adiuncta mercatur. *Il achete quelques fonds, qui touchoient le sien, qui lui etoient contigus.* Ibidem. 15. Hic fundus, qui fundo eius antiquo continens est. 1. Inuen. 37. Continentia cum ipso negotio sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari.

vi Conti

v *Continenter.* 1. Acad. 32. Continenter labuntur & fluunt omnia. *Continuelemãt, sans cesse.* 3. Orat. 135. Continenter vnum verbum, non in eadem sententia ponitur. *Lon met le méme mot deux fois de suite, & ce, an vn autre sans au second lieu, qu'au premier.* 3. Heren. 21. Vno spiritu continenter multa dicere. *Tout d'vn train, sans prandre haleine.*

CONTINVO, as. Rerum continentem seriem, contextum, coniunctionem hoc verbo eleganter exprimunt Latini. 3. Agr. 14. Possidebit eos fundos, quos in agro Casinati fructuosissimos continuauit, cùm vsque eò vicinos proscriberet, quoad oculos continuando, ex multis prædiis, vnam fundi regionem formámque perficeret. *Il iouïra sans apprehansion, & an paix, de cete grande suite de possessions, qu'il a etandu bien au large, adioutant aux siennes, celles de ses voisins, autant loin, comme il a peû porter sa veuë à l'antour de soi.* 2. Agrar. 77. Deducent suos, quorum nomine ipsi teneant, & fruantur: coëment prætereà, ista dena iugera continuabunt. *Ils etandront, tant qu'ils voudront, ces dix arpans, qu'ils assignent à vn chacun: Ils i adiouteront des autres fonds voisins, tant qu'ils pourront an acheter.* 2. Ag. 69. Syllanus ager, à certis hominibus latissimè continuatus, habet inuidiam. 2. Nat. 117. Aër mari continuatus, & iunctus est. 3. Nat. 28. Conuenientia naturæ, quam quasi cognatiòne continuatam conspirare dicebas. 3. ad Herenn. 25. Cùm contendere oportebit, adaucto mediocriter sono vocis, verbis continuandis, vocem quoque adaugere oportebit.

II Continuari aliquem in magistratu, imperio, & alicui magistratum, imperium continuari, loquendi formula priscis vsitata. Liuius lib. 27. Galeria iunio-

...niorum, quæ forte prærogatiua erat, Qu. Ful-
...ium, & Qu. Fabium consules dixerat, eodémque
...ure vocatæ reliquæ inclinassent, ni Tribun. pleb.
...e interposuissent, qui neque magistratum conti-
...nuari, satis ciuile esse aiebant, & multò fœdioris
...exempli, eum ipsum creari, qui comitia haberet.
N'etre pas seant, ni vtile au public, que le Magistrat ...t continüé an la charge, qu'il exerce, son tans ...ant expiré. Liuius lib. 20. Q. Fabio, ob egregiè ...erdomitam Etruriam, consulatus continuatus. *...e consulat lui fut continué pour l'année suiuante.* ...iuius lib. 24. Qu. Fabio præsenti, & comitia ha-...enti consulatus continuatus. *Fut continué au con-...ulat, lui present. & presidant aux Comices consulai-...es, à l'assamblée publique, faite pour la creation des Consuls.* Refici magistratus, pro eodem sæpè vsur-...at Liuius, vt lib. 3. Magistratus continuari, & eos-...dem Tribunos refici.

¶ CONTOR, ari, nauiculariæ rei peculiare verbum est: Aquam, aquæ fundum *Contari*, nauicu-larius dicitur, cùm id conto explorat, quàm al-...tum sit. Inde traducitur ad res quasvis, de quibus sciscitamur, quarum quidpiam percontamur, in-quirimus.

¶ II Contandi verbo, rerum venalium pretium propriè sciscitamur emturi, sicut Indicandi con-trà verbo, emtor rei venalis pretium dicitur expo-nere. Indum mercatorem contabar de smaragdis, indicauit auro cariores. *Varro*, Sesqui Vlysse. *Je m'anqueroi d'vn marchãd Indois, du pris de ses eme-raudes, & il me les faisoit plus cheres, qu'autant pe-sant d'or.* Eadem ex causa, emi lienem vituli, quanti sit indicatus, iubent Magi, nulla pretij contatione. Plinius, libro vicesimo octauo, cap. decimo tertio. *Les Magiciens ordonnent, pour cet effet, qu'on achete la*

la rate d'vn veau, tout autant que le vandeur la vous fera du premier mot, sans vous informer de la valeur. Vide Indico,are. Indicatio.

¶ III Contari,est idem,quod percontari, sciscitari de re qualibet. Publius Terentius, cùm ex Quincto filio de me contaretur,eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum. *Tullius*, vndecimo ad Att. ep. decima. *Publius Terentius me racontoit, que lors,qu'il anquetoit, qu'il interrogeoit de moi Quinctius, le fils de mon frere, il lui asseuroit d'etre mon grand annemi. Vide*,Percontor,ari.

¶ IV CONTATIO, percontatio de venalis rei pretio, *demande du pris d'vne chose à vandre.* Emi iubent Magi lienem vituli, nulla pretij contatione. Plinius, loco suprà citato. *Qu'on achete la rate d'vn veau,au mot du vandeur,sans s'informer de ce qu'elle vaut.*

CONTRIBVO, & in re pecuniaria, & extra eam, eleganter sumitur,non tantùm,pro, attribuo,assigno,adscribo,sed etiam, pro,reipsa do, trado. 14. Phil. 39. Monumentum quàm amplissimum locandum,faciendum curent, Quæstoresque vrbanos ad eam rem pecuniam dare,contribuere,soluere iubeant. *Que pour la fabrique de ce monumant,soit anioint aux Tresoriers, de paier & deliurer l'argeãt, qui sera necessaire.* Pro Milone 83. Quæ mihi contribuenda laus esset ipsi, cùm tantùm in consulatu meo pro vobis ausus essem? *Quel los me deuroit etre randu? de quelle loüange me deuriez-vous paier?*

II Contribuere alicui rei, & in aliquam rem ea dicimus,quæ alicuius ditioni, potestatiue adscribimus,vel eiusdem,aut iuris,aut generis, aut rationis esse iubemus,seu censemus,cuius illud est,cui contribuimus, quod maximè vsurpatur in locorum, seu geographica, seu quauis alia partitione, & descri

lescriptione. Liuius libro 26. Leuinus Oeniada, Naxumque Acarnanum, captas Ætolis contribuit. *Il donna aux Ætoliens deux villes, Naxus & Oenias, prinses sur les Acarnaniens.* Idem lib. 31. Debra, quæ quondam pagatim habitantes, in partis illius castellis vicisque consecrata, ne in vnam quidem vrbem contributi, maiores sui deserta reliquerint. *Leurs predecesseurs etans auparauant espars & esgarez an la campagne par des villages & chateaux, & depuis assamblez, & reduits an cors d'vne iuste ville. Ne viuans plus à guise de pepulace champetre, mais à la forme d'vne ville policée.* Idem libro 36. Elei per se ipsi, quàm per Romanos, maluerunt Achaïco contribui consilio. *Les Eliens aimerent mieux, de leur gré, se ranger, s'vnir, & ioindre à la communauté des Atheniens, antrer an societé, communauté, prandre parti auec eux.* Idem libro 38. M. Fuluius consultabat cum Epirotarum principibus, vnde bellũ inciperet. Epirotis Ambraciã placebat aggredi, quæ tum cõtribuerat se Ætolis. *Laquelle s'etoit tout fraichemant dõnée aux Ætoliens, peur etre sous leur protection.* Columell. 2. c. 9. Inter frumenta panicum & milium ponenda sunt, quamuis iam leguminibus ea contribuerint. Plinius lib. 3. cap. 3. Reliqua in ora flumen Tader. In eam oram contribuuntur Icoscitani. Idem lib. 5. c. 18. Intercursant, cingúntque has vrbes tetrarchiæ regionum instar singulæ, & in regna contribuuntur. *Sont erigées an Roiaumes, tiennent nom, condition, rang de Roiaumes.*

CONVENIO. Conuenire quid alicui, & ad aliquem, idem est, atque illi, & in illum quadrare, illi congruere, in eum aptè cadere. Topic. 49. Intelligatur, argumento quærendo, contrariis omnibus contraria non conuenire. 2. de Orat. 246. Id

dixit

dixit, quod conueniret in omnes luscos. 3. Verr. 128. Quæ vitia videntur in quemuis potiùs, quàm in istum conuenire? 3. De finib. 46. Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire. 2. Inuent. 16. Non omnes loci in omnem causam conueniunt. pro Sylla 23. Hæc contumelia ad maximam partem ciuium conuenit.

II Conuenit aliquid, hoc est, de eo est eadem, est consentiens aliquorum sententia, de eo consentitur. 1. ad Herenn. 24. Cùm factum conuenit, sed iure, an iniuria factum sit, quæritur. 1. Heren. 4. Diuisio est, per quam aperimus, quid conueniat, & quid in controuersia sit. 9. Attic. 4. Rem conuenturam puto. 1. Natur. 90. Virtutem sine ratione constare non posse, conueniat id quoque, necesse est.

III Conuenit quid alicui, cum aliquo, aliquid inter aliquos, idem quoque, atque illud proximè positum significat. Frag. de fin. Mihi hoc cum tuo fratre conuenit. Brut. 209. Difficile est in longa oratione, non aliquādo aliquid ita dicere, vt sibi ipsum non conueniat. Pro Cluen. 120. Nemo, ne pecuniaria quidem de re minima, erat iudex, nisi qui inter omnes aduersarios conuenisset. 2. Inuen. 68. Pactum est, quod inter aliquos conuenit. 1. ad Herennium 17. Interfectam esse ab Oreste matrem, conuenit mihi cum aduersariis.

IV Conuenit aliquid, hoc est, ipsi sibi consentiens, consentaneum, conueniens, non repugnans, non alienum est à sese. Pro Milone 55. Quid vesperi? quid necesse tardè? quî conuenit, præsertim id temporis? *Comme s'accorde, comme peut subsister cela, que Clodius soit sorti sur le tard, en tel equipage, & que ce n'ait eté à dessein d'espier, de dresser ambuscade à Milo?* Pro Rabirio Post. 31.

Quî

Quî tandem conuenit, aut eam graui onere tributorum, ad tantam pecuniam cogendam, mille talentûm accessionem esse factam; aut in tanta mercede hominis auarissimi, mille talentûm accessionem esse concessam? *Commant peut-on dire, sans manifeste repugnance, sans contradiction, que, outre vne leuée tant insupportable du principal de dix mille talans, on ait ancore leué mille talans, pour les frais de la recete: ou que Gabinius estant auare, de dix mille, on ait quité mille à Rabirius pour sa peine?* 2. De fin. 33. Quî igitur conuenit, ab alia voluptate dicere naturam proficisci, in alia summum bonum ponere? *Commant peut-on dire cela, sans se contredire? Quelle conuenance i a-il entre ces deux extremes?*

V Conuenire, conueniri quempiam, id est, adire, adiri, notum, & vsu contritum satis, ex quo ductum est, quod sequitur.

VI Conuenire aliquem, vt debitorem, sponsorem, &c. Forensis formula, pro eo, quod est, Appellare, hoc est, interpellare crebriùs debitorem, quod debet, reposcere. *Interpeller, solliciter son debiteur, de paier ce qu'il doit.* Caius l. 41. D. de hære. pet. Si quo tempore conueniebatur hæreditatis possessor, pauciores res possidebat, deinde aliarum quoque rerum possessionem assumsit, eas quoque victus restituere debebit.

VII Conuenire, ex eo, quod valet idem propriè, quod appellare debitorem, factum etiam est, vt sumatur pro eo, quod illi finitimum est, id est, pro vocare in ius. Caius leg. 29. D. de procur. Si actor malit dominum potiùs conuenire, quàm eum, qui in rem suam procurator est. *S'il aime mieux conuenir an iustice le proprietaire, que le procureur.* leg. 55. de donat. inter virum & mulierem. Si vir iudicio dotis conue

conueniatur. *Si le mari est conuenu an iustice par sa famme, en cas de repetition de doüaire.* Conueniri lege Aquilia. *Etre conuenu an cas de dommage, receu auec iniure, suiuant la loi Aquilia.* Conueniri in rem, *an action reele.* Conueniri in vsuras, *An paiemant de dommages & interets.* Conueniri actione condictitia. *Etre conuenu, etre appelé an action personnele, & sommé à bailler, ou faire certaine chose, dans tel tans.*

VIII Conuenire in manum viri, hoc est, in potestatem, atque mancipium viri, cui nubebat, dicta est mulier, quæ coëmtionis, non vsus ritu nubebat, apud Rom. vt diximus in V. Coëmo, Coëmtio, quo ritu, qui matrimonia contraxerant coniuges, bonorum omnium ita coïërant societatem, vt alter alteri suus hæres ea causa factus esset. Top. 14. Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro, si ei viro materfamiliâs esset: si ea in manum viri non conuenerat, nihil debetur. *Si vn legat a eté fait à Fabia, paiable par les mains de son mari, à condition qu'elle sera vn iour famme de ce tel mari, conioints à icelui, selon la ceremonie & formule de la Coëmtion, an cas qu'elle ne soit reduite sous le pouuoir dudit mari, à faute d'auoir contracté mariage suiuant ladite formule, le legat ne lui sera pas deu.* Pro Flacco 84. Vxor Andronis Sextilij in manum, inquit, conuenerat. Quæro, an vsu, an coëmtione? Vsu non potuit: nihil enim de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate potest deminui. Coëmtione? omnibus ergo tutoribus auctoribus. *Elle ne peut auoir eté reduite sous le pouuoir de son mari, si le mariage s'est passé an cete maniere, & ceremonie de contracter, appellée,* Vsus: *car lors la famme mariée demeure tousiours an la puissance de ses tuteurs, & par consequant, si elle meurt*

meurt ab intestat, son mari n'an herite pas, mais le plus proche des parans d'icelle.

ix Conuentum, conuentus, idem atque pactum, promissum, constitutum. Ex conuento, ex conuentu agere, facere quidpiam; *Par accord d'vne part & l'autre, par conuantion. An suite de conuantion faite.* Ex conuento, & conuentu teneri, obligari, astringi.

Conuentus agere, habere, dicti sunt Magistratus Romani in Italiæ præfecturis, & in prouinciis suis, cùm suæ iurisdictionis hominum coacto, certam in locum, concilio, de ipsorum controuersiis ius dicebant. *Quand ils tenoient les assises, les assemblées generales des geans de leur ressort, pour expedier les plaids, pour decider les procez meus antre eux.*

x Conuentus edicere, indicere aliquò. *Ordonner la tenuë de telles assamblées, publier les assisses, assignant lieu, & tans d'icelles.*

xi Conuentus nomine præterea designabatur ipsum corpus ciuium Romanorum, extra Latium, quibuscumque in oppidis negotiandi causa, aliámve ob rem degentium, qua appellatione secernebantur ab oppidanis. Sic Tullius in Verrinis sæpè, & alibi, sic Cæsar, & Liuius vsurpant. Pro Sext. 9. Et tum conuentus ille Capuæ, qui, propter salutem illius vrbis, consulatu conseruatam meo, me vnum patronum adoptauit, huic apud me Sestio maximas gratias egit. *Tout le cors des ciens Romains, qui residoient à Capouë.* Cæs. l. 2. bell. ciuil. Ipse Cordubæ conuentus per se portas Varroni clausit, custodias; vigiliásque in muris, turribúsque dispoſuit. *Les Romains, qui demeuroient à Cordouë, an faueur de Cesar, fermerent les portes à Varron, Gouuerneur de la Prouince.* Ibid. ...egionis, quæ Vernacula appellabatur, factum adeò

adeò eius conuentus ciues Romani comprobauerunt, vt domum ad se quisque cupidissimè reciperet. libro 8. belli ciuilis. Milo patefactis consiliis, exclusus Capua, periculum veritus, quòd conuentus arma ceperat, atque eum hostis loco habendum existimabat, consilio destitit. Sic possis, in re non absimili, dicere: Lugduni multiplex conuentus Italorum, Hispanorum, Germanorum. Item ex Italis conuentus Lucensium, Mediolanensium, Florentinorum. *Les nations, qui resident à Lyon. La nation Luquoise, Milanoise, Florentine, &c.* Item corpus Lucensium, Mediolanensium, &c. Corpus Italorum, Hispanorum: pro eodem enim vsurpant Liuius, & alij.

CREDO. Hoc verbo, sicut, Opinor, & aliis non paucis, vtuntur Latini ad explendam, ornatus causa, sententiam, cum quadam ironiæ tacita significatione. Pro Ligar. 28. Cùm ista res nihil eius animum commouisset, ad quam veneratis, languidiore, credo, studio in causa fuistis. Tantummodò in præsidiis eratis: animi verò à causa abhorrebant. *Vous-vous etes montrez (s'il faut ainsi croire) moins affectionnez au parti, que vous suiuiez. Rien moins que cela.* Pro Milon. 89. Senatus, credo, eum Prætorem circumscripsisset. *Le Senat, peutetre, eut degradé Clodius, etant lors Preteur, de l'Ordre des Senateurs. Les Senateurs l'eussent chassé, reieté, mis hors du cors du Senat: tant s'an faut, ils s'an fussent bien gardez.*

II Mihi crede, mihi credite, asseuerantis sunt elegantes formulæ. 9. Att. 4. Non sum, mihi crede, mentis compos. 12. Fam. 1. Finem nullum facio, mihi crede, Cassi, de te cogitandi.

III Sicut credere alicui, est, suam fidem fidei ipsius committere: ita etiam est, præter fidem suam, se cum

tum fide sua, res suas in mutuo permittere, eam fidem ipsi habere, vt libenter ei concredatur, quod petit mutuum. Pro Rab. Post. 4. Credidit populis, in pluribus prouinciis eius versata res est. *Il a preté aux communautez. Ses moiens ont eté exposez au trafic an diuerses prouinces.* Ibid. Huic ipsi Regi Alexandrino grandē iam anteà pecuniam credidit. De Har. 29. Si habeat, vnde tibi reddat, quod ei per syngraphā credidisti. *Ce que tu lui as preté, an vertu de sa cedule, an suite de la promesse, qu'il t'an a faite.*

IV Credi non modò pecuniæ dicuntur, sed ea etiā omnia, quæ fidei alicuius committuntur, commendantur, vt ea tueatur. Pro Pomp. 67. Nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, qui intra tot annos inuentus est vnus, quem socij in vrbes suas venisse gaudeant. 1. Q. Frat. 1. 15. Nam, si quis est eorum, qui tibi biennij spatio numquam in suspicionem auaritiæ venerit, nihil est, quòd non iis, & committi, & credi rectissimè putem. Sed si quis est, in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris: huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuæ commiseris.

V Credere, in creditum ire, ita differunt in Iure, vt hoc sit idem atque, mutuum dare, & iis propriè tribuatur tantùm, quibus mutuum, hoc est, rebus, quæ pondere, numero, mensura dantur, & redduntur, seu, vt loquuntur Iurisconsulti, quæ functionem in suo genere recipiunt. *Qu'il n'est necessaire de presanter an l'indiuidu: mais suffit au geanre, an l'espece.* Illud verò, præter res mutui proprias, dicatur etiam de pignore, deposito, commodato, & si quid est huiusmodi, quod functionem in suo genere non recipiat: *Qui ne peut etre represanté an l'espece, ains seulemant an l'indiuidu, comme le gage, le depost.* Sic Paulus l. 2. D. de reb. cred.

VI Creditum, *Les detes actifs des creanciers, ce qu'il ont fié à la foi des debiteurs.* Laborat creditum: *Le paiemās se font malaisémant Les crediteurs ont grā de difficulte de retirer leurs deniers, leurs detes.* Liuius 6.68. Æs alienum ab iis eleuabatur, quibus fide magis, quàm fortuna debentium, laborare creditū videri expediebat. *Les Tribuns du peuple exaggeroient les sommes, dont la populace estoit angagee vers les riches bourgeois: les riches rauâloient les dete du menu peuple, d'autant qu'il leur importoit fort qu'on creut, que la difficulté des paiemans etoit fondée, non en la disete des moiens, mais an la mauuaise foi, & volonté des debiteurs.* Creditum solui posse incolumi: *Que les detes de la populace pouuoient aisémant etre paiées des deniers du public, occupez par les riches bourgeois, & par ce moien lui etre maintenu son credit anuers ses creanciers, pour l'aduenir.*

CVPIO alicuius causa, Cupio alicui, est idem, atque, probè sum affectus in eum, benè ipsi cupio siue diligo. *Tullius* 15. Att. 3. Dolabellæ causa, & cupio, & debeo. *Ie veux beaucoup de bien à Dolabelle, comme ie suis obligé de faire.* Idem 2. Fam. 15 Faueo Curioni, Cæsari honestissimè cupio, pro Pompeio emori possum. Idem 15. Ep. 4. Tibi, cu maximè cupio, satisfaciam. V. VOLO, Velle alicui, alicuius causa: hoc enim idem valet, quod illud.

CVRO. Procurationem, seu administrationem publicæ rei, sacræ, ac profanæ, antiqui frequente hoc verbo designarunt. Tullius pro Balbo. Sacra Cereris summa religione confici, cerimoniáque maiores nostri voluerunt, quæ per Græcas sun semper curata Sacerdotes, *Les sacrifices de Cere ont tousiours esté administrez par des Pretresse Grecques.* Tullius 3. de leg. Sunto ædiles, curatore vrbis, annonæ, ac ludorum.

II Curar

ii Curare alicui aliquid, *lui faire tenir là, où il est.* Tullius 1. Att. 2. Signa, quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. Idem 1. Att. 6. Cincio sestertiûm vicena millia quadraginta, pro signis Megaricis curaui. *I'ai fait tenir à Cincius vint mille & quatre çans sesterces, pour les images de relief, anvoiez de Megare.*

iii Curare quempiã, alicuius morbum, & rei medicinam facere, pro eodem ponuntur. Tullius pro R. Intelligo me errare, qui cùm capiti mederi debeam, reduuiam curem. *Au lieu de panser les navreures de la tete, ie m'amuse à panser les dechaussures des ongles, les ongles des doits.* Tullius in Pisonem. Cùm diceres, te vinolentis quibusdam medicaminibus solere curari. *Qu'on te pansoit auec des medicamans detrampez au vin.*

iv Corpus, se curare, *Traiter son cors, par le manger, & boire, reposer, dormir*, &c. Tullius 3. de orat. Sed iam surgamus, nósque curemus. Idem 9. Phil. Multis in vrbibus reficiendi se, & curandi potestas fuit. Liuius 9. Curati cibo, corpora quieti dant. Iussi milites curare corpora, sæpiùs apud Liuium.

D

DEBEO. Et ad grati animi significationem vrbanè, & ad rationem loquendi eleganter, quod ab amicis petitur, quamdiu non damus, id à nobis deberi dicimus: cùm verò dandum esse omninò indicamus, tum illud deberi non posse asserimus. Top. 4. Non potui tibi sæpiùs hoc roganti, tamen verenti, ne mihi grauis esses, diutiùs debere, ne ipsi iuris interpreti fieri videretur iniuria. 7. Fam. 19. Quod tibi præsenti propè subnegaram, non tribueram certè, id absenti debere non potui. 4. At. 2.

la rate d'vn veau, tout autant que le vandeur la vous fera du premier mot, sans vous informer de la valeur. Vide Indico,are. Indicatio.

¶ III Contari,est idem,quod percontari, sciscitari de re qualibet. Publius Terentius, cùm ex Quincto filio de me contaretur,eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum. *Tullius,* vndecimo ad Att. ep. decima. *Publius Terentius me racontoit, que lors,qu'il anquetoit, qu'il interrogeoit de moi Quinctius, le fils de mon frere, il lui asseuroit d'etre mon grand annemi. Vide,*Percontor,ari.

¶ IV CONTATIO, percontatio de venalis rei pretio, *demande du pris d'vne chose à vandre.* Emi iubent Magi lienem vituli, nulla pretij contatione. Plinius, loco suprà citato. *Qu'on achete la rate d'vn veau,au mot du vandeur,sans s'informer de ce qu'elle vaut.*

CONTRIBVO, & in re pecuniaria, & extra eam, eleganter sumitur,non tantùm,pro, attribuo,assigno,adscribo,sed etiam, pro,reipsa do, trado. 14.Phil.39.Monumentum quàm amplissimum locandum,faciendum curent, Quæstorésque vrbanos ad eam rem pecuniam dare,contribuere,soluere iubeant.*Que pour la fabrique de ce monumant,soit anioint aux Tresoriers, de paier & deliurer l'argeãt, qui sera necessaire.* Pro Milone 83. Quæ mihi contribuenda laus esset ipsi, cùm tantùm in consulatu meo pro vobis ausus essem?*Quel los me deuroit etre randu?de quelle loüange me deuriez-vous paier?*

II Contribuere alicui rei, & in aliquam rem ea dicimus,quæ alicuius ditioni, potestatíve adscribimus,vel eiusdem,aut iuris,aut generis, aut rationis esse iubemus,seu censemus,cuius illud est,cui contribuimus, quod maximè vsurpatur in locorum, seu geographica, seu quauis alia partitione, & descri

descriptione. Liuius libro 26. Leuinus Oeniada, Naxumque Acarnanum, captas Ætolis contribuit. *Il donna aux Ætoliens deux villes, Naxus & Oenias, prinses sur les Acarnaniens.* Idem lib. 31. Delubra, quæ quondam pagatim habitantes, in paruis illius castellis vicísque consecrata, ne in vnam quidem vrbem contributi, maiores sui deserta reliquerint. *Leurs predecesseurs etans auparauant espars & esgarez an la campagne par des villages & chateaux, & depuis assamblez, & reduits an cors d'vne iuste ville. Ne viuans plus à guise de pepulace champetre, mais à la forme d'vne ville policée.* Idem libro 36. Elei per se ipsi, quàm per Romanos, maluerunt Achaïco contribui consilio. *Les Eliens aimerent mieux, de leur gré, se ranger, s'vnir, & ioindre à la communauté des Atheniens, antrer an societé, communauté, prandre parti auec eux.* Idem libro 38. M. Fuluius consultabat cum Epirotarum principibus, vnde bellũ inciperet. Epirotis Ambraciã placebat aggredi, quæ tum cõtribuerat se Ætolis. *Laquelle s'etoit tout fraichemant dõnée aux Ætoliens, peur etre sous leur protection.* Columell. 2. c. 9. Inter frumenta panicum & milium ponenda sunt, quamuis iam l guminibus ea contribuerint. Plinius lib. 3. cap. 3. Reliqua in ora flumen Tader. In eam oram contribuuntur Icoscitani. Idem lib. 5. c. 18. Intercursant, cingúntque has vrbes tetrarchiæ regionum instar singulæ, & in regna contribuuntur. *Sont erigées an Roiaumes, tiennent nom, condition, rang de Roiaumes.*

CONVENIO. Conuenire quid alicui, & ad aliquem, idem est, atque illi, & in illum quadrare, illi congruere, in eum aptè cadere. Topic. 49. Intelligatur, argumento quærendo, contrariis omnibus contraria non conuenire. 2. de Orat. 246. Id dixit

dixit, quod conueniret in omnes luscos. 3. Verr. 128. Quæ vitia videntur in quemuis potiùs, quàm in istum conuenire? 3. De finib. 46. Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire. 2. Inuent. 16. Non omnes loci in omnem causam conueniunt. pro Sylla 23. Hæc contumelia ad maximam partem ciuium conuenit.

II Conuenit aliquid, hoc est, de eo est eadem, est consentiens aliquorum sententia, de eo consentitur. 1. ad Herenn. 24. Cùm factum conuenit, sed iure, an iniuria factum sit, quæritur. 1. Heren. 4. Diuisio est, per quam aperimus, quid conueniat, & quid in controuersia sit. 9. Attic. 4. Rem conuenturam puto. 1. Natur. 90. Virtutem sine ratione constare non posse, conueniat id quoque, necesse est.

III Conuenit quid alicui, cum aliquo, aliquid inter aliquos, idem quoque, atque illud proximè positum significat. Frag. de fin. Mihi hoc cum tuo fratre conuenit. Brut. 209. Difficile est in longa oratione, non aliquãdo aliquid ita dicere, vt sibi ipsum non conueniat. Pro Cluen. 120. Nemo, ne pecuniaria quidem de re minima, erat iudex, nisi qui inter omnes aduersarios conuenisset. 2. Inuen. 68. Pactum est, quod inter aliquos conuenit. 1. ad Herennium 17. Interfectam esse ab Oreste matrem, conuenit mihi cum aduersariis.

IV Conuenit aliquid, hoc est, ipsi sibi consentiens, consentaneum, conueniens, non repugnans, non alienum est à sese. Pro Milone 55. Quid vesperi? quid necesse tardè? quî conuenit, præsertim id temporis? *Comme s'accorde, comme peut subsister cela, que Clodius soit sorti sur le tard, an tel equipage, & que ce n'ait eté à dessein d'espier, de dresser ambuscade à Milo?* Pro Rabirio Post. 31.

Quî

Quî tandem conuenit, aut eam graui onere tributorum, ad tantam pecuniam cogendam, mille talentûm accessionem esse factam; aut in tanta mercede hominis auarissimi, mille talentûm decessionem esse concessam? *Commant peut-on dire, sans manifeste repugnance, sans contradiction, que, outre vne leuée tant insupportable du principal de dix mille talans, on ait ancore leué mille talans, pour les frais de la recete: ou que Gabinius tant auare, de dix mille, an ait quité mille à Rabirius pour sa peine?* 2. De fin. 33. Quî igitur conuenit, ab alia voluptate dicere naturam proficisci, in alia summum bonum ponere? *Commant peut on dire cela, sans se contredire? Quelle conuenance i a-il antre ces deux extremes?*

v Conuenire, conueniri quempiam, id est, adire, adiri, notum, & vsu contritum satis, ex quo ductum est, quod sequitur.

vi Conuenire aliquem, vt debitorem, sponsorem, &c. Forensis formula, pro eo, quod est, Appellare, hoc est, interpellare crebriùs debitorem, quod debet, reposcere. *Interpeller, solliciter son debiteur, de paier ce qu'il doit.* Caius l. 41. D. de hære. pet. Si quo tempore conueniebatur hæreditatis possessor, pauciores res possidebat, deinde aliarum quoque rerum possessionem assumsit, eas quoque victus restituere debebit.

vii Conuenire, ex eo, quod valet idem propriè, quod appellare debitorem, factum etiam est, vt sumatur pro eo, quod illi finitimum est, id est, pro vocare in ius. Caius leg. 29. D. de procur. Si actor malit dominum potiùs conuenire, quàm eum, qui in rem suam procurator est. *S'il aime mieux conuenir an iustice le proprietaire, que le procureur.* leg. 55. de donat. inter virum & mulierem. Si vir iudicio dotis conue

conueniatur. *Si le mari est conuenu an iustice par sa famme, en cas de repetition de doüaire.* Conueniri lege Aquilia. *Etre conuenu an cas de dommage, receu auec iniure, suiuant la loi Aquilia.* Conueniri in rem, *an action reele.* Conueniri in vsuras, *An paiemant de dommages & interets.* Conueniri actione condictitia. *Etre conuenu, etre appelé an action personnele, & sommé à bailler, ou faire certaine chose, dans tel tans.*

VIII Conuenire in manum viri, hoc est, in potestatem, atque mancipium viri, cui nubebat, dicta est mulier, quæ coëmtionis, non vsus ritu nubebat, apud Rom. vt diximus in V. Coëmo, Coëmtio, quo ritu, qui matrimonia contraxerant coniuges, bonorum omnium ita coiërant societatem, vt alter alteri suus hæres ea causa factus esset. Top. 14. Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro, si ei viro materfamiliâs esset: si ea in manum viri non conuenerat, nihil debetur. *Si vn legat a eté fait à Fabia, paiable par les mains de son mari, à condition qu'elle sera vn iour famme de ce tel mari, conioint à icelui, selon la ceremonie & formule de la Coëmtion, an cas qu'elle ne soit reduite sous le pouuoir dudit mari, à faute d'auoir contracté mariage suiuant ladite formule, le legat ne lui sera pas deu.* Pro Flacco 84. Vxor Andronis Sextilij in manum, inquit, conuenerat. Quæro, an vsu, an coëmtione? Vsu non potuit: nihil enim de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate potest deminui. Coëmtione? omnibus ergo tutoribus auctoribus. *Elle ne peut auoir eté reduite sous le pouuoir de son mari, si le mariage s'est passé an cette maniere, & ceremonie de contracter, appellée, Vsus: car lors la famme mariée demeure toujours an la puissance de ses tuteurs, & par consequant, si elle meurt*

meurt ab inteſtat, ſon mari n'an herite pas, mais le plus proche des parans d'icelle.

IX Conuentum, conuentus, idem atque pactum, promiſſum, conſtitutum. Ex conuento, ex conuentu agere, facere quidpiam; *Par accord d'vne part & d'autre, par conuantion. An ſuite de conuantion faite.* Ex conuento, & conuentu teneri, obligari, aſtringi.

X Conuentus agere, habere, dicti ſunt Magiſtratus Romani in Italiæ præfecturis, & in prouinciis ſuis, cùm ſuæ iuriſdictionis hominum coacto, certum in locum, concilio, de ipſorum controuerſiis ius dicebant. *Quand ils tenoient les aſſiſes, les aſſamblées generales des geans de leur reſſort, pour expedier les plaids, pour decider les procez meus antre iceux.*

XI Conuentus edicere, indicere aliquò. *Ordonner la tenuë de telles aſſamblées, publier les aſſiſes, aſſignant le lieu, & tans d'icelles.*

XII Conuentus nomine præterea deſignabatur ipſum corpus ciuium Romanorum, extra Latium, quibuſcumque in oppidis negotiandi cauſa, aliámve ob rem degentium, qua appellatione ſecernebantur ab oppidanis. Sic Tullius in Verrinis ſæpè, & alibi, ſic Cæſar, & Liuius vſurpant. Pro Sext. 9. Et tum conuentus ille Capuæ, qui, propter ſalutem illius vrbis, conſulatu conſeruatam meo, me vnum patronum adoptauit, huic apud me Seſtio maximas gratias egit. *Tout le cors des citoiens Romains, qui reſidoient à Capouë.* Cæſ. l. 2. bell. ciuil. Ipſe Cordubæ conuentus per ſe portas Varroni clauſit, cuſtodias, vigiliáſque in muro, turribúſque diſpoſuit. *Les Romains, qui demeuroient à Cordouë, an faueur de Ceſar, fermerent les portes à Varron, Gouuerneur de la Prouince.* Ibid. Legionis, quæ Vernacula appellabatur, factum

adeò

adeò eius conuentus ciues Romani comprobauerunt, vt domum ad se quisque cupidissimè reciperet. libro 8. belli ciuilis. Milo patefactis consiliis, exclusus Capua, periculum veritus, quòd conuentus arma ceperat, atque eum hostis loco habendum existimabat, consilio destitit. Sic possis, in re non absimili, dicere: Lugduni multiplex conuentus Italorum, Hispanorum, Germanorum. Item ex Italis conuentus Lucensium, Mediolanensium, Florentinorum. *Les nations, qui resident à Lyon. La nation Luquoise, Milanoise, Florentine, &c.* Item corpus Lucensium, Mediolanensium, &c. Corpus Italorum, Hispanorum: pro eodem enim vsurpant Liuius, & alij.

CREDO. Hoc verbo, sicut, Opinor, & aliis non paucis, vtuntur Latini ad explendam, ornatus causa, sententiam, cum quadam ironiæ tacita significatione. Pro Ligar. 28. Cùm ista res nihil eius animum commouisset, ad quam veneratis, languidiore, credo, studio in causa fuistis. Tantummodò in præsidiis eratis: animi verò à causa abhorrebant. *Vous-vous etes montrez (s'il faut ainsi croire) moins affectionnez au parti, que vous suiuiez. Rien moins que cela.* Pro Milon. 89. Senatus, credo, eum Prætorem circumscripsisset. *Le Senat, peut-etre, eut degradé Clodius, etant lors Preteur, de l'Ordre des Senateurs. Les Senateurs l'eussent chassé, reieté, mis hors du cors du Senat: tant s'an fault, ils s'an fussent bien gardez.*

II Mihi crede, mihi credite, asseuerantis sunt elegantes formulæ. 9. Att. 4. Non sum, mihi crede, mentis compos. 12. Fam. 1. Finem nullum facio, mihi crede, Cassi, de te cogitandi.

III Sicut credere alicui, est suam fidem fidei ipsius committere: ita etiam est, præter fidem suam, sed cum

cum fide sua, res suas in mutuo permittere, cam fidem ipsi habere, vt libenter ei concredatur, quod petit mutuum. Pro Rab. Post. 4. Credidit populis, in pluribus prouinciis eius versata res est. *Il a preté aux communautez. Ses moiens ont ete' expofez au trafic an diuerses prouinces.* Ibid. Huic ipsi Regi Alexandrino grandē iam anteà pecuniam credidit. De Har. 19. Si habeat, vnde tibi reddat, quod ei per syngraphā credidisti. *Ce que tu lui as preté, an vertu de sa cedule, an suite de la promesse, qu'il t'an a faite.*

IV Credi non modò pecuniæ dicuntur, sed ea etiā omnia, quæ fidei alicuius committuntur, commendantūr, vt ea tueatur. Pro Pomp. 67. Nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, qui intra tot annos inuentus est vnus, quem socij in vrbes suas venisse gaudeant. 1. Q. Frat. 1. 15. Nam, si quis est eorum, qui tibi biennij spatio numquam in suspicionem auaritiæ venerit, nihil est, quòd non iis, & committi, & credi rectissimè putem. Sed si quis est, in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris: huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuæ commiseris.

V Credere, in creditum ire, ita differunt in Iure, vt hoc sit idem atque, mutuum dare, & iis propriè tribuatur tantùm, quibus mutuum, hoc est, rebus, quæ pondere, numero, mensura dantur, & redduntur, seu, vt loquuntur Iurisconsulti, quæ functionem in suo genere recipiunt. *Qu'il n'est necessaire de presanter an l'indiuidu : mais suffit au geanre, an l'espece.* Illud verò, præter res mutui proprias, dicatur etiam de pignore, deposito, commodato, & si quid est huiusmodi, quod functionem in suo genere non recipiat : *Qui ne peut etre represanté an l'espece, ains seulemant an l'indiuidu, comme le gage, le depost.* Sic Paulus l. 2. D. de reb. cred.

II Curare alicui aliquid, *lui faire tenir là, où il est.* Tullius 1. Att. 2. Signa, quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. Idem 1. Att. 6. Cincio sestertiûm vicena millia quadraginta, pro signis Megaricis curaui. *I'ai fait tenir à Cincius vint mille & quatre çans sesterces, pour les images de relief, antiquez de Megare.*

III Curare quempiã, alicuius morbum, & rei medicinam facere, pro eodem ponuntur. Tullius pro S. R. Intelligo me errare, qui cùm capiti mederi debeam, reduuiam curem. *Au lieu de panser les nafreures de la tete, ie m'amuse à panser les dechausfures des ongles, les ongles des doits.* Tullius in Pisonem. Cùm diceres, te vinolentis quibusdam medicaminibus solere curari. *Qu'on te pansoit auec des medicamans detrampez au vin.*

IV Corpus, se curare, *Traiter son cors, par le manger, & boire, reposer, dormir,* &c. Tullius 3. de orat. Sed iam surgamus, nósque curemus. Idem 9. Phil. *Multis* in vrbibus reficiendi se, & curandi potestas fuit. Liuius 9. Curati cibo, corpora quieti dant. Iussi milites curare corpora, sæpiùs apud Liuium.

D

DEBEO. Et ad grati animi significationem vrbanè, & ad rationem loquendi eleganter, quod ab amicis petitur, quamdiu non damus, id à nobis deberi dicimus: cùm verò dandum esse omninò indicamus, tum illud deberi non posse asserimus. Top. 4. Non potui tibi sæpiùs hoc roganti, tamen verenti, ne mihi grauis esses, diutiùs debere, ne ipsi iuris interpreti fieri videretur iniuria. 7. Fam. 19. Quod tibi præsenti propè subnegaram, non tribueram certè, id absenti debere non potui. 4. At. 2.

Si vmquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si numquam aliàs fuimus, tum profectò doloris magnitudo vim quamdam nobis dicendi dedit. Itaque oratio iuuentuti nostræ deberi non potest. 3. de Orat. 18. Tum Crassus: An me tam impudentem esse existimatis, vt vobis, hoc præsertim munus, putem diutiùs posse deberi?

11 Debere velle alicui. Liberalitas animi, & magnitudo quædam est, ad amicorum studia magis demerenda non inutilis, cùm maioribus beneficiis nos onerari nō recusamus. Quod qui recusat, quia referri à se gratiam posse diffidit, dum oblatam gratiam admittere cunctatur, minùs æquum se præbet amicitiæ æstimatorem. 2. Fam. 6. Graue est homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo, de quo se benè meritum putet, ne id, quod petat, exigere magis, quàm rogare, & in mercedis potiùs, quàm beneficij loco numerare videatur. Sed, quia est animi ingenui, cui multùm debeas, eidem plurimùm velle debere, non dubitaui id à te petere, quod mihi omnium esset maximum. *C'est le propre d'vn noble cœur, de vouloir ancores d'avantage s'obliger à celui, vers lequel il est desia grandemant angagé: car ce faisant il montre, que comme il prant libremant, aussi veut-il liberalemant, & randre, & donner.*

111 Debere alicui, debere alicuius causa, est, ex aliquo nomine alicui obstrictū esse: debere, & cupere alicui, aut alicuius causa, est, ei deuinctum esse, & quo nomine deuinctus sis, ei benè cupere, beneuolum esse. 4. Fam. 7. Reliquum est, vt ad omnia, quæ tui velint, ita adsim præstò, vt me non solùm omnia debere, tua causa, quæ possum, sed ea quoque, quæ non possum, putent. Pro Planc. 78. Sum, non dicam miser, sed certè exercitus, non quia

multis

multis debeo (leue enim onus beneficij gratia) sed quia sępè concurrit, propter aliquorum de me meritorum inter ipsos contentiones, vt eodem tempore in omnes vetear, ne vix possim gratus videri. Ib. 76. Examinabo, nō solùm quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusque intersit. 3. Fam. 7. Si id agis, vt minùs in ea causa, dum ego absim, debere videaris, quàm ego tua laborarim, libero te ista cura. *Si tu taches de faire paroitre, que tu m'es moins obligé: que tu merites ce, que i'ai fait pour toi.* 13. Fam. 75. Obsequor homini familiarissimo, C. Auiano Flacco, cuius causa omnia tum cupio, tum mehercule etiam debeo. *A qui ie porte vne singuliere affection, comme aussi ie suis tenu de faire, pour lui auoir fort grande obligation.* 1. Fam. 1. Nos in causa auctoritatem eò minorem habemus, quòd tibi debemus. *La poursuite, que ie fai an ton nom, a d'autant moins d'efficace, que plus ie te suis obligé; car lon croit, que ie m'i amploie plus, pour te gratifier, & me desangager anuers toi, que pour opinion que i'aie de ton bon droit.*

DECEDO, & sine adiuncto, & cum adiuncto ad loci positum frequenter adhibetur, ad decessum magistratus ex prouincia, expleto munere, declarandum, sicut, Accedere, ad eiusdem prouinciale munus ineuntis ingressum exprimendum. 5. Att. 17. Bibulus ne cogitabat quidem, etiam nunc, in prouinciam suam accedere. Id autem facere ob eam causam dicebant, quòd tardiùs vellet decedere. *A dessein il differoit d'antrer an son gouuernemant, pour an sortir aussi plus tard.* 2. Fam. 9. Sunt, qui putent, posse te non decedere; quòd sine lege curiata tibi succedatur. *Que tu peux retenir ton gouuernemant, le tans méme d'icelui étant expiré, d'autant que ton successeur n'est pas legitime, a eté*

 éleu

eleu contre les loix, & coutumes. Ibid. Sunt etiam, qui, si discedas, putent à te relinqui posse, qui prouinciæ præsit. *Que tu peux memes deputer vn lieutenant, qui tienne le gouuernemant de toi, au cas que tu sortes de la Prouince.* 2. Fam. 15. Ego de prouincia decedens, quæstorem Cœlium præposui prouinciæ. Ibid. Dicerent iniqui, non me planè post annum ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Decessorem successoris vocarunt antiqui eum, qui decederet: & contrà, Successorem decessoris eum, qui decedente altero accederet, succederet, & quidem tam in aliis, quàm in hoc prouinciali negotio. l. 4. de Offic. Proconsf. Rectè & ex ordine faciet Proconsul, si edictum Decessori suo miserit, significarítque, quo die fines sit ingressurus. Tacitus in Agricola, initio. Agricolam vicesimæ legioni præposuit, vbi decessor seditiosè agere narrabatur. Ita successor simul & vltor electus, rarissima moderatione maluit videri inuenisse bonos, quàm fecisse.

II Traducitur ad ea, quæ affinia sunt migrationi ex loco, in quibus inest aliquid corporei, & non corporei simul, aut alterum è duobus, vt sunt discessio à possessione, iure, magistratu, &c. 2. Agr. 67. Ne ij quidem, qui publicos agros possident, decedent de possessione. 4. Verr. 43. Prætor vi cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere. 16. Att. 2. Quantum de iure nostro decesserimus. Huius generis sunt, decedere de sententia, de consilio, de decreto, de opinione, de instituto.

III Sicut Accedo, de eo, quod accrescit alicui, ita Decedo, de eo, quod decrescit, eleganter dicitur. Pro Cl. 167. An, vt de causa eius periculi nihil decederet,

cederet, ad causam nouum crimen accederet. leg. 30. D. de legat. & fideic. Namque eo modo conclaue alteris ædibus accedet, alteris decedet. Liuius lib. 34. Quantumcumque virium Antiocho decessisset, suo id accessurum regno dicebat. Terent. Adelph. 5. 3. De summa nihil decedet, quod huic accesserit, id de lucro putato esse.

¶ IV Elegans & istud est: *Decedere* alicui, hoc est, honoris causa, ei cedere, concedere, potiores partes, honoratiorem locum, ei deferre: *Lui ceder, lui deferer, ou an tout, ou an quelque chose.* Nec quisquam tam audax nunc fuat, qui ob viam obsistat mihi. Nam mihi quidem Hercle, quî minùs liceat Deo, minitarier populo, ni *decedat* mihi, quàm seruolo, in comœdiis? *Que homme viuant ne soit si hardi, que de se rancontrer au chemin deuant moi, & m'ampecher le passage. Car pourquoi me sera-il moins loisible, etant Dieu, tel que ie suis, de menacer le peuple, s'il ne me cede le haut bout, au rancontre du chemin, qu'à vn petit valet, de comedies, qui se donne l'autorité de faire reculer la populace, importunant les acteurs de theatre?* Plautus *Amphitruone*, actu tertio, scena quarta. Hæc ipsa sunt honorabilia, quæ videntur leuia: *Decedi*, assurgi, deduci, reduci, consuli. *Tullius*, Catone Maiore, sect. sexages. secunda. *Les traits de respet, randu à la vieillesse, sont honnerables, quoi qu'ils samblent de peu d'importance: Qu'on leur cede & defere, qu'on se leue deuant eux, quand ils passent, qu'on les conduise & accompagne, allans & retournans, qu'on les consulte, qu'on leur demande aduis és difficultés occurrantes.*

¶ V Decedere alicui de via, de semita, de honore, ac cæteris rebus, pleniore oratione, quàm sit superior, eodem sensu dicitur. Huic tristi, ac

ac dierecto ſeni, reſponderet Cœlius, ſe nulla cupiditate inductum, de via deceſſiſſe. *Tullius*, pro Cœlio, ſect. ſexageſ. octaua. *Cœlius repondroit à ce chagrin & miſerable vieillard, que ſans etre porté d'aucune affection de conuoiter ſes bonnes graces, il lui auroit cedé le haut bout, au paſſage.* Concedite, atque abſcedite, omnes de via decedite, nec quiſquam tam audax nunc fuat, qui ob viam obſiſtat mihi: *Plautus*, Amphitruone, actu tertio, ſcena quarta. Decedam ego illi, ego de via, de ſemita, de honore populi: verùm, quoad ventrem attinet, non hoc vngue. *Plautus*, Trinumm. *Quant à ce, qui eſt du droit de la table, & mangeaille, ie ne lui cederai pas, le trauers de mon ongle.*

¶ VI Decedere, quoque malam in partem, eis dicimur, quos abominamur, deteſtamur, cùm eorum occurſum in via declinamus. Si quis priuatus, aut populus Druidum decreto non ſtetit, ij ſacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos eſt grauiſſima. Quibus ita interdictum eſt, iis omnes decedunt. *Cæſar*, ſexto belli Gallici. *Chacun ſe detourne d'eux, quand on les rancontre au chemin, comme de perſonnes abominables.*

¶ VII Decedere, nullo adhibito adiuncto, eleganter vſurpatur pro, Decedere è vita, excedere ex viuis. Cùm paterfamiliâs deceſſit, eius propinqui conueniunt, & de morte quæſtionem habent. *Cæſar*, ſexto Gallici belli. *Quand vn pere de famille Gaullois eſt mort, les proches parans s'aſſamblent, & font information ſur la qualité de la mort du decedé.* Pater nobis deceſſit, ad octauum calendas Decembreis. *Tullius*, primo ad Attic. ep. quinta.

¶ DECESSVS

¶ DECESSVS, deceſſio è vita, mors, obitus. Me ipſe conſolor, & maximè illo ſolatio, quòd eo errore careo, quo amicorum deceſſu plerique angi ſolent. *Tullius*, Lælio, ſect. decima. *Ie me conſole, an ce que ie ſuis exant de l'erreur de ceux, qui s'affligent de la mort, du decés de leurs amis.*

DECERNO, nere. Quæ de conſilij ſententia, vel à Senatu, vel à Principe, & aliis huiuſmodi, apud Romanos, ſtatuebantur, ea Decernendi verbo frequenter ſunt explicata, & quidem, nunc expreſſa, nunc ſuppreſſa conſilij mentione. 16. Att. 18. Conſules de conſilij ſententia decreuerunt ſecundùm Buthrotios. 6. Att. 21. Res iſta eſt firma, quam conſules de conſilij ſententia decreuerunt. 4. de fin. 22. Cùm Senatus triumphum Africano decerneret. 4. Att. 2. Nunciat iam populo, Pontifices ſecundùm ſe decreuiſſe.

II Traducitur ad ea omnia negotia, quæ non conſultatione, ſed armis, aut quauis alia ratione deciduntur. 7. Att. 3. Hîc omnia facere omnes conuenit, ne armis decernatur, *Que le differant d'antre les citoiens ne ſe vuide, ne ſe decide pas par voie d'armes.* 8. Att. 5. Pendeo animi exſpectatione Corfinienſi, in qua de ſalute Reip. decernitur. *Il s'agit de tout l'etat, an ce qui reüſſira du ſiege de Corfinie, de Pentinia, aſſiegée par Ceſar. An ce ſiege conſiſte le hazard de la perte, ou conſeruation de l'etat Romain.* 10. Att. 10. Vtinam de meo ſolùm capite decernerem. *Que ie puiſſe combatre, antrer an partie, auec le hazard ſeulemant de ma vie, & non des miens.* 2. de Orat. 317. In ipſo illo gladiatorio certamine, quo ferro decernitur, ante congreſſum multa fiunt, quæ non ad vulnus, ſed ad ſpeciem valere videantur. *An l'eſcrime à outrance, où lon decide, lon determine de ſa vie par le fer.* Liuius lib.

lib. 40. Decernite criminibus, mox fe
ri. *Decharge la haine mutuele d'antr*
à force d'accusations l'vn contre l'autre
etre l'vn vangé, l'autre puni par le g
lib. 18. Missis leuibus telis, quæ
gis, quàm decernere pugnam po
aisémant ataquer, alumer vn com
vnider. Sic sæpè Cæsar, & alij, pro
ferro, bello, decernere, de summ
perio. *Exposer au hazard, à la risqu*
ne d'vn combat, d'vne bataille, tout
& que lon pretand, hazarder son eta
armes.

DECIDO. Is decidit, qui aib
uersiam dirimit, præcisis, tamquam
gotium implicantibus, cùm scilicet
minùs soluatur, quàm petitium fuer
tio expeditior fiat. Pro Q. 17. Pro
rationem non satis erat in tabulis ins
tum deberetur, nisi à Quæstoribus qua
rum solueretur. Decidis tu, statuisc
pulis ad denarium solueretur. *Ti*
tu decides le diferant, an prononç
Quinctius deuoit paier an monnoie de
putation estant faite au denier Roma
ction des monnoies Gaulloises faite à l
maine.

11 Is etiam, cuius res est, decidere
transigit cum aduersario, datis & acc
dam conditionibus, vt faciliùs inter e
Pro Quinct. 17. Per te, C. Aquili, de
ctius, quòd liberis Scapulæ dissoluere
tremise, toi etant mediateur, il transig
il demeure d'accord de ce, qu'il deuroit
tiers de son creancier. 5. Verr. 56. Pole

pugnis & calcibus concisus esset, qui D C C. medimnis decidere noluisset, mille promisit. *N'an aiant voulu accorder sept çans, fut contraint d'an prometre mille.* Pro Quinct.Rosc.34. Tuam partem dimidiam, quemadmodum vis, decide. Decisæ res, *Afaires decidées, appointées, resoluës, liquidées.* DECISIONEM facere, Decidere, pactionem facere. Pro Qu.Rosc.48. Petam à C.Cluuio, homine ornatissimo, vt mea causa mentiatur, dicat, decisionem factam esse, quæ facta non est.

DECOQVO. Translatione sumta ex carbunculo & pruina, sic fruges decoquentibus, & exurentibus, vt residui nihil planè fiat. Decoquere, valet idem atque, rem suam malis rationibus pessumdare, penitùs conficere, ac consumere, dilapidare. *Depandre, dissiper prodigalemant toute sa cheuance.* Tullius 2.Ant. 44. Tenésne memoria, prætextatum te decoxisse? *Et ne te souuiens-tu pas, que portant ancores la robe de puerilité, auant l'âge de dixset ans, tu auois desia tout fricassé; tu auois plus depandu an debauches, que tu ne pouuois pretandre de la succession de ton pere?* Tullius ibidem. Illud audaciæ tuæ, quòd sedisti in quatuordecim, cùm esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamuis quis fortunæ vitio, non suo, decoxisset. *Tu n'as pas eu honte de t'assoir aux ieux publics, antre les quatorze sieges d'honneur, parmi les gens de bien, apres auoir prodigue tout le tien, iaçoit que la loi Roscia eut donné place à part aux prodigues, hors des gens d'honneur; voire memes à ceux, qui auoient perdu tous leurs moiens par desastre, sans leur faute.*

11 Decoquere alicui dictus est, qui dolo malo in re credita fidem ei falleret, rem eius aueiteret. *Qui faisoit fallite & banqueroute à autrui.* Plinius lib.

lib. 33. cap. 10. Licinij Crassi postea
minati, dummodò notum sit, eum, q
cepit hoc nomen, decoxisse creditor
Crasses à Rome, à cause de leurs gran
mancerent à porter le surnom de Ric
moins le premier, qui fut ainsi surnomi
route à ses creanciers. Columella lib. 1
sticationis caput est, semel fecisse, e
gerit ratio culturæ: nam, quamuis int
datum sit perperam factum, vel imp
negligentia; res tamen ipsa iam dor
Quoi qu'on ait corrigé quelque faute
tion, ou de nonchalance, au fait d
neantmoins le fonds aura fait fallite, q
à son maitre, du fruit, qu'autremau
porté.

DEDICO, & Consecro, tam
sæpè vsurpantur, hoc tamen differu
temple nihil dedicabatur olim, & q
ta, vel ara, vel signo, nec sine vniuers
collegio, vno ex iis postem tenente
verba pronunciante: Consecrari ve
ara, & signo, & quidem Trib. pl.
concione aduocata, tibicine apposito
hibito in rostris, vt Tullius docet p
multis locis. V. Consecro. Sacro. I
olim sunt, id est, in Diuorum referri
bus ritu diuino, veluti Diis, signa, t
huiusmodi sacris locis inaugurabant
Tum autem res ipsa, in qua vis inest
sic appellatur, vt ea ipsa vis nomin
Fides & Mens, quas in Capitolio d
mus à M. Æmilio Scauro. Quid Opi
quid Concordiæ, Libertatis, Vict
rerum omnium quia vis erat tanta

regi non possit, ipsa res Deorum nomen obtinuit. Ibid.78.Mens,Fides, Virtus, Concordia consecratæ, & publicè dedicatæ sunt. 2. Leg.28. Benè verò, quòd Mens,Pietas,Virtus, Fides consecrantur manu,quarum omnium dedicata publicè templa sunt, vt illa qui habeant (habent autem omnes boni) Deos ipsos in animis suis collocatos putent. DEDICARI, Consecrari,eod.sensu dicas meritò eos, quos Pontifex sollemni cærimonia refert in album Sanctorum: quid autem hæc duo differant, vide in Consecro.

II Dedicari, consecrarive dicimus ea, quæ Dei cultui destinantur,vt aras,templa,&c. 3.de Nat.13. Ædes Castori,& Polluci in foro dedicata.

III Dedicare,valet idem,atque, in censu profiteri quidpiam.*Bailler le denombremant,la declaration de quelque chose,comme sienne,par deuers le çanseur. Inserer au role de ses biens quelque chose, comme etant de la condition,nature , & qualité de droit Romain.* Pro Flac.79.Prædia etiam incensa dedicauisti.Mitto,quòd aliena:mitto,quòd possessa per vim. *Tu as inseré au role de tes possessions, an la declaration que tu an as faite par deuers le çanseur,certains fonds,qui ne sont de la nature des biens, que lon doit declarer, selon le droit Romain.* Incensa prædia,seu,quæ non sunt censui censendo. *Qui ne sont de la qualité de ceux, qui par le droit Romain doiuent etre declarez au çanseur, & par lui anregistrez aux actes.* Sunt enim censui censendo prædia, aut fundi, qui emi vendique possunt iure ciuili, id est, quorum commercium esse queat inter solos ciues Romanos, adeò vt nemo, qui non vtatur iure ciuili, hoc est, Romano,seu,qui non sit ciuis Romanus, eos fundos,aut emere,aut habere possit. V. Censeo, Censui censendo,Subsigno.

DEDO.

DEDO. Quæ certis conditionib
conditionibus, sponte, aut vi tradi
nus hostium, aut certè potentiorum
tegamur, ea dedere dicimur. 5.Att.
bus manè Pindenissitæ se mihi dedi
mo & quinquagesimo die, postquàm
re cœpimus. *Les habitans de Pindeniss*
licie, se sont randus à ma deuotion, le
ptieme iour d's le siege. Liuius lib. 1. D
populúmque Collatinum, vrbem, agro
minos, delubra, vtẽsilia, diuina, humai
in meam, populíque Rom. ditionem?
Ad ea princeps legationis: Quandoqu
nostra tueri, aduersùs vim atque iniur
non vultis, vestra certè defendetis. Ita
Campanum, vrbémque Capuam, a
Deûm, diuina, humanáque omnia in
tres conscripti, populíque Rom. dition
quidquid deinde patiemur, deditit
suri. *Nous-nous donnons à vous, & no*
qui depand de nous, & vous choisissons
gneurs legitimes.

II DEDITIO. Liuius. Tum i
visa, deditos non prodi, nec facturum
lum Samnitium censebat, si agrum, v
deditionem factam populi Rom. oppi
gatos mitti ad Samnites placuit: data
preces Campanorum, deditionem fa
tibus exponerent. *Il fut conclu, que le*
roient contre l'equité, s'ils guerroioient C
le de son plein gré s'etant donnée aux R
etoit aquise an proprieté.

III DEDITITIVS. Deditition
riæ dedendi causæ, & conditiones, i
fuerunt. Liberis, cùm primùm dederen

libertas relicta est: semel deditis, aut sociis, si quando rebellarent, tum vi, aut metu se dederent, pro modo culpæ, suum ius patrium, suáque libertas sæpè diminuta est, vt Latinorūm quibusdam. Liuius l. 8. Nec quieuêre antè, quàm expugnando, aut in deditionem accipiendo, Latium omne subegêre. In Veliternos grauiter sæuitum: & muri deiecti, & Senatus inde abductus. Interdictum mari Antiati populo est, Tiburtes, Prænestiníque agro multati. Cæteris populis connubia, commerciáque, & concilia inter se ademerunt. *Les autres villes furent priueés du droit de mariage, & commerce, que iadis elles auoient auec les Romains: & leur fut interdit de faire aucunes assamblées antre eux.*

IV Dedititij sunt alij non pauci, de quibus in Iure frequens mentio, vt l. 1. de noxal. Act. Actionum noxalium vis & potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipsius corporis, quod deliquit, euitare litis æstimationem *Les actions, an cas de reparation de dommage receu par le seruiteur d'autrui, à l'insceu du maitre, sont de telle nature, que si nous auons eté condamnez à reparer la faute de notre esclaue, il nous est permis d'euiter la taxe du dommage par lui fait, an le liurant & l'abandonnant antre les mains du lezé, de l'andommagé, de l'interessé.* l. 2. eo. Nec plus debet, quàm vt eum dedat, id est, noxæ causam.

DEDVCO. Vtrumque extremum sua sponte complectitur, seu Abduco aliunde, seu, aliquò Induco, tamen alterum è duobus ferè obscurè indicat, alterum apertè designat, hoc est, nunc potiùs locum, ad quem; nunc magis locum, à quo. De vtroque agimus, de illo priùs. Officij & honoris significandi causa ponitur, cùm dicimus, Deducere, deduci

duci quempiam alicunde. 10. Fa. 12
multitudo ciuium me domo deducer
nuò participes omnes meæ volupta
duit par honneur, de ma maison en vill
II In re militari frequens est, cùm
militem educi ex castris, arce, præsi
statiuis, & huiusmodi, atque tum &
& cum adiuncto ponitur. 8. Att. 19.
omnia deducturi sunt. *Les Consuls tir*
garnisons hors des villes & places fort
præsidia ex oppidis, ex præsidiis cohe
III Forensibus seruit formulis in r
tione. Pro Cæcinna 20. Placuit Cæcin
rum sententia diem constituere, qu
præsentem veniretur, vt de fundo C
bus deduceretur. *A ce qu'il fut debou*
sion du fonds contantieux, selon le stil,
coutumes de la Cour. Vide Deiicio, Co
tum manum voco, Vindicatio, Deduc
IV Trãsfertur ad ea, quæ sunt consilij
ti, affectus, cogitationis, & constituti
eiusdem generis. 2. Ver. 25. Vt cuius
fide deducere non potuissent, ne eiu
de honore deiiceret. *Ne m'auoient*
faire demordre de la resolution de fide
chir an ma foi. Deducere à praua mer
animi, &c. Deducere à religione, inte
tia, errore, metu.
V Detractionem ex eo, vnde fit ded
aliis rebus, quàm in pecuniariis ra
gnat. 1. Off. 59. Consuetudo exercitat
da, vt boni ratiocinatores officior
mus, & addendo deducendóque vide
summa fiat. *Pratiquant l'addition*
conferant le mis, le liuré auec le receu

l'qua, ieter la somme du residu. 2. Leg. 50. Addunt hoc Scæuolæ, quod est partitionis caput. Si in testamento, vt centum deducantur, scriptum non sit. Ibid. 53. Partitionis caput scriptum cautè, vt centum nũmi deducerentur. *A ce que le legataire n'encoure les charges des sacrifices annexez à l'hoirie, si son legat monte autant que le reste de l'hoirie, qu'il distraie çant sesterces de son legat, qu'il prenne çant sesterces moins.* Terent. Eun. 2. 3. Si qua habitior paullò, pugilem esse aiunt, deducũt cibum. *Si quelcune est tant soit peu an bon point, lon lui reproche, qu'elle est vn Pugil, vn Athlete, nourri à dessein pour la montre, & parade du combat, & pource lon lui soustrait, lon lui leue le manger.* Cato c. 144. Si quid, redemtoris opera, domino damni datum erit, resolutio, id boni viri arbitratu deducitor.

VI Deducere aliquò quempiam, variis adhibetur negotiis, selecta tantùm ponemus. Deducere Coloniam, dictus est Romæ Duumuir, aut Triumuir, aut quiuis alius publicè designatus, ciuibus Romanis educendis, ad oppidum incolendum, & familiam ibi constituendam. Brut. 79. Quinctium Nobiliorem, qui Qu. Ennium ciuitate donauit, cùm Triumuir Coloniam deduxisset. pro Syll. 61. Qui coloniam deducebat, patronus erat colonorum. *Celui, qui auoit charge de conduire, de transmarcher la colonie, la peuplade, au lieu assigné, dés lors etoit le protecteur de toute la colonie.* 2. Phil. 102. Deduxisti coloniam Casilinum, quam Cæsar antè deduxerat. Ibid. Consuluisti, possésne, vbi Colonia esset, eò Coloniam nouam deducere. Negauit in eam Coloniam, quæ esset auspicatò deducta, dum esset incolumis, Coloniam nouam iure deduci. Coloniam Casilinum deduxisti, quò erat, paucis annis antè, ducta, vt vexillum tolleres, vt aratrum circumduceres,

duceres, cuius quidem vomere por
nè perstrinxisti, vt florentis Colo
minueretur. *L'ambition t'a poussé à*
ctcur d vne nouuelle colonie, pour a
metre le drapeau au vant an cete c
rer vne raie auec la charruë, qui ser
limite, au terroir, que tu assigneras à
despans des Capoüans, sur les possessio
anjambé.

VII In prensatione, & petitione h
didatorum studio, frequens & pr
ximè Deducendi verbum, & Dedu
tit. consf. 27. Huius rei tres partes
torum: altera Deductorum: terti
Ibid. 28. Deductorum officium,
quàm salutatorum, hoc gratius ti
to, atque ostendito: & quoad ei
certis temporibus descendito. Mag
nionem, magnam dignitatem, qu
ducendo frequentia. *Que souuant*
heures tu sortes an public, tu paroi
voir an place: car etre iournelem
vne grande suite de personnes, ca
grande reputation, credit, & honne
accompagné par honneur de plusi
son an ville, & de la ville an sa mais
met vn homme an grande estime & c
peuple.

VIII Deducere, deduci ad agnatos
uerbij instar obtinuit aduersùs des
nō idoneos, qui suæ sint tutelæ, sign
torum tutelis committendos, iuxta
bul. quæ furiosi, & prodigi tutelam
imponit. Varro lib. 1. Rust. cap. 2. D
dentur Italici homines colendo, p

pro impensa redire,& vtrùm saluber locus esset,an non. Quorum si alterutrum deest, & nihilominùs quis vult colere,mente est captus, atque ad agnatos & gentiles est deducendus.

IX Deducere,deduci sponsam,discipulum, frequẽter dicunt veteres, cùm significare volunt, adduci primùm illam marito, hunc præceptori, & eorum curæ ac potestati permitti.de Amic. 1. Ego à patre ita eram deductus ad Scæuolam, sumta virili toga,vt quoad possem, & liceret,à senis latere numquam discederem. *Mon pere m'auoit à ces fins conduit à Sceuola,& remis sous sa charge, & discipline, à ce que tant que ie pourrois, & lui me le permetroit, ie ne me departisse point d'aupres de lui.* pro Cæc. 9. Pater,vt virilem huic togam dedit,nihil dicam hoc loco de me,tantum sit,quantum vos æstimatis:hoc dicam,continuò à patre hunc ad me esse deductum.Nemo hunc M. Cœlium in illo ætatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in Crassi castissima domo.L. 15. D.de cond.& demonst.Cùm fuerit sub hac conditione legatum: si in familia nupsit:videtur impleta conditio, statim atque deducta est,quamuis nondum in cubiculum mariti venerit.

X Deducere naues, diminuta; Deducere naues in aquam, plena oratione dicunt Latini, sicut Subducere naues, & subducere naues in aridum, in littus.Illud autem fit,cùm,aut factæ,aut refectæ sunt naues in littore;istud, cùm reficiendæ. Cæsar lib.4.bell.Gall.Sexcẽtas eius generis naues,& longas duodetriginta instructas,neque multùm abesse ab eo,quin paucis diebus deduci possent.*Qui etoiẽt equipées, & bien-tot pouuoient etre mises sur eau.* Liuius 28. extremo. Triginta nauium carinæ, viginti quinqueremes, decem quadriremes, cùm es-

sent

ſent poſitæ, Scipio ita inſtitit operi
geſimo quinto, quàm ex ſiluis d
erat, naues inſtructæ armatæque i
ctæ ſint. Polyxenidas, nocte à Ma
remige, deductíſque raptim, quæ
nauibus, poſt ſolis occaſum profect
nauibus tectis, ante lucem Pygela
Liuius lib. tric. ſeptimo, ſect. viceſ. ſ
Æneid. Deducunt ſocij naues. V. S
ctio, Deductor, facilè intelliguntur

DEFENDO ſolem, ardore
mem, gelu, vim, arma, bellum, & c
id eſt, Arceo, prohibeo, auerto, p
familiare eſt, atque perelegans. S
veſtita pampinis, nec modico tepo
mios ſolis defendit ardores. *La gr
uerte de ſon pampre, moiennant ic
chaleur moderée, & ſe garantit d
ardeurs. Eſt à couuert, & à l'ombre.
leur exceſſiue.* Virgilius Eclog. 7.
cori defendite; iam venit æſtas t
tius 1. Carm. 17. Faunus igneam
dit capellis vſque meis. Tullius 3.
defendit iniuriam, neque propulſat
teſt, iniuſtè facit. Cæſar lib. 1. Gal
monium eſſe, quòd niſi rogatus nō
bellum non intulerit, ſed defenderi
Cimbri & Teutones, cùm aliàs be
aliàs illatum defenderent. Idem lib.
lum ciuitas, aut illatum defendit, au
*vne communauté repouſſe l'effort de l
ſand contre l'annemi, qui la va ataq*
Tullius pro Muræn. 5. Ita tuli, vt le
periculis defendendis non abrogar
9. Tempus iure hominis necandi

ſtum, verùm etiam neceſſarium, cùm vi vis illata defenditur.

II Defendo aliquid eſſe, aut non eſſe, ita habere, aut non habere, idèm eſt, atque, Aſſero, ratione pugno, euincere contendo. Pro Muræna 5. Si largitionem factam eſſe confiterer, ídque rectè factum eſſe defenderem, *Si ie ſoutenois que*: facerem improbè. Cùm verò nihil commiſſum eſſe contra legem defendam, quid eſt, quòd meam defenſionem latio legis impediat? in Vatin. 5. Defendebatur, teſtibus, collegis ſuis, non recitandi cauſa, legiſſe, ſed recognoſcendi.

DEFERO. Sicut Affero, ita defero, ſumitur ſæpè pro Nuncio, nunciando ſignifico. 1. Qu. Fratr. 1. 30. Sic ad nos omnes ferè deferunt, nihil, cùm abſit iracundia, te fieri poſſe iucundius. *Chacun nous rapporte, nous donne la nouuelle.* 11. Att. 7. Multos eſſe, qui ad Cæſarem detulerunt, me pœnitere conſilij mei.

II *Beneuolentiæ*, ſtudij, officij, beneficijque ſignificandi cauſa ponitur, vt illa nos offerre vltrò, & polliceri oſtendamus. Pro Pomp. 69. Quidquid poſſum, ad hanc rem conficiendam, tibi polliceor, & defero. Pro Flacc. 14. Pompeium Lælio omnem ſuam auctoritatem, gratiam, copias, opes, ad hoc negotium conficiendum, detuliſſe. 6. Fam. 23. Illud tibi polliceor, me, quæcumque ſaluti, dignitatíque tuæ conducere arbitrabor, tanto ſtudio eſſe facturum, &c. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam feminam, tuíque amantiſſimam, detulit. *Ie lui ai fait offre; ie lui ai preſanté cete mienne bonne affection enuers toi.* 13. Fa. 18. Ego admirabar magis, quàm ſi rogatus liberaliter Attico reſpondiſſes, te vltrò ad eum ſcripſiſſe, eíque nec opinanti voluntatem tuam tantam per

per litteras detulisse. 4. Fam. 13. Vl
omnia detulit.

III Arbitrio alterius rem nos perm
agitur, hoc verbo interdum indica
Tantum tibi sumito pro Capirone,
quantum ipsum meminisse senties
me ipso experiri potui, ad te defera
tum sit ponderis, tu videbis. *Ie t'an
m'an rapporterai à ce, que tu an iuger*
Istam partem vitæ, consuetudinísqu
ad te defero. Quantum literis, quan
sequi poterimus, id omne ad aibitr
tissimè conferemus. *Ie te ferai le iu
ie peux auoir ecrit, & apprins an mes*

IV Quos libenter, vltrò, remuner
afficimus magistratibus, honoribu
præmia, honores, imperia, defer
Flac. 1. Quod enim esset præmium
pop. Rom. cùm huius maioribus
set, huic denegaret? In Piso. 2. Mihi
omnes honores detulit. *M'a prome
de son plein gré, & sans que ie l'aie p*
Leg. 4. Omnes antiquæ gentes reg
paruerunt. Quod genus imperij pri
nes iustissimos, & sapientissimos d
Ligario 3. Si illud imperium esse p
priuatum clamore multitudinis im
blico consilio deferebatur. 2. Agr. 4
nos singularis, populus Rom. eum
rat. Sic, primas, priores, alteri deferr

V Rem, litem, causam, quæstion
siam, & huiusmodi, alicui, ad aliqu
vel proponere, vt tamquam consult
re respondeat, vel committere, vt a
rem in iudicio agat. Brut. 86. Ita

C. Lælij publicanos causam detulisse ad Galbam: illum autem,quod ei viro succedendum esset,verecundè, & dubitanter recepisse. *Suiuant l'aduis de Lalius, lui represanterent, lui mirent antre les mains leur cause, à ce qu'il la considerat à part soy, & puis la plaidat extraordinairemant,deuant les Consuls.*

VI Militare verbum est, quo Imperatores vtuntur, in eorum nominibus apud ærarium recensendis, qui præclaram in bello operam, quauis ratione, nauarint, pro Arch. 11. Aulus Licinius in beneficiis ad ærarium delatus est à L.Lucullo,Prætore, & Consule. *Lucullus par deux fois etant Preteur,puis Consul, a fait anregistrer le nom d'Aulus Licinius aux actes de la tresorerie, au rang de ceux, qui ont bien serui le public.* Beneficia Romani vocarunt, nomina sic delata, & perscripta in ærarij tabulis, quòd in beneficij loco censeentur ita deferri. 5.Fam.20.Quod scribis de beneficiis,scito à me,& Tribunos militũ, & Præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse, in quo quidem ratio me fefellit. Liberum enim mihi tempus, ad eos deferendos, existimabam dari. Posteà certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. *Dans les trante iours, qui m'etoient assignez pour la reddition de mes contes.*

VII Forense est, in caùsa capitali, pro Accuso,& huius generis verbo positum. Pro Cœl.76. Nomen amici mei de ambitu detulit, quem absolutum insequitur,reuocat,violentior est quàm vellem. Pro S.Rosc.28.Consilium ceperunt, plenum sceleris & audaciæ, vt nomen huius de parricidio deferrent:vt ad eam rem veterem accusatorem compararent. 2.Inuen.58. Cùm venefici cuiusdam nomen esset delatum,& quia parricidij causa subscripta

pta

pta esset, extra ordinem esset acce
accusateur aiant souscrit, s'etant a
parricide, au premier accusateur, qu
sorcelerie.

DEFICIO. Tam mihi defici
ficit quidpiam, Ciceronianum, &
quod sine causa negant nõnulli. Pro
mihi consueuit esse adiumento, id
causa deficit. 3. Verr. 31. Vererer,
na non suppeterent, ne oratio dee
résque deficerent. Cæsar Bel. Gal. 3
pliùs horis sex continenter pugna
lùm vires, sed etiam tela nostris de
hostes acriùs instarent. de Clar. Or.
Prudentia numquam deficit orato
tato 28. Ea tamen illum studia defe
lin. 10. Res eos iampridem, fides
cœpit. *Long tans i a, que les moiens*
depuis peu ils ont ancores perdu tout
II Deficio, deficior, aut absolutè, au
sexti casus, id est, destituor re ali
patior. 1. Att. 15. Ille locus inductu
nitùs, ne vna plaga accepta, Patres
ciderent, ne deficerent. De somm.
cere Sol, extinguíque visus est. 1. D
paullò ante Solis ortum defecisset i
Brut. 34. Aures ipsæ, quid plenum,
iudicant, &c. in quo non modò d
laborare turpe est. Pro Cluen. 184.
audacia, consilio & ratione defici
5. cap. 6. Defecta senio arbor. Corn
cap. 8. Quæ neque peperit, neque
lac habet, à menstruis defecta est.
III Deficere ab alio quis dicitur, cu
perio, aut clientelæ, aut societati se

& ius subducit. 1. Catil. 28. Numquid in hac vrbe ij, qui à repub. defecerunt, ciuium iura tenuerunt? *Iamais ceux, qui ont eté traitres à la republique, n'ont ioüi des droits de bourgeoisie.*

DEFIGO. Defigere quidpiam in animo, in animum. *Le ficher & grauer bien auant dans l'ame.* Tullius pro Domo sua. Eam sententiam iudicum, populi sermo in animis vestris defixerat. Defigere crimina cuiuspiam in populi oculis. *Les represanter si viuemant, qu'il samble, qu'on les void pratiquer.* Tullius 1. Verr. 7. Verres intelligit, vti ego non modò in auribus, sed in vestris etiam oculis sua furta defixurus sim. Defigere alicuius animum, aut aliquem, *L'etonner, l'etourdir, le randre immobile comme vn tronc d'arbre.* Liuius lib. primo, Tacita mœstitia ita defixit omnium animos, vt, &c. Liuius l. 3. Stupor omnes admiratione rei atrocis defixit. Idem lib. 6. Cùm defixisset cæteros stupor, inde silentium. Idem lib. 7. Defixerat pauor cum admiratione Gallos.

DEFRINGO. Defringere surculum ex arbore, Defringere arboris ramum, alienæ possessionis interpellandæ causa, & suæ recuperandæ gratia. *Rompre vn rainceau d'arbre an vn fonds litigieux, ce fut vne formalité de Droit Ciuil, pratiquée par les anciens Romains, quand vne personne depossedée de son fonds, pour leuer le tiltre de prescription an possessoire à sa partie, & lui troublant la possession pretanduë, pour s'i antretenir soi-meme, faisoit acte de proprietaire & possesseur sur ledit fonds, rompant & amportant la brãchete d'vn arbre, an presance de témoins, lequel acte se nommoit,* Vsurpare, *c'est à dire, se retenir l'ancienne possessiõ dudit fonds; & l'acte cõtraire de l'aduerse partie s'appeloit,* Vsucapere, Vsucapione possidere, *Qui veut dire, s'aquerir droit*

L &

& titre de possessoire, an vsãt & i
Tullius tertio de Orat.sect.cente
res diuisione vtuntur, sed ita, non
cio, aut vi recuperare amissam p
vt, ex Iure ciuili, Surculo defrin
videantur. *Les Rhetoriciens s'etans*
par les Philosophes de plusieurs piec
torique, antre antres ne se seruent
sion, que par voie d'aquit, & non
d'an recouurer le possessoire par ius
mais seulemant suiuant la formal
rompant vne branche sur leur prop
bler par ce moien la possession des P
anleuer le titre de prescription, s
du possessoire. Tullius pro Cæcin
ma. Vinces non fuisse armatos e
tes ramos defringerent arboris. S
fonds contantieux, rompoient des
sur icelui, à dessein de troubler la
na, an faisant tels actes de propriet
tigieux. V. Vsucapio, Vsurpo.

DEFVGIO. Defugere aucto
N'oser, ou ne vouloir se porter p
chose. Ne vouloir, ou n'oser l'adu
Sylla 33. Tu remp. reprehendis
hostes, ne ab iis ipsa necaretur, n
tende iam, quàm ego non defug
consulatus mei. *Ecoute donc,*
aduoüe rien, de tout ce qui s'est pa
mon antremise, du tans de mon Co
ie ne me decharge point, par vn m
executions à mort, faites an la pers
ni de tout le reste.

DEFVNGOR, FVNGO
riis prædiatoriisque præstationib

exprimendis adhibetur eleganter & propriè. *Pour exprimer le paiemant des deuoirs & redeuances fonsieres, comme çanses, dimes, rantes, &c.* Tullius 5. Verr. 42. Quis non se maximo affectum beneficio putauit, cùm tribus decumis pro vna defungeretur? *Qui n'a tenu à grand benefice, de se pouuoir aquiter par deuers toi, an paiant trois decimes au lieu d'vne?* Idem 9. Verr. 199. Hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum, arationis nomine, muneris in temp. fungi, ac sustinere velitis. *A quels deuoirs annuels, & redeuances ordinaires sera tenu le laboureur anuers le public, pour le regard des fonds, qu'il tient de sa directe & ressort.* V. Fungor, Functio.

11 Ab vectigalium agrariorum, & stipendiorum pensionibus traducitur, Defungor, ad quæuis alia munia, ad quælibet commoda incommodáve, in quibus dum versamur, iis defungi dicimur. Liuius lib. 1. Velut defuncti regis imperio, in proxima alluuie pueros exponunt. *Comme s'etant deuëmant aquité du commandemant du Roi.* Liuius lib. 1. Horatius, cæso hoste victor, secundum pugna petit, prœlio defungi festinat. *S'etant defait de l'vn de ses trois aduersaires, se hate de se deliurer du second, pour venir au troisieme à meilleur marché.* Liuius lib. 10. Pontifex Liuius vociferari, vicisse Romanos, defunctos Consulis fato, Gallos, Samnitésque Telluris matris ac Deorum Manium esse. *Que les Romains, aquitez anuers les Dieux par la mort volontaire de Decius, n'etoient plus à rien obligez, & que la victoire leur etoit aquise.* Liuius lib. 29. Placuit libera corpora Locrensibus restitui, nô leui defuncturum pœna, qui non restituisset. *Que celui le paieroit, l'amanderoit cheremant, qui ne les auroit randus.* Lib. 3. Defuncta morbis corpora, salubriora esse cœpere. *Les cors aians paié à leurs de-*

pans le tribut à la maladie. Ai
tribut de la maladie. Liuius lib.
te plurimorum morbis, perpau
commune aiant souffert an la m
mais auec la perte de peu de perso
Defunctam esse fortunam pub
signi calamitate spero. *I'espere,q*
Republique Romaine aura eté,d
anuers le ciel de toute peine à ell
signalé desastre de ma maison.
Æmilij in clade duorum filioru
III Patiendi voce, ac sine casu
quod vernaculè dicimus: *Il an*
On est quite pour cete fois. Tere
5. Non indicente me hæc fiun
modò defunctum. *Ce n'est point*
mant, que les choses passent de l
Dieu, que ç'an fut fait pour vne
s'arretat là, car ie crain bien pi
mione 5.8. Te oro, æquo anim
ego æquo animo? cupio misera
fungier. *Ie suis contante de pran*
tiance, & desire, que cet accidant
an ce suiet, mais ie n'an espere rie
IV Defungi vita, aut Defungi, a
atque explere vitæ curriculum.

DEIICIO. Ab eo, quod D
superiore Deturbare, traductum
quæ de gradu, de statu suo dep
cumque generis sint. *Tullius* pro
sima quarta. Cùm Senatum à g
cisses, populum à naui exturbass
ta, cum grege prædonum impuri
velis nauigares. Tullius pro Mu
integrum Consulem, bonum Imp

de vrbis præsidio, & de ciuitatis custodia, vestris sententijs volunt.

II Deiicere sexagenarium de ponte, est, suffragij ferendi iure priuare: ab eo ductum, quòd angustis ponticulis irent in septum ligneum, coërcendis centuriis excitatum, laturi suffragium, quibus ex ponticulis sexagenarij, publicis iam defuncti muneribus, vt detruderentur, Festus ait postulatum aliquando esse à iunioribus, æquiùs censentibus, vt à militantibus, quàm militia vacantibus, Imperator deligeretur. Ex eo, exclusi sexagenarij iure suffragiorum, Depontani, id est, de ponte suffragiorum deiecti appellantur. Pro S. Rosc. 99. Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis quadraginta, de ponte in Tiberim deiecerit. Acerbus est Tullij iocus, quo Erutium insimulat, hominis in Tiberim ab eo præcipitati, alludens ad illum morem Depontanorum, quasi Erutij culpa nulla sit: in eo, quòd hominem præcipitem egerit in flumen; sed aliqua sit in eo, quòd nondum sexagenarium præcipitarit. De iis pontibus, & quam in rem comparati, sunt illa, 3. Leg. 38. Leges posteà latæ, quæ tegunt omni ratione suffragium, ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet; pontes etiam lex Maria fecit angustos.

ne ſunt; qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit : qui capite non ſunt diminuti. *Antre les Romains, ceux-là ſont ſpecifiez, & deſignez par le mot*, Gentiles,*qui ſont de meme race, & ſurnom : extraits de deuanciers de condition franche, les predeceſſeurs deſquels ne furent iamais eſclaues, & qui eux-memes ne decheurent onques du droit de liberté, de la bourgeoiſie Romaine, ni de leur famille.* L. 2. D. de cap. min. Ait prætor. Qui, queve, poſteà quàm quid cum iis actũ contractúmve ſit, capite diminuti, diminutęve eſſe dicentur: in eos, eáſve, perinde quaſi id factum non ſit, iudicium dabo. *Iugemant ſera randu contre eux, an vertu de cet edit, tout ainſi que s'ils n'etoient point decheus de leur etat, de leur droit, & condition premiere.* L. 3. eod. Liberos, qui adrogatum parentem ſequentur, placet diminui capite, cùm in aliena poteſtate ſunt, & familiã mutauerunt. *Les anfans de ceux, qui ſe font adopter à autrui, qui ſe donnent à autrui, par voie d'Adrogation, ſçauoir eſt, non par decret du Preteur, comme les Adoptifs, mais par l'autorité de tout le peuple aſſamblé, & interrogé là deſſus de ſon conſantemant, s'ils ſe donnent auec leur pere, decheent auſſi de leur droit & franchiſe.* l. 5. eod. Amiſſione ciuitatis fit capitis diminutio, vt in aquæ, & ignis interdictione. *Qui deſiſte etre citoien Romain, perd quant & quant tous les droits de bourgeoiſie, tout ainſi que ceux, qui ſont bannis, auec defanſe de ne les receuoir, ni aſſiſter de choſe du monde.* V. Minuo.

DIRIGO, or. Dirigere quidpiam vtilitate, voluptate, &c. eſt illud metiri vtilitate, aut voluptate, tanquàm certa regula. 5. Fin. 57. Tãta eſt vis in talibus ſtudiis, vt eos, qui fines bonorum, vtilitate, aut voluptate dirigunt, tamen in rebus gerendis, explicandíſque

candíſque naturis, ætates conterere videamus. *Ceux, qui meſurent tout leur bien à la regle de la volupté, ou vtilité: qui prennent le profit, ou le plaiſir, pour regle de toutes leurs actions. Qui pour viſer au ſouuerain bien, choiſiſſent la volupté pour addreſſe, pour guide.* 3. Off. 89. Hecaton vtilitate putat officium dirigi magis, quàm humanitate. 3. Fin. 71. Epicurei omnia voluptate dirigentes. 3. off. 83. Honeſtate dirigenda vtilitas eſt. *Faut ſe ſeruir de l'honneteté, comme regle, d'vn droit cordeau, pour viſer au profit, ſans faillir.*

11 Dirigere in Quincuncem ordines arborum. *Aligner les rangées d'arbres d'vn verger, an figure de* Quincunx, *an eſchiquier.* Tullius Catone maiore 59. Cùm autem admiraretur Lyſander, & proceritates arborum, & directos in Quincuncem ordines, & humum ſubactam, atque puram: *Comme Lyſander admiroit la hauteur des arbres, & les rangées, & quarreaux d'iceux iuſtemant alignez, & compartis an la forme du* Quincunx, *qui etoit, que chaque quarreau d'arbre, an auoit vn cinquieme planté au çantre, à guiſe de cinq points d'vne carte, d'vn dez, an cete figure,* ⁘ ⁘ ⁘ *le verger etant tout parſemé de tels quarreaux tirez au long, & au large d'icelui.* Columel. l. 3. c. 13. Nonnulli omnem vitem per denos pedes in Quincuncem diſponunt, vt more naualium, terra tranſuerſis aduerſiſque ſulcis proſcindatur. *La terre aiant pour cete fin eté labourée, & decoupée an profondes raies, tirées & de droit, & de trauers.* Cæſar 7. Belli Gallici, cap. 13. de operibus ſuis, ad Alexiam obſeſſam. Ante Cippos, obliquis ordinibus in Quincuncem diſpoſitis, ſcrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paulatim anguſtiore ad ſummam faſtigio.

III QVINCVNX porrò, vt hîc sumitur, est ipsa nota Romani Quincuncis, hoc est, vnciarum quinque, de qua nota, & toto Quincunce, consule nostrum Abacum Rom. rationum, cap. duodecimo, & decimoquinto.

DIRIMO, or. Dirimi olim Romanis, præter alia, dicta sunt quædam, quæ publicè instituta, & cœpta cùm essent, aut religionis, aut grauis rei causa, intermittebantur. 2. Leg. 31. Quid grauius, quàm rem susceptam dirimi, si vnus Augur, alio die dixerit? Quid magnificentius, quàm posse decernere, vt magistratu se abdicent Consules? *Que de pouuoir, comme d'autorité absoluë, interrompre les importans afaires du publie, si vn Augur, vsant de cete formule sollamnele,* Alio die, *commande, que la chose soit differée à vn autre iour?* 1. Diu. 85. Quid habet haruspex, cur pulmo incisus, etiam in bouis extis dirimat tempus, & proferat diem? *Quand le poulmon de la victime se treuue incisé, antrecoupé, le reste des antrailles etant sain & antier, pourquoi est-ce qu'il oblige à intermetre l'antreprise, l'execution de l'afaire, à la dilaier, remetre à vne autre fois?* pro Cœl. 34. Idcóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? *Rompu le traité de paix, ancommancé antre la Republique, & le Roi Pyrrhus.* Liuius l. 8. Nec quemquam mortalium exstare, qui se vidisse, aut audiuisse quid dicat, quod auspicium dirimeret? neque Augures diuinare Romæ sedentes potuisse, quid in castris Consulis vitij obuenisset. *Qui puisse dire auoir veu, ou antandu chose aucune, qui rande les auspices defectueux, non receuables, inualides. Qui puisse obliger à les interrompre, les dissoudre.*

II Dirimere res, tempus: Proferre diem, res: Diffindere

findere diem, pro eodem ſæpè ponuntur. Liuius lib. 9. Papirius C. Iunium Bubulcum, magiſtrum equitum dixit: atque ei, legem Curiatam de Imperio ferenti, triſte omen diem diffidit, quod Faucia Curiæ fuit principium, duabus inſignis cladibus captæ vrbis,& Caudinæ pacis:quod vtroque anno eiuſdem Curiæ fuerat principium. *Vn mauuais preſage fit differer la promulgation de la loi à vn autre iour, d'autant que celui etoit malancontreux.*

DISCEDO. Diſcedere, diſceſſionem facere, abire, ire in ſententiam, Senatores in conſilio dicebantur, cùm eum ſequebantur,qui ante,vel poſt ipſos cenſuiſſet. Quod ideò dictum eſt,quoniam è loco ſuo diſcedebant in eam partem, vbi ille ſederet:aut certè in eam,quam aſſignaret Princeps conſilij, cùm ita diceret: Qui hæc ſentitis, in hanc partem ite; qui alia omnia, in illam,qua ſentitis: quod erat, pedibus ire in ſententiam, vnde Pedarij dicti ſunt, qui ſic dicerent ſententiam. 14. Phil. 21. Si in has ſententias meas Coſſ.deſignati diſceſſionem facere voluiſſent. Liuius l. 3.Delectum primo quoque tempore haberi; Decemuiros, quò cuique eorum videatur, exercitus ducere: nec rem aliam præuerti: In hanc ſententiam vt diſcederetur,iuniores Patrum euincebant. *Les ieunes Senateurs par la pluralité des voix amportoient le deſſus, ambraſſant l'opinion derniere proposée.* Liuius l. 28.A vobis Trib.pleb. poſtulo,vt ſententiam mihi ideò non dicenti, quòd, ſi in ſententiam meam diſcedatur, non ſit ratum habiturus Conſul, auxilio ſitis. DISCEDERE porrò in ſententiam,tametſi ab eo more pedariorum dici cœptum eſt, tamen etiam vſurpatur,vbi quis verbo alterius ſententiam amplectitur, non autem pedibus. Diſcedere

cedere in opinionem aliquam, ſimili modo loquendi, ſeu de ſententia in conſilio dicta, ſeu de quauis alia,dixerunt veteres. 6.Fam.14.Ex oratione Cæſaris,ex oculis, & vultu, & multis prætereà ſignis,quæ faciliùs perſpicere potui,quàm ſcribere, hanc in opinionem diſceſſi,vt mihi tua ſalus dubia non eſſet.

II Diſcedere, ire, tranſire, diſceſſionem facere, in alia omnia,eſt diſſentire ab ea ſententia, quam quis in conſilio dixit. 12. Fam. 12. Cùm gratia effeciſſet, vt ſua ſententia priùs pronunciaretur, frequens eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit. *La plus part du Conſeil fut de contraire aduis.* In alia omnia, ſuperſtitiosè dicebant veteres, mali ominis declinandi cauſa, quod ferè illis perpetuum fuit in verbis legitimis,ſeu ſollemnibus formulis, in quibus negationem eius, quod anteà pronunciatum eſſet, vt ominoſam, infauſtámque, cauebant.

III Diſcedere de ſententia. De Senatore dictum eſt, ſicut & diſceſſionem facere, cùm is ſuam ſententiam mutabat,aliam ſequebatur.

IV Diſcedite, ſeu, ite in ſuffragium, Quirites:ſic compellabat populum ,qui comitiis præerat, cùm mitteret populum ad ferenda ſuffragia;hoc eſt, iubebat quemque in ſuam tribum ſe conferre, vt eſt ſæpè apud Liuium.

V Diſcedite, Quirites, atque arma deponite : hac formula dimittebat exercitum Imperator, bello confecto. Liuius ſæpè.

VI Diſcedere ab armis. *Quiter, poſer les armes, ne plus guerroier, ſe deporter de faire guerre.* 8. Anton. 33. Qui ab armis diſceſſerint, ad C. Cæſarem Proprætorem ante Idus Martias adierint, iis fraudi ne ſit, quòd cum Antonio fuerint. *Qu'à ceux, qui*

qui poseront les armes, se deporteront des actes d'hostilité deuant les Ides de Mars, ne puisse porter preiudice d'auoir suiui le parti d'Antonius. Liuius l.3. Cùm hostes supra caput sint, discedi ab armis, legesque ferri placet? *Vous samble-il à propos de quiter les armes, quand l'annemi est an ville, & sur nos tetes, dans le Capitole? est-ce le tans de vaquer à la promulgation, publication des Loix.*

VII Discedite, si vobis videtur, Quirites. Sic viator compellabat obuiam turbam, cùm Tribuno plebis viam faciebat, rogans, non iubens, de via vt decederet. Liuius l.2. Consul Appius negare ius esse Tribuno in quempiam, nisi plebeium: non enim populi, sed eum plebis magistratum esse: nec illum pro imperio summouere posse, more maiorum, quia ita dicatur: Si vobis videtur, discedite, Quirites. *Que selon les anciennes coutumes, le Tribun populaire n'auoit iamais eu droit de se faire faire place d'autorité, de faire retirer la tourbe, passant par les ruës, de commander qu'on face large, quand il passe; & que de ce fait foi la formule, dont vsent les Viateurs, disans: Retirez-vous, Messieurs, si bon vous samble, faites place aux Tribuns, s'il vous plait.*

VIII Discedere cęlum, terra, & huiusmodi alia, dicuntur, cùm hiatu facto discinduntur, diuiduntur. 1. Diu. 97. Cùm cælum discessisse visum est, atque in eo animaduersi globi. *Quand le ciel fut veu s'etre ouuert, & i apparurent des tourbillons de feu.* Ibid. 99. Sanguinem fluxisse, & discessisse cælum. 3. Or. 38. Cùm terra discessisset magnis imbribus, in illum hiatum descendit.

IX Discedere impunè, impunitum, non modò ipse qui deliquit, sed crimen etiam dicitur, sicut, Abire. 6. Verr. 68. Si istius hæc tanta iniuria impunita discef

disceſſerit. *Si elle demeure impunie, ſi elle echape ſans punition.* V. Abire impunè.

x Diſcedit peſtis, peſtilentia, febris, & quidvis eius generis, cùm deſinit. 9. Att. 6. Modò audiui quartanam à te diſceſſiſſe. V. Abeo.

xi Exitum rei, præſertim concertationis, exprimit, cùm accedunt hæc adiuncta, victor, victus, ſuperior, inferior, probatus, & huius generis, aut etiam ſine his adiunctis. Pro Cæcin. 2. Sin à conſuetudine recedatur, ſe, quò impudentiùs egerit, hoc ſuperiorem diſceſſurum. 1. Orat. 239. Cùm is Iuriſcõſultus fuerit ſuperior diſceſſurus. Pro Quin. Si in cauſa diſcedere inferior videretur. Br. 229. Is, omnium, qui aderant, iudicio, diſceſſit probatus. *Hortenſius la premiere fois qu'il dit au barreau, fut approuué, loüé, ramporta le temoignage de tout l'Auditoire, d'auoir bien dit.* 2. Att. 16. Si poſſum diſcedere, ne cauſa optima in ſenatu pereat, ego ſatisfaciam publicanis. Hoc eſt, ſi conſequi, euincere potero.

xii Exceptionis vim habet poſitum hac forma, cùm, vbi diſceſſeris à, &c. 2. Off. 6. Cùm ab hoc dicendi genere diſceſſeris. *Cete maniere de parler etant exceptée. Au partir de là.* 6. Fa. 12. Cæſaris familiares ſatis opportunè habeo implicatos conſuetudine, & beneuolentia, ſic, vt, cùm ab eo diſceſſerint, me proximum habeant. *Apres Ceſar, ils n'ont autre plus confidant que moi.*

xiii Mentis, conſilij, inſtituti, moris cum vitio ſæpè coniunctam mutationem declarat. 2. Diu. 114. Ille Græcus magnitudine timoris, à conſtantia, atque à mente, atque à ſeipſo diſceſſit. Brut. 272. Cœlius diſceſſu meo diſceſſit à ſeſe. *Ne fut plus ce, qu'il etoit: deſiſta de bien faire, comme auparauant il faiſoit.*

DISCE

DISCEPTO. Diſceptare abſolutè: diſceptare aliquid, de aliquo diſceptatorem agere, Iudex tum dicitur, cùm cauſam audit, cognoſcit, de ea iudicium exercet, vt eſt eo loco. 3. Leg. 7. Diſceptator, qui priuata iudicet, iudicariſve iubeat, Prætor eſto. Pro Deiot. 6. Si hanc cauſam in foro dicerem, eodem audiente, & diſceptante. Pro Milon. 23. Iſti eſt præpoſitus quæſtioni, qui hæc iuſtè ſapientérque diſceptet. 2. Leg. 21. Feciales bella diſceptanto. *Qu'ils connoiſſent, qu'ils iugent du droit, & equité de la guerre. Qu'à eux appartienne de decider, determiner, quelles guerres ſeront iuſtes, quelles non.*

II Extra cauſas forenſes diſceptat etiam, qui controuerſias, vel ſcholaſticas, vel alias diiudicat, & cognoſcit. 4. Acad. 6. Illius elegantis Philoſophiæ, quæ in Peripateticis permanſit, & idem alio modo dicentibus Stoïcis, cùm Academici eorum controuerſias diſceptarent, &c. *Quand les Academiques ſe randoient iuges, quand ils examinoient les opinions Stoïciennes, ils les trouuoient an effet, & au ſans conformes auec les leurs, ſeulemant differantes és termes, & manieres d'explication.* 4. Academ. 91. Dialectica veri & falſi quaſi diſceptatrix, & iudex.

III Diſceptare, abſolutè; de aliquo diſceptare cum alio, inter ſe, ſeu in iudicio, ſeu extra iudicium forenſe, is dicitur, qui de aliquo decertat, aliquid in controuerſiam vocat. Pro Planc. 87. Erat non iure, non legibus, non diſceptando decertandum. 4. Verr. 38. Poſtulat, vt ſibi cum palæſtritis æquo iure diſceptare liceat. *Qu'il lui ſoit permis de plaider, d'agir contre ſa partie, ſuiuant les loix, & coutumes de Sicile, communes à tous deux.* Pro Balb. 64. Miſeremini eius, qui non de

ſuo

ſuo peccato, non de aliquo crimine, ſed de ſuo periculo, de publico iure diſceptat. 4. Famil. 14. Videbam, quanto periculo de iure publico diſceptaretur armis. 10. Famil. 10. In vno prœlio omnis fortuna Reipubl. diſceptat, quod quidem, cùm hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore. *Tout le bon-heur & mal-heur de cet etat, de notre Republique, debatent l'vn contre l'autre, à qui aura le deſſus an cete bataille. Le differant d'antre notre felicité & miſere ſe vuide an ce combat, qui nous randra tous heureux, ou miſerables.* Liuius l. 8. Controuerſias inter ſe iure, ac iudicio diſceptent, aut bello. *Qu'ils traitent leurs differans, debatent leurs quereles, ou par la loi, & iugemans, ou par les armes.*

DISCO. Diſcere, Docere, Doceri fidibus, vt fidibus canere, veteres Latini dixerunt. Tullius Catone 26. Græcas literas ſenex auidè arripui, quod cùm feciſſe Socratem in fidibus audirem, vellem equidem & illud: diſcebant enim fidibus antiqui. *Aiant antandu, que Socrates deſia vieil auoit apprins à ioüer des inſtrumans à cordes, ie voudroi an auoir fait autant que lui: car les anciens s'adonnoient à cet exercice.*

DISCRIBO. Diſcribit quidpiam is, qui illud diuiſum in varios diſtribuit, vt agros, pecuniam, & huiuſmodi. Tullius 12. Fam. 1. Tabulæ figuntur, immunitates dantur, pecuniæ maximæ diſcribuntur. *On fait largeſſe de groſſes ſommes, qui ſont diſtribuées antre certains perſonnages.* 1. ad Q. Frat. 1. 26. Græci pendere vectigal ſine publicano non potuerunt, quòd iis Sylla æqualiter diſcripſerat. *Le tribut, l'impoſt, dont Sylla fit vn departemant & quotiſation egale ſur tous les Grecs.* DESCRIBO pro eodem quoque ſumitur.

DISCVTIO, in corporeis, eſt, quidpiam quatiendo euerto, deturbo, diſturbo in diuerſas partes. Cæſar 2. Ciuil. Lateritium murum diſcutere. Liuius lib. 5. Tribus arietibus aliquantum muri diſcuſſit. Tull. pro Dom. 54. Cùm eorum aduocationem manibus, ferro, lapidibus, diſcuſſiſti. *Tu as eparpillé, mis an fuite tous ceux, qui etoient venus de compagnie, pour repreſanter mon bon droit, pour fauoriſer à ma cauſe de leur preſance & autorité.*

II Extra corporea, eſt, vi quadam, atque arte quidpiam diſſoluo, diſſipo, aliunde depello. 10. Fam. 33. Si ad Lepidum veniſſem, omnem cunctationem diſcuſſiſſem. *Ie lui euſſe chaſſé de l'ame, i'euſſe diſſipé cete irreſolution, ce dilaiemant à executer l'afaire.* Pro Mur. 84. Dij faciant, vt hoc periculum diſcutiam, & comprimam. *Que ie diſſipe, ie face euanoüir ce danger.* 12. Phil. 5. Diſcuſſa eſt illa caligo, quam paulò antè dixi: diluxit, patet, videmus omnia. 3. Orat. 213. Diſcutienda ſunt ea, quæ obſcurant: ea, quæ ſunt eminentia & prompta, ſumenda. *Ce qui rand l'action obſcure, il le faut, comme an le ſecoüant, & remuant, randre plus clair, & intelligible.* 5. Acad. 46. Captioſis interrogationibus circumſcripti quidam, cùm eas diſſoluere non poſſunt, deſciſcunt à veritate. Oportet igitur eſſe armatos, vt occurrere poſſimus interrogationibus eorum, captionéſque diſcutere. *Pouuoir diſſoudre, reſoudre leurs captions, leurs ſophiſmes.*

III In corporeis item eſt, quidpiam, quod inſedit, & adhæret alicui rei, certa ratione diſſolutum abigere. Corn. Celſus l. 3. c. 15. Quartana cùm tardè finiatur, niſi primis diebus diſcuſſa eſt. Ibid. Balneum, neque ante febrem, neque poſt eam, tentandum erit, niſi interdum iam horrore diſcuſſo. *Apres que la friſſon eſt diſſipée, & paſſée.* Ibid. Si in

exercitatio

exercitationem tempus febris incurrat, ſæpè ſic diſcutitur. libro 1. cap. 8. Quos ita mors ſequitur, ſi id malum non eſt febre diſcuſſum libro 3. cap. 2. Per hæc ſæpè inſtãs grauis morbus diſcutitur Columell. lib. 6. cap. 4. Sæpè languor & nauſea diſcutitur, ſi integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inferas.

IV Diſcutere, Medicis Latinis ſæpè idem eſt ac, materiam, quę aut copia, aut concretione, & conſtipatione nocet, digerere, diſſoluere, reſoluere. Corn. Celſus lib. 5. cap. 11. Ad diſcutienda ea, quæ in corporis parte aliqua coierunt, maximè poſſunt abrotanum, holenium, aut alba viola, mel, lilium, &c. *Pour reſoudre la matiere vitieuſe, qui s'eſt amaſſée, concreée an quelque partie du cors.* V. Digero, Reſoluo.

DISSIMVLO. Simulat, qui quouis indicio, vultus, ſermonis, alteriúſve rei præ ſe fert, & ſignificat quidpiam eſſe, quod non eſt. Diſſimulat, qui ſupprimit ſignificationem eius rei, quæ reuerà eſt. *Diſſimulat* verò, & eodem tempore ſimulat, qui nullis indiciis prodit id, quod eſt: quibuſdam verò ſignis indicat id eſſe, quod tamen non eſt. Is diſſimulat odium, qui animo premit, nullis ſignis exprimit: qui ſi præter diſſimulationem odij, amorem vultu, verbis, alióve modo præferat, idem ſimulat, & diſſimulat, diſſimulat odium, ſimulat amorem, vt ex ſubiectis exemplis liquet. Pro Dom. 121. Diſſimulo me neſcire ea, quæ, etiam ſi ſcirem, diſſimularem. Pro Planc. 75. Cæteri vera beneficia, etiam minora, diſſimulant, ne obligati eſſe videantur. 1. Cat. 30. Nonnulli ſunt, qui ea, quæ vident, diſſimulant. Pro Muræn. 40. Eos etiam, qui diſſimulant, non ſolùm eos, qui fatentur, ludi delectant. 2. Orat. 175. Quæ à prudentibus,

tibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurdè, falséque dicuntur. *Qui dissimulent d'antandre ce, qu'ils antandent fort bien.* 2. Orat. 269. Dissimulatio est, cùm alia dicuntur, ac sentias. *Quand on dit chose differante de celle, qu'on panse.* Hoc exemplo, atque aliis multis inest, & simulantis, & dissimulantis persona. Simulat, qui dicit, quod non sentit; dissimulat, qui non dicit, quod sentit, sed occultat: atque in huius generis exemplis, alterius verbi notio exprimitur, alterius tantùm indicatur. Hîc exprimitur Dissimulo, *indicatur* Simulo.

DISTRAHO. Huius verbi multus, & proprius vsus in Auctionibus olim fuit, sicut & sectionis, & sectoris, ex eo, quòd res venales à variis emtoribus diuersas in partes, veluti membratim, distraherentur, dissecarentur, vnde est in iure Titulus, De distractione pignorum; hoc est, venditione. Leg. 7. D. de distractione pignor. Si creditor pignus vendiderit hoc pacto, vt liceat sibi reddere pecuniam; Iulianus scribit, rectè distractum esse pignus. Leg. 8. D. eod. Creditoris arbitrio permittitur, ex pignoribus sibi obligatis, quibus velit, distractis, ad suum commodum peruenire. Leg. 1. 13. D. eod. Creditor, qui iure suo pignus distrahit, ius suum cedere debet, &, si pignus possidet, tradere vtique possessionem. Leg. 3. D. Qui potior in pign. Inter fratres conuenit, vt si frater agri portionem à suo creditore non liberasset, ex diuisione quæsitæ partis, partem dimidiam alter distraheret.

II Traducitur eleganter à rerum corporearum diuulsione, ad voluntatum, iudiciorumque dissensionem, discrepantiam explicandam. 2. Phil. 23. Posteà quàm Pompeius se totum Cæsari tradidit,

quid

quid ego illum ab eo distrahere coner? 8. Attic. 24. Vt Cæsarem, & Pompeium, distractos hominum perfidia, rursus in pristinam concordiam reducas. 3. Off. 11. Socratē exsecrari solitum eos, qui primùm honestum & bonum, natura cohærentia, opinione distraxissent. 3. Off. 32. Nulla nobis societas cum tyrannis, sed potiùs summa distractio. 4. Fam. 7. Qui non idem consilium, quod tu, secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos.

DIVIDO. Diuide sententiam. Hac formula postulabatur ab eo, qui in dicenda sententia res multas simul erat complexus, vt sententiam in certa, distinctáque capita digereret, pro numero & ratione rerum, de quibus egerat, atque, vt de iis sigillatim referretur, vt, quod quisque vellet, seorsùm, non omnia coniunctim, aut probaret, aut improbaret. *Qu'il departit son dire an autant d'articles separés, comme la matiere an contenoit an soi, à ce qu'on peût deliberer sur chaque chef distinctemant, & par le menu, & non an blot, ou an gros sur le detail.* Sententias porrò ita coniunctim rogare, & dicere, & leges rogare, vel accipere, veteres dicere soliti sunt, per Satyram, vel Staturam, dicere, rogare, accipere, qua de formula consule verbum, Satyra, suo loco. Hunc rogandi, & dicendi modum per Satyram vetuit lex Cæcilia, & Didia, vt docet Tullius pro Domo sua 51. Atque id meritò, licèt enim populus diuersa de diuersis rogationis capitibus sentiret, cùm tamen vnicam tabellam suffragij coniiceret, contra suam mentem cogebatur omnia capita rogationis vel probare, vel improbare. 1. Famil. 2. Postulatum est, vt Bibuli sententia diuideretur. *Que Bibulus reduisit son aduis à certains points, à diuers chefs: selon les matieres qu'il i auoit comprinses, à ce que chaque*

 article

article fut consulté, & resolu separémant. Pro Milon. 14. Diuisa sententia est, postulante nescio quo: sic reliqua auctoritas senatus, emta intercessione sublata est. *Le Senat étant porté à decreter, que le procez seroit fait à Milo sur l'homicide de Clodius, selon le droit ancien, sans i apporter aucunes noueautez de procedure: il a eté requis, qu'lon opinat par le menu sur quelques circonstances du fait: & ainsi etant comme antreuenuë vne opposition, par des hommes gagez, & achetez, le decret du Senat a eté mis au neant.*

11 Diuidendi verbo eas largitiones, quibus etiam effusè nummos, agros, & quiduis aliud darent veteres frequenter expresserunt. In Pis. 4. Ego agrum Campanum, si diuidi non oportuit, conseruaui Brut. 57. Flaminius Trib. pleb. legem de agro Gallico Piceno, viritim diuidendo, tulit. de Senect. 11. Q. Fabius Maximus Consul, C. Flaminio Tribuno plebis agrum Picentem, & Gallicum viritim contra senatus auctoritatem diuidenti quoad potuit, restitit. *Qui départoit au peuple toute la cãpagne de la Lombardie, & de la Marche d'Ancone.* 11. Philip. 13. Nucula, & Lento Italiæ diuisores, lege ea, quam Senatus per vim latam iudicauit. *Qui ont fait vn departemant de tous les champs & metairies de l'Italie, pour les distribuer, à qui bon leur samblera.* 6. Verr. 45. Tu HS octoginta millia diuisoribus, vt Prætor renunciarere, dedisti. *Diuisores* erant ij, quibus administris ambitiosi homines vtebantur, ad plebem largitione deliniendam & corrumpendam. *Courriers apostez auec argeant an main, pour briguer, acheter à deniers contans les voix, les suffrages de la populace, les voix des Iuges.*

DO, as. Vniuersa Prætoris Iurisdictio tribu

his

his verbis, Do, Dico, Addico, comprehendebatur. Dabat Prætor Iudices, Arbitros, Recuperatores, Iudicia, Actiones, Exceptiones, Possessionem: Dicebat Ius, Multam, Viam in vindiciarum ritibus: Addicebat in cessionibus, in controuersiis, & vindiciis. Vnde illa est formula in veteri lege finium regundorum, apud Hyginum. Déque ea re curatoris, qui hac lege erit, iurisdictio, recuperatorúmque datio, & addictio esto. Si curator hac lege non erit, tunc quicumque magistratus in ea colonia iuri dicundo præerit, de ea re iurisdictio, iudicísque datio, addictio esto. *Quiconque aura eté creé par la Loi, surintandant an cét afaire, qu'à lui an appartienne la Iurisdiction, qu'il an soit le Iuge competant, & puisse deputer des Commissaires, pour an iuger à son nom, sous son autorité; & ait pouuoir d'adiuger an proprieté, à l'vne des parties, ce, dequoi il s'agira, d'an transferer le domaine, comme il verra à faire par raison.* DARE actionem, petitionem, sicut constituere, decernere actionem alicui. 4. Verr. 61. Aduersarij eius rei actionem postulant. Iste amplam occasionem calumniæ nactus, vbi videt esse aliquid, quod amici absente Epicrate nollent defendere, asseuerat, se eius rei actionem in primis esse daturum. *Qu'il receuroit les parties aduerses d'Epicrates, à former, à faire, à poursuiure vne demande an iustice contre lui, à lui intanter action, à l'actionner an iustice.* Ibidem 66. Verres eum iudicem falsum iudicasse iudicauit: in senatu ne esset, locis, commodísque publicis vti vetuit. Si quis eum pulsasset, edixit sese, &c. Ipsi autem nullius actionem rei sese daturum. *Ancores qu'il auroit eté offansé an sa personne, il ne le receuroit à faire plainte, à metre an instance, à appeler an iugemant personne pour*

 ce

ce fait là. Constituere actionem, quæstionem. DARE iudicium, iudicem, recuperatores, arbitrum. Pro Cæcinna 8. Si Prætor is, qui iudicia dat, numquam petitori præstituit, qua actione illum vti velit, videte, quàm iniquum sit, & cætera. *Si le Preteur, qui a le droit & pouuoir de nommer, de bailler, d'assigner aux parties plaidantes les Iuges, les Commissaires, pour connoitre de leurs diferans, ne prescrit iamais au demandeur, de quelle instance, ou action il se seruira à poursuiure son droit, mais lui laisse le choix de plusieurs.* 13. Fam. 7. Non sum nescius, quæ tua potestas sit, tibíque negotium datum esse à Cæsare, non iudicium. *Que Cesar t'a commis sur quelques afaires an la Gaule Cisalpine; mais ne t'a pas donné iurisdiction, pouuoir sur les afaires de iustice.* 2. Verr. 66. Si quis eum pulsasset, edixit sese iudicium iniuriarum non daturum, quidquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum. *Il a publie par son decret, qu'il ne receuroit point, an action d'iniure, Epicrates, contre ceux, qui l'auroient batu. Ne l'admetroit pas, quand il demanderoit action contre eux an cas d'iniure.* IVDICIVM dare, est propriè, iam constituta actione, & iudicem dare, & futuri iudicij rationem cognitoribus præscribere. Tamen, quia ferè eodem tempore actio, iudex, iudicium dabatur, inde fit, vt quæ propinqua tempore, & cognata ratione sunt, alia pro aliis sæpè sumantur, vt hîc Iudicium iniuriarum, pro actione iniuriarum. 5. Verr. 69. Quærebant Agyrinenses, quæ in verba Recuperatores daret. Respondebat, si pateret, edictum fecisse, quæ se in iudicio dicturum aiebat. *Les defandeurs demãdoient au Preteur, sous quelle forme auoit eté conceuë la commission des Iuges; sur quels chefs etoit fondé, dequoi s'agissoit au*

au iugemant, qui se deuoit randre contre eux. 1. de Legibus 53. Vellem me arbitrum inter antiquam Academiam, & Zenonem datum. *Auoir eu la commission d'arbitrage, etre deputé Commissaire an l'arbitrage d'antre l'ancienne Academie & Zenon.* 16. Att. 18. Consules, & de consilij sententia decreuerunt secundùm Butrotios, Plancum dederunt. *Ils ont nommé Plancus Commissaire pour connoitre de ce fait.* DARE possessionem, Hæreditatem, Petitionem. 1. Verr. 123. Nec petitionem, inquit, nec possessionem dabo. *Ie ne receurai les ... sans heritiers de leur pere à demander an iustice à faire demande de l'hoirie, qu'ils pretandent, beaucoup moins leur an adiugerai-ie le possessoire.* Ibidem 114. Posteà quàm ius prætorium constitutum est, semper hoc iure vsi sumus, si tabulæ testamenti non proferrentur, tum vti proximum quemque potissimum hæredem esse oportet, ita secundùm eum possessio daretur. *Dés que les Edits & Decrets des Preteurs ont eté receus an titre de droit, ont pris nature & force de loi, nous auons pratiqué, obserué, comme vne regle de droit, que s'il ne constoit par testamant de la volonté du defunt, comme le plus proche etoit presumé le plus habile à succeder, ainsi lui adiugeoit-on la possession de l'heritage.* Ibidem 115. Minucius quidam mortuus ante istum Prætorem, eius testamentum erat nullum, lege hæreditas ad gentem Minuciam veniebat. Si habuisset iste edictum, quod ante istum, & postea omnes habuerunt, possessio Minuciæ genti esset data. Ibid. 117. Si de hæreditate ambigetur, & tabulæ testamenti designatæ, non minùs multis signis, quàm à lege oporteat, ad me proferentur: secundùm tabulas testamenti potissimùm hæreditatem dabo. DARE vin-

 dicias,

dicias, ſicut Dicere. Addicere vindicias, *Adiuger la poſſeſſion, la recreance de la choſe litigieuſe à l'vne des parties durant la litiſpandance.* Liuius l. 3. Vnius tantùm criminis, niſi vindices, Iudicem te ab libertate in ſeruitutem, contra leges, vindicias non dediſſe, in vincula te duci iubeo. *Si tu ne fais paroitre, que tu n'aies, contre la diſpoſition du droit, debouté ceux, qui ſoutenoient, Virginia etre de condition franche, de la main-leuée, de la poſſeſſion de la perſonne, qui leur etoit deuë, & ne l'aies adiugé à celui, qui fauſſemant la pretandoit etre ſerue.* Ibid. paullo poſt. Vt ille iterum, ac ſæpiùs prouocet, ſic ſe iterum, ac ſæpiùs illi iudicem ferre, ni vindicias ab libertate in ſeruitutem dederit. *Qu'il lui faiſoit offre d'an vouloir etre, de s'an vouloir tenir au iugemant de celui, que le méme Appius nommeroit, an cas qu'icelui n'eut donné la main-leuée, à qui elle n'etoit deuë.* DARE cognitionem. 16. Att. 18. Acceſſit ad S. C. lex, quæ earum rerum, quas Cæſar ſtatuiſſet, decreuiſſet, egiſſet, Conſulibus cognitionẽ dedit. *La loi a donné la connoiſſance de, &c. A commis les Conſuls, les a creez Iuges, pour connoitre & iuger pleinemant de tout le maniemant, & de toutes les actions de Ceſar.* 2. Agrar. 33. Orbis terrarum, gentiúmque omnium datur cognitio, ſine conſilio; pœna, ſine prouocatione; animaduerſio, ſine auxilio. *Par la loi, que pretand publier Rullus, les Deçamuirs ſont conſtituez Iuges abſolus de tout le monde, ſans aſtrainte de conſulter, de communiquer leurs reſolutions à aucuns Conſeillers, & ont pouuoir de punir ſans appel : voire de condamner à mort an dernier reſſort, les condamnez etans forclos de recourir autrepart.* DARE diem, id eſt, dicere diem alicui, hoc eſt, vel ad certam diem in ius vocare, aut ſtatuere, definire

definire diem alicui negotio gerendo. 1. At. 8. Tulliola tibi diem dat, sponsorem non appellat. *Elle te somme, elle t'interpele de paier le don, que tu lui as promis. Elle t'appele an iugemant, comme principal, comme debiteur an ton propre & priué nom, & ne s'addresse plus à moi, comme pleige, comme caution, ainsi qu'elle auoit fait ci-deuant.* DARE Senatum, Concilium. 1. Q. Fr. 11. Eodem die Tyriis est Senatus datus frequens. Frequentes contrà Syriaci publicani. *Lon a donné aux Tyriens antrée au Senat. On leur a donné audiance au Senat. On les a receus au Senat, pour i etre ouïs, traitans de leurs afaires. Et contre eux s'i sont trouuez plusieurs Publicains, plusieurs fermiers du domaine de la Republique.* Sic Liuius sæpissimè, dari senatum legatis Regum, populorum, ciuitatum: item redeuntibus è sua Prouincia Prætoribus, scribit, vt l. 3. Cùm Aricini, & Ardeates ad causam orandam venissent, concilio populi à magistratibus dato, magna contentione actum. *Leur aiant eté accordé vne assamblée generale de tout le peuple, pour i deduire leur afaire: le peuple aiant eté conuoqué generalemant à leur occasion.* l. 8. Vbi est Romam ventũ, in Capitolio ei senatus datus est. l. 32. Legati ad Achæos missi, Sicyone iis concilium datum est. *Les Acheens s'assamblerent à Sicyone, pour ouïr ses deputez, ses Ambassadeurs.* Præbere conciliũ eodem sensu, & præbere senatum. Liuius l. 24. Cõcilium præbitũ est. l. 45. Senatum præberi legatis placuit. DARE ciuitatem. *Hanser quelcun, l'associer au cors des citoiens, lui donner droit d'hanse, & societé, lui donner le droit de bourgeoisie.* Cicero 3. Fin. 40. Mihi videris Latinè docere Philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare, quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur. *Tu la passes bourgeoi-*

se de Rome, apres qu'elle a longuemant conuersé auec nous comme etrangere. Sic frequentissimè Liuius, vt lib. 8. Lanuuinis ciuitas data. Aricini, Numentani, Pedani eodem iure, quo Lanuuini, in ciuitatem accepti. Antiati populo interdictum mari est, & ciuitas data Campanis equitibus honoris causa, quia cum Latinis rebellare noluissent, ciuitas data sine suffragio. *Leur a eté donné droit de bourgeois Romains, sauf le droit de suffrage, excepté qu'ils n'auront voix actiue, ni passiue és assamblées publiques : qu'ils demeureront incapables d'etre eleus, & elire autrui aux charges.* DARE mancipio, est ea, quæ Mancipis sunt, id est, quæ à solo Romano ciue, aut eo, qui iure ciuili, seu Romano vtatur, possideri possunt, vendere, & quidem, adhibita libra & ære, atque cætero ritu mancipationis. *Aliener, vandre quelque chose de celles, dont le commerce est pratiqué seulemant antre ceux, qui iouïssent du Droit Romain, sçauoir est, les fonds champetres & bourgeois de toute l'Italie, auec leurs dependances, comme serfs, troupeaux, &c. qui se vandent auec la balance & argeant an main, an presance de certain nombre de temoins.* 13. Att. 48. Vestorius ad me scripsit, vt iuberem mancipio dari seruo suo, pro mea parte, Hetereio cuidam fundum Brinnianum, vt ipse ei Puteolis rectè mancipio dare posset. *Que ie lui fasse vn mandemant exprez, que ie lui donne commission expresse par ecrit, de vandre an mon nom à Hetereius, son serf, ma rate part du fonds, que i'ai herité de Brinnius, à ce que, la commission de ma part faite lui donne droit de passer la vante, & donne asseurance à l'acheteur d'auoir deuëmant acheté.* DARE operas in scriptura, in decumis, in pascuis, in portoriis, in societate, &c. est rationes publicanorum curare, rationibus

nibus operam dare. 11. Att. 10. Terentius magnas operas in portu, & ſcriptura Aſiæ, pro magiſtro dedit. *Il a eté ſurintandant, commis an chef an beaucoup de grands negoces pour les publicains, pour les fermiers generaux du domaine, au fait des peages & paturages: il a eté garde des ports, & peages, des forets & paturages, au nom des fermiers generaux: il a eté leur commis & ſubſtitué an cete charge.* Pro magiſtro, hoc eſt, ipſe magiſter, qui magiſtrum agit in operis huiuſmodi, eadem forma loquendi, qua dicimus Latinè, gerere pro hærede, pro domino, id eſt, hæredem, dominum agere, eſſe. Qui enim præfectus erat paſcuis, decumis, portoriis, in ſocietate publicanorum, magiſter dictus eſt, ſicut qui præerat in naui, negotio nautico, & in aliis huius generis. 13. Fam. 65. Cum P. Terentio Hiſpone, qui operas in ſcriptura, pro magiſtro dat, mihi ſumma familiaritas, conſuetudóque eſt. *Qui eſt ſurintandant, qui a le maniemant des fermes, au fait des forets & paturages.* Scriptura enim propriè eſt ratio pecuariorum in paſcuis. *Le negoce de ceux, qui tiennent les fermes, les ſanſes des Forets, des Paſquis publics.* 14. Verr. 111. Canuleius, qui in portu Syracuſis operas dabat, furta iſtius nominatim permulta ad ſocios perſcripſerat. *Canuleius, qui exerçoit la charge de garde des ports à Syracuſe, Commis aux ports ſur les peages.* DARE gladiatores, ludos, munus, &c. *Exhiber les ſpectacles des eſcrimeurs à outrance, faire combatre les Gladiateurs és ieux funebres, & autres, exhiber, faire iouër les ieux publics, faire la depanſe des ieux.* DARE natalitia vel natalitiam, ſupp. cœnam. 2. Phil. 15. Non deſcendit hodie Antonius, cur? Natalitia dat in hortis. *Il banquete ſes amis an memoire du iour de ſa naiſſance. Il*

 fait

fait le banquet annuel & sollamnel à l'honneur de son iour natal. DARE nomina. 7. in Ant. 12. Omnes milites sine recusatione, summo etiam cum studio, nomina dant. *Tous les soldats sans refus, de gré à gré, alegremant s'anrolent aux troupes. Baillent volontairemant leurs noms & surnoms, pour etre anrolez, anregistrez sur l'etat des compagnies, qu'on dresse, qu'on leue.* DARE, FACERE, sollemnia verba actionum, iudiciorum, pactorum, & huiusmodi forensium negotiorum, quibus verbis actio in personam exprimitur, hoc est, comprehenduntur ea duo capita rerum, quæ à persona peti solerent, seu in dando, seu in faciendo continerentur. L. 24. D. de action. & obligat. Actio in personam est, qua cum eo agimus, qui nobis obligatus est ad faciendum aliquid, vel dandum, & semper aduersum eumdem locum habet. 3. Off. 66. Cùm augures iussissent, Claudium Centimalium demoliri ex ædibus ea, quorum altitudo officeret auspiciis; Claudius proscripsit insulam, vendidit, emit Calpurnius Lanarius. Huic ab auguribus illud idem denunciatum est. Itaque Calpurnius cùm demolitus esset, cognouisétque Claudium posteà proscripsisse, quàm esset ab auguribus demoliri iussus, ad arbitrium illum adegit, quidquid sibi dare, facere oportet, ex fide bona. *Il le conuint, il l'appela par deuant vn arbitre an action personnele, pour se voir condamner à lui paier, ou faire tout ce que de droit, & d'equité seroit ordonné par l'arbitre.* DARE, soluere, facere, Dari, solui, fieri, sollemnia verba eius iuris, quo res olim apud Romanos repetebantur ab occupantibus. Liuius libro 1. sectione 110. Quarum rerum, litium, causa

causarum condicit Pater Patratus populi Romani Quiritium, Patri Patrato Latinorum, quas res, nec dederunt, nec soluerunt, nec fecerunt, quas res dari, solui, fieri, oportuit, dic quid censes? *Touchant ce que notre deputé, pour la repetition de notre droit, a baillé assignation au deputé des Latins, & qu'à la sommation, qu'il lui a faite, de donner, paier, & faire ce, à quoi ils nous sont tenus de droit, ils n'ont point satisfait; quel est votre aduis?* DARE signum, sicut, dare tesseram, est interdum, monere clanculùm multitudinem de re aliqua, quam qui primi acceperint, aliis significent, & alij deinde aliis, donec ad omnes peruaserit notitia. Liu. l. 2. Imperator signum dat, vt quem suorum fugientem viderint, pro hoste habeant. *Il donne aduis par toute l'armée, & fait courir cét aduertissemant, comme le mot du guet, parmi les troupes, qu'on coure sus, qu'on tuë comme annemi, celui, qui fuira deuant l'annemi.* l. 5. Q. Fabium spolia legentem Galli agnouêre, pérque totam aciem, Romanum Legatum esse, signum datum. *L'aduis fut donné, & le bruit, la nouuelle courut par toute l'armée, que c'etoit l'vn des Deputez, des Ambassadeurs Romains.* L. 24. Tribuni militum Graccho nunciauerunt, neminem stantem iam vulnerare hostem, in dextris militum humana capita esse; signum dari properè iussit, proiicerent capita, inuaderéntque hostem. *Il fit donner le mot par toute la bataille, parmi tous les escadrons, qu'ils ietassent ces tetes.* L. 7. Tessera data, incolumes reuerti, qui sua corpora pro salute omnium, haud dubio periculo obiecissent, pro se quisque obuiam effusi, singulos vniuersósque seruatores appellant. *De main an main fut donné aduis à toute l'armée. A guise d'vn mot de guet, la nouuelle an fut signifiée de l'vn à l'au-*

tre par toutes les troupes. DARE bibere, *Verser à boire à quelcun.* Terentius And. 3. 2. Nunc primùm fac iste vt lauet,pòst deinde,quod iussi,ei date bibere,&,quantum imperaui,date. Cato Rust. c. 89. Bis in die Gallinas farciat, & meridie bibere dato. Nec plùs aquam antè sinat, quàm horam vnam. Eodem modo anserem alito, nisi priùs dato bibere bis in die, & bis escam. *Qu'il paisse les gelines, qu'il tient à l'angrais,deux fois le iour,& leur baille à boire sur le midi, ne laisse l'eau deuant elles plus haut d'vne heure.* DARE aquam manibus. *Donner eau à lauer la main, bailler,seruir de l'eau à lauer les mains.*Plaut. Persa 5. 1.Mecum natalem agitemus amœnum : date aquam manibus: Apponite mensam. Trucul. 7. Face vt accumbam. Soleas mihi date:pallium iniice in me:dato aquam manibus. *Baille moi de l'eau : donne à lauer les mains.* DARE inuidiæ sanguinem, sicut mittere inuidiæ sanguinem. Liu.l.3. Video,donec arma aduersariis tradantur,differri aduersùs nos certamen. Dandus inuidiæ est sanguis. Nihil, ne ego quidem moror, quò minùs Decemuiratu abeam. *Il faut, que l'examtion de la male grace de ce peuple me coute vne saignée :c'est à dire, qu'il i aille quelque chose du mien, pour me garantir du mecontantemant de ce peuple.Que pour ne le mecontanter d'auantage, ie me deporte de mon etat, ie sorte de charge,ie renonce au Deçamuirat : & pource dés maintenant de mon plein gré i'i renonce.* Sic Tullius 1. Att. 14. Mittere inuidiæ sanguinem vsurpat,sumta metaphora ex iis morbis, quorum periculum missione sanguinis declinatur. Affinis est illi locutioni hæc alia Liuij 7. 62. Quid stas, miles? in belluas strinximus ferrum : Hauriendus, aut dandus est sanguis. *Il faut, que nous leur donnions la saignée,*

ſaignée, ou qu'ils nous la donnent: que nous leur tirions le ſang, & l'ame du cors, ou bien eux à nous. DARE partes in re negotiali, eſt, aliquem, ſeu adſciſcere, vocare ſua ſponte, ſeu admittere petentem in ſocietatem gerendi negotij; ſicut is habere dicitur partes aliquorum, aut alicuius in negotio, qui cum eis quæſtus particeps gerit negotium. Pro Rab. Poſt. 4. Nec intereà locupletare amicos deſtitit, mittere in negotium, dare partes, re augere, fide ſuſtentare. *Les anuoier, les amploier çà & là au negoce, les faire parſonniers auec ſoi, leur faire part, & du negoce, & du profit.* Proximè antè dixerat: Poſtumus multa geſſit: multa contraxit: magnas partes habuit Publicanorum: in pluribus prouinciis eius verſata res eſt. *Il a eu fort bonne part aux fermes, aux arrantemans des Publicains, des fermiers generaux du domaine de la Repub.*

DOCEO, or. Sicut Diſcere fidibus, ita DOcere, Doceri fidibus, dixerunt Latini, & cætera eiuſdem generis. 9. Fam. 22. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. *Lui montra à iouër du Luth, & autres ſamblables inſtrumans à cordes.* Diſcere, Canere fidibus, eodem genere loquendi dixerunt veteres. Sen. 26. Antiqui diſcebant fidibus. V. Cano. Brut. 169. Doctus Græcis literis noſter propinquus M. Gratidius. Ibid. Q & D. Valerij Sorani vicini, & familiares mei, non tam in dicendo admirabiles, quàm docti, & Græcis literis & Latinis.

11 DOCTRINA, & eſt iam quæſita quocumque pacto eruditio, & aliquando etiam ipſa docendi & diſcendi actio, qua traditur, & paratur eruditio. Cicero 2. de Orat. 109. Definitio hæc genere ipſo doctrinam redolet, exercitationémque penè

pue-

puerilem. 9. de Orat. 123. Institutus liberaliter educatione, doctrináque puerili ibidem 259. Ius ciuile summatim percipi sine doctrina potest. 1. de Orat. 208. Hæc non aliqua mihi doctrina tradita sunt: Hortens. Litteris, talibúsque doctrinis excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui, & præparari decet.

111 DOCTVS. Doctum à Perito nonnullis locis Tullius ita discernit, vt indicet, Doctum esse, qui aliena disciplina sit imbutus: Peritum verò, qui præter documenta aliena, ipse vsu, & experientia sua factus sit doctior. 1. Off. 147 Ad ea eligenda, quæ dubitationem afferant, adhibere doctos homines, vel etiam vsu peritos. 3 Off. 15. Cùm sunt docti à peritis, facilè desistunt sententia.

DOLEO. Explodendum, quod vulgus semper in ore habet, Doleo, pro Æger sum, Ægroto, & his similibus, ita vt simul dedoceatur prauum, simul doceatur rectum verbi vsum. Doleo ergo, non est, æger sum: sed animi dolorem, ægritudinem patior. Dolet, Condolet mihi caput, latus, & cætera, id est, morbo, dolore afficiuntur. Illo priore sensu dicimus: Doleo hanc rem, hac re, de hac re, mihi dolet ea res. Posteriore verò sic; Præcordia, viscera mihi dolent, plana quidem, & vsitata oratione: figurata verò etiam Poëtæ Comici dicunt, caput doleo. Cicero pro Sest. 145. Qui meum casum, luctúmque doluerunt. 4. Attic. 6. Nos malo solatio, sed nonnullo tamen consolamur, quòd ipsius vicem minimè dolemus. *Ce qu'il i a du bon heur an sa mort, fait que nous la regretons moins.* 16. Att. 2. Dummodò doleant aliquid; doleant, quod libet. 12. Attic. 1. De Atticæ febricula, scilicet, valdè dolui. 6. Attic. 6. De Hortensio te certò scio dolere. Pro Cœl. 37. Si egebis, tibi dolebit. Pro Mur. 42. Cui

42. Cui placet, obliuiscitur; cui dolet, meminit. Terent. Adelphis 2. 4 Hoc mihi dolet, nos penè serò scisse. Phormione 1. 3. Aliis, quia desit, quòd ament, dolet; ægre est tibi, quia superest. Plaut. Amphit. 5. 2. Ego illud scio, quàm doluerit cordi meo. *Combien i'an ai eté marri an mon ame.* Ibidem 1. Nónne hic homo me pugnis contudit? Fecit herclè. Nam mihi etiam nunc misero malæ dolent. Mostell. Dolet mihi cor Condolet, eadem ratione. ~~Orator~~ Latus ei condoluisse, sudorem multum consecutum esse audiebamus. 2. Tusc. 52. Nos, si pes condoluit, si dens: fac dolere totum corpus, ferre non possumus. Dolet ab ictu, dolet à sole caput. Doleo me, doleo ab oculis, & nonnulla huius generis cùm dixit Plaut. dixit comica libertate, & rarissimè, quod rariùs quoque imitabere.

DOMINOR tertium casum numquam habet adiunctum, vt proprium, quem frustra Grammatici comminiscuntur, in isto, atque huiusmodi locis, Victis dominabitur Argis. Nam, vnde præstabunt, ibi tertiũ, ac non potiùs sextum casum, quem absolutum vocant, qui nullius verbi est proprius, debere intelligi? Itaque cum Tullio, & cæteris Latinis, huic verbo adiunges quartum, aut sextum casum, adhibita particula In. 1. de Orat. 35. Vsus dicendi in omni pacato populo, & libera ciuitate dominatur. Pro Quint. 94. Improbos in capite, fortunísque hominum honestissimorum dominari. 4. Fam. 12. Casus & fortuna in bonis dominantur. De Sen. 37. Senectus honesta est, si vsque ad extremum spiritum dominatur in suos.

II DOMINARI patiendi voce ex veteri Poëta protulit Tullius 1. Offic. 139. O domus antiqua, quàm dispari dominare Domino. Proximè antè dixerat: Ampla domus dedecori sæpè domino fit, si est

est in ea solitudo,& maximè,si aliquando alio domino solita est frequentari.Odiosum est enim,cùm à prætereuntibus dicitur,O domus,&c.

III DOMINVS,Magister,Rex conuiuij,epuli,cœnæ.In Vat.51.Cùm ipse epuli dominus,Qu.Arrius, albatus esset,tu in templum Castoris te cum Fidulo Atrato, cæterísque tuis furiis funestum intulisti. Epuli Dominus. *Celui,qui par election des banquetans, ou par sort etant creé moderateur du banquet, donnoit le reglemant, qu'on deuoit garder au tout le banquet,ordonnant à vn chacun des conuiés sa place, comme,& combien lon beuroit, quel suiet on traiteroit au discours de table.*

IV DOMINIVM, Magisterium Tullio, & aliis dictum est ex Domino epuli, tum ius illud, atque imperium, quod ille in epulo exerceret, tum ipse conuiuij locus. 5. Verr. 9. Huius argento dominia vestra, huius signis & tabulis Forum, Comitiúmque ornari? Præsertim cùm vos vestro marte his rebus omnibus abundetis. *Quelle plus grande indignité peut etre, que de voir, commant vous-vous serués des tableaux, statuës, & pieces de relief de Verres,pour orner les sales de vos banquets, & festins? Pour richemant parer le lieu du conuiue és iours, que vous presidés au festin; le iour, que vous exerceés la principauté,la surintandance au bāquet.*Locus enim Tullij sic legendus est, ex veterum codicum fide, atque peritiorum testimonio, ac iudicio, non vt iam legitur, Domos vestras.Sic restituendus quoque idem Tullij locus apud Nonium,vbi deprauatè nunc scribitur, Argento dominos vestra. Item ille Lucilij apud eumdem;Primùm domini, & sodalitia omnia tollantur. Dominia, inquam,legendum, non domini. Critici, importunum hominum genus, quibus fortè non sapiebat vox illa, Dominium,

Dominium,extritis paucis literis, ex dominio fecerunt dominum. Sed educendum in lucem est, atque vsu conterendum probum, Latinissimúmque vocabulum, quod vltra epulorum rationem latissimè patet.

V DOMINIVM autem est ius, ac potestas re quapiam, tum vtendi, tum abutendi, quatenus iure ciuili permittitur: Seu quo quis rei cuiusuis dominus est, & res illius est propria. Qua vna conditione differt Vsusfructus à solido Dominio, tametsi ludens Tullius scripserit aliquando, id cuiusque esse proprium, quo vtitur quisque, ac fruitur. Liuius l.44. Massinissam meminisse, regnum à populo Rom. partum, auctúmque, & multiplicatum se habere, vsu regni contentum; Dominium, & ius eorum, qui dederint, esse. *Que Massinissa se contantoit de l'vsufruit de son Roiaume, lequel an proprieté appartenoit aux Romains. Que lui n'an etoit que vsufructuaire, & les Romains les vrais, les legitimes seigneurs, & proprietaires.* Varro Rustic. lib. 2. cap. 7. Emtio equina similis ferè ac boum, & asinorum, quòd eisdem rebus dominium mutant in emtione, vt in Manilij actionibus sunt perscripta. *La proprieté an est transferée à l'acheteur, sous les mémes conditions, que des bœufs & anes.* Sic passim vsurpant veteres Latinitatis, & periti, & obseruantes.

l.45. Vsure

DVCO. Primùm origo, & initium rerum hoc verbo significatur, vt, Ex quatuor temporum mutationibus, omnium, quæ in terra maríque gignuntur, initia causǽque ducantur. de N. Sed ab his partibus honestatis, quemadmodum officia ducerentur, satis expositum videtur.

II Ducere, absolutè sæpè ponitur, pro præesse cum potestate exercitui, atque sic præsidentem, copias

pias aliquò,seu expeditionis, seu viæ tantùm causa ducere. Liuius lib. 22. 34. Dictator, & Magister Equitum castra in viam deferunt, qua Hannibal ducturus erat. *Ils se portent auec leurs camps aux androits, où Hannibal alloit faire passer son armée.* Ibidem, Fabius mediis inter hostium agmen, vrbémque iugis ducebat. *Fabius conduisoit son armée par le haut des coutaux, antre la ville & les troupes de l'annemi.*

III Ducere animam, spiritum, aërem spiritu, est aspirare, atque respirare, adeóque etiam vitã ducere, viuere, quia ducentes animam, viuimus. 2. de Nat. 18. Aliud ab igne, aliud ab aëre sumsimus, quem spiritu ducimus. 2. de Nat. 135. Aspera arteria excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eámque à pulmonibus respirat, ac reddit. 4. Heren. 46. Anhelans ex imis pulmonibus spiritus, præ cura ducebatur Pro Pom. 33. Cùm eos portus, quibus spiritum & vitam ducitis, fuisse in potestate prædonum sciatis. 10. Fam. 1. Vt optandum sit, vt possimus ad id tempus Reip. spiritum ducere.

IV Ducere rationem, ducere fenus, vsuras, centesimas vsuras, & huiusmodi alia, ærariæ numinariæque sunt formulæ. *Ce sont propres termes de contes & finances.* Tullius 8. ad Attic. 15. Cùm pacis côditiones ad te afferri viderem, duxi meam rationem. *Ie me suis mis à faire & supputer mes contes, i'ai commancé à antrer an cõsideration de ce, qui me touche an cet afaire.* 3. Verr. 126. Qui in re aduentitia tam attentus esset, debere eum aiebat, suam quoque rationem ducere. *Qu'etant si soigneux à se preualoir d'vne partie casuele, il deuoit aussi tirer an ligne de conte, les interets de Verres, & an auoir soin.* 5. ad Att. 21. Cùm senatusconsultum factum sit in creditorum causa, vt centesimæ perpetuo fenore

duce

ducerentur, hoc quid intersit, si tuos digitos noui, certè subductum habes. *Aiant eté accordé, par Arret du Senat, aux creanciers, qu'ils prandroient les interets de leurs detes, à raison de douze pour çant, à condition neantmoins, que lesdits interets, à faute d'etre paiés au terme, ne seroient imputés au principal, mais retiendroient toujiours la nature & condition d'interets, les debiteurs n'etans obligez, pour la demeure, aux interets des interets.* 9. Att. 1. Confeceram, vt soluerent, centesimis sexennij ductis, cum renouatione singulorum annorum. At Scaptius quarternas postulabat. *I'auoi fait resoudre les Salaminiens debiteurs, de paier à Scaptius creancier, ansamble auec le principal, les interets des interets de six années, & ce à raison de douze pour çant, les interets de chaque année imputés au principal, auec accreüe annuele, & renouation dudit principal. Mais Scaptius demandoit le profit annuel au quadruple; sçauoir est, quarãte-huit pour çant.*
v Ducere, Duci, absolutè ponitur pro agere, agi in vincula, & supplicium. 2. de Orat. 255. Videtur esse misericors ille, qui iudicatum duci videns, percontatur ita; Quanti addictus? Mille nummûm. Nihil addo, ducas licèt. *Celui là samble etre misericordieux, & il ne l'est pas, lequel voiant vn pauure debiteur condamné, an cas de dete, à etre liuré és mains de son creancier, & tiré an prison, interroge le creancier, pour quelle somme son debiteur lui a eté adiugé.* Pro Flacco 48. Iste, cùm iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. *Heraclides ne satisfaisant à la santance, qui l'obligeoit à paier la somme demandée par Hermippus, fut par decret du Iuge adiugé, & liuré és mains d'Hermippus, qui l'ammena lié & garroté chez soi, selon les loix & coutumes Romaines.*

EDICO.

E

EDICO. Qui, aut bello gerendo, aut iuri dicundo præsunt cum potestate, aut denique munus exercent cum imperio, ij Edicere dicuntur, cùm quid, aut verbo, aut scripto in vniuersum publicè decernunt. 4. Verr. 96. Si quis eum pulsasset, edixit sese iniuriarum iudiciū non daturum. *Il proposa vn decret, il publia vn edit, par lequel il decretoit, il ordonnoit, que.* V. Dare iudicium. 2. Inu. 67. Quæ Prætores edicere consueuerunt, *Ce qu'ils publient an l'edit sollannel, contenant la forme de droit, qu'ils veulent garder an leurs iugemans.* 6. in Anton. 2. Iustitium edici, saga sumi, dixi placere. *Mon opinion au conseil a eté, que de l'autorité du magistrat fut publiée surssoiance de plaids, de iugemans, & qu'on print les armes.* Liuius l. 8. Consules edicunt, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret. *Ils font publier vn mandemant, vne ordonnance par toute l'armée, que personne ne combatit hors de tans, & sans exprés congé.*

E D O. Diuulgare publicè, proponere, aut omnibus, aut alicui quidpiam, Edere est. Cicero de leg. Leges edentur non perfectæ. *Seront mises an lumiere, publiées.* Iudicium quin acciperet, in ea ipsa verba, quæ Næuius edebat, non recusasse. Pro Qu. *Il consantit, que iugemant fut fait, qu'il fut conneu du differant sous la forme de la commission donnée par le Preteur.* Se iudicium id, quod edat, accipere. Item, Posteà quàm editum, expositis à Cn. Flau. primùm actionibus, nulli fuerunt. De Or. Nec scriptum habeo, nec possum edere. In V. Tabellæ recitatæ, nobísque editæ sunt. Pro Clu. *Nous ont eté communiquées.* Edere rationem

nem alicuius rei cuipiam. Attic. *Lui an monrrer l'etat.* Socium in eius bonis edidisti Quinctium. Pro Qu. Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, nisi auaritia, esse perituram. Off. *Apollo publia par son oracle.* Tibi, familiari meo, priùs edituri fuerunt iudicium scribæ mei, si voluisses, quàm in codicem referrent. Pro Syll. 44. Pòst autem aliquantò Vulturnij indicio exposito, atque edito surrexit. 3. in Catil. 11. *La forme qu'on tiendroit an ce iugemant etant communiquée, à qui il appartenoit.* Is nomen meum operariis ediderat, imperitis iniecerat. Pro Dom. Clarissimi ciues nomen editi Iudicis non tulerunt. Pro Planc. 41. *Du iuge deputé, commis, & nommé.*

EFFERO. Terram efferre fructus, frequenter dicunt Latini, vulgus non vsurpat. de Clar. 16. Ager, qui multos annos quieuit, vberiores efferre fruges solet. 5. Verr. 113. Cùm ager, id quod perrarò euenit, cum decumo extulisset. *Dix mesures pour vne.* Ibid. 198. Id perdere aratorem, quod agri segetésque extulissent.

II Efferre, est, domo educere cadauer ad sepulturam. 15. Attic. 1. Cnæus Lucullus matrem efferebat. 3. de Nat. 80. Cur Maximus extulit filium Consularem? 2. de Leg. 66. Demetrius sumtus funerum minuit, non solùm pœna, sed etiam tempore. Antè lucem enim iussit efferri. Sepulcris autem finiuit modum. EFFERRI funere, pro eodem ponitur. Cùm casu in eadem causa funere efferretur anus Iunia. 2. de Orat. 225. Si Cæsar funere elatus esset. 14. Att. 10. Cùm tua rogatione, funere elata resp. est. Pro Domo 42.

III Efferre, pro Extollere. Quæ res extulit eum? vna commendatio huius. Pro Qu. R. Hi quos fortuna extulit, &c. pro Cor. Quę quamquam sunt abscissæ,

tamen

tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescent. De Pro. in cælum laudibus efferre.

IV Effert me aliquid, Efferor aliqua re, id est, Afficit, concitat, commouet me, Afficior, concitor. Si me efferret aliquando ad gloriam, in refutandis maledictis improborum, animi quidam dolor, quis nō ignosceret? de Har. *Si ie me trouuoi elancé d'vn ressantimant de douleur, qui s'an pourroit formaliser?* Dolore efferri, & iracundia longiùs digredi, quàm deceat. De Harusp. 17. 21. Læsi dolent, irati efferuntur. Pro Cœl. 21. Efferri lætitia. Pro Deiot. Si vincunt; efferunt se lætitia: victi debilitantur, animósque demittunt. 4. de Fin. 42. Efferre se insolenter. Tusc. Gaudio sum elatus. Ep. Superbire, vt recentiores loquuntur, veteri & incorrupto more, Efferri dicebatur. Efferre animos. Pro Dom. Sed certè non continebuntur, progredientur longiùs, efferentur. contr. Rull. Sese gloria, & prædicatione efferre. Par.

V Pronuncio, enuncio verbis, sermone. Res alio, atque alio elata verbo. Orat. 2 Efferre sententiam, grauem inconditis verbis. Verba, quæ similiter iisdem casibus efferuntur. 4. ad Herennium 29.

EFFERVESCO. Sicut liquida, cùm calore, aut tempestatibus æstuant; ita cætera omnia, quæ vehementiore motu concitantur, dicuntur efferuescere. 2. de Nat. 17. Quam similitudinem cernere possumus in aquis quæ efferuescunt, subditis ignibus. Pro Cœlio 77. Si nimiùm efferbuisse videtur huius, in gerendis inimicitiis, vis, ferocitas, pertinacia. *Si son impetuosité naturele, sa fierté & courage se sont par trop echaufez.* pro Plancio 15. Sic campus, atque illæ vndæ Comitiorum, vt mare profundum, & immensum, efferuescunt quodam quasi

quasi æstu. *Les agitations & mouuemans des affe-ctions populaires ez assamblees generales pour la creation des Magistrats, s'eschaufent grandemant, à guise des vagues d'vne mer tan pestueuse.*

EFFINGO, OR. Effingere, fingere, est sordida, vel humida detergere, ac detergendo exsiccare. *Cat.* rei Rust. c. 67 Torcularis custos faces quotidie eiiciat, amurcam commutet, vsque adeò donec in lacum peruenerit, fiscinas spongia effingat. *Qu'il anleue la cresse de l'huile de la hair des oliues, qui s'est ecoulée auec l'huile, & face courir la lie auec l'huile par le canal, dans le cuueau de la depanse, & en torchant & essuiant auec eponges les cabas, qui ont receu les oliues foulées au pressoir, ampor.e toute l'huile, qui s'i est arretée.* Afranius apud Non. Accedo, vt ceruicem tibi fingam linteo. *Pour te torcher & essuier le derriere du col à tout vn linge.* Tullius pro Sestio 77. Meministis tum corporibus ciuium Tiberim compleri, cloacas referciri, è foro spongiis sanguinem effingi: *Que lors le sang des citoiens, regorgeant par les places, etoit ramassé & essuié auec des eponges.* Virgilius Æneid. 8. Illam (lupam) tereti ceruice reflexam, mulcere alternos, & corpora fingere lingua. *Que la louue les lechât l'vn apres l'autre, leur alloit essuiant la moiteur du cors auec la langue.*

EFFLORESCO. Quæ, vt flores, ex suo calyce ac folliculo se exerunt, cum copia & venustate quadam, ea rectè dicuntur efflorescere. Ex rerum cognitione efflorescat, & redundet oportet oratio. de Orat. Vtilitas efflorescit ex amicitia, etiamsi tu eam minùs secutus sis. de Amicit. Pòst Anapæstus, procerior quidam numerus, effloruit. de Or. Ampulanda multa sunt illi ætati, siquidem efflorescit ingenij laudibus. Pro Cœlio. Et apparebit eas penitùs

nitùs

nitus ex ea causa, quæ tum agatur, efflo ruisse. de Orat. Cùm autem vsus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere, &c. de Finib.

EFFLVO. Traducitur ad ea, quæ excedunt, abeunt ferè sine sensu. Considerabis etiam de Tusculano, ne æstuet, effluat. Att. Præterita ætas, quamuis lõga, cùm effluxerit, non potest consolari stultum senem. de Senectute. Cùm enim id aduenerit, tum illud, quod præterit, effluxit. Nec præteritas voluptates effluere patiatur. De Finibus. Hoc modo me commouit Pisonis anulus, quòd totum effluerat. In V. Antè quàm planè ex animo tuo effluo. Ep.

EFFVNDO. Quæ cum copia emittuntur foras, effundi ea dicimus. Effudi vobis omnia, quæ habebam. de Orat. Testis effudit, quæ voluit, omnia. pro Flacco. Hæc enim ætas effudit hanc copiam. De Or. Brutus effudit illa omnia, quæ tacuerat. Att. Pompeius in nos suauissimè est effusus. *A montré anuers nous toute l'affection, qu'il pouuoit mõtrer.* Segetes fecundæ effundunt herbas inimicas frugibus. *Ietent herbes à foison.* Quo ego odium effudisse me omne arbitrabar. Epist. Magno timore perculsa ciuitas tota ad te se cum coniugibus, & liberis effundebat. Att. Consules ex Italia profugisse, cunctum senatum, totam Italiam esse effusam. pro Deiot. Qui omnes audaces Tribunus è carcere in forum effudit. De Ar. *Mis hors de prison, & ieté an place publique les plus audacieux à mal faire.* Qui in me carcerem effudistis. in Pison. *Auez donné liberté aux prisonniers, & iceux auez anuoié contre moi, pour me defaire.*

EIVRO, as. Eiurare bonam copiam dictus est, qui iurabat, se in bonis non habere, vnde æs alienum solueret. 9. Fam. 16. Tu, quòd mihi bonam copiam

piam eiures, nihil est: tum enim, cùm rem habebas, quæstiunculis te faciebam attentiorem: nunc, cùm bona perdas, &c. Varro lib. 6. de ling. Lat. Liber, qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debet, dat, dum soluat, Nexus vocatur. Hoc, C. Popilio rogante, Sylla Dictatore, sublatum, ne fieret, & omnes, qui bonam copiam eiurarent, ne essent nexi, dissoluti. EIVRATIO, inquit Festus, significat id, quod desideratur, non posse præstari.

II EIVRO iudicem, aut alium iniquum, hoc est, iureiurando mihi esse iniquum affirmo. 2. de Orat. 285. Scipio, cùm ei Flaccus Mucium iudicem tulisset, Eiuro, inquit, iniquus est. *Ie le recuse, d'autant qu'il me veut mal.* Ibidem. Non ego mihi illum iniquum eiuro, verùm omnibus. 15. Ver. 138. Negotiatores putant esse turpe, id forum sibi iniquum eiurare, vbi negotientur: Prætor Prouinciam totam sibi iniquam eiurat.

ELABORO, aut valdè laboro, aut operam do. 2. Agrar. Nullum est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret. *Il n'i a coin de terre si pierreux, & caillebotеux, que quelque laboureur n'antreprẽne de le randre fertile, à force de bras & de culture: à force de se pener apres.* Ex illis rebus vniuersis eloquentia constat, quibus singulis elaborare permagnum est. de Ora. Desudare, & elaborare in aliqua re. De Somn. Elaborare, & eniti causa alicuius. Qu. de Pet. Qui se ostenderit de toto hoc genere nihil elaborare.

ELEVO, idem quod verbis, aut alia ratione, minuo. Suspiciones, & offensiones, in amicitia, tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est. de Amic. Nihil est, quod tam obtundat, eleuétque ægritudinem quàm, &c. Tusc. Quod

est ab aduersario obiectum, lepore magis eleuandum, quàm contentione frangendum videtur. de Orat. Non intelligis duplicari sollicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulabat. Epist. Mouere risum oratoris est, quod frangit aduersarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat. de Orat.

ELOCO, as. Elocat, qui quidpiam faciendum, aut curandum locat. Zenon fundum elocatum esse dicebat. 5. Verr. 55. Id est, datum colendum colono. *Baillé à çanse.* Gens victa, elocata, seruata. pro Flac. 69. *Asseruie à etre baillée à seruice, à louage pour de l'argeant, comme esclaue.* Alij malunt sic exponere, eiecta, pulsa suo loco, suis domiciliis & patria. *Ammenée an seruage hors de son païs.* Priore sensu Columel. dicit, Elocare boues. Plin. Elocare funus faciendum. Posteriore, Emouere dicitur veriùs, & Latiniùs, quàm Elocare.

ELVDO. Eludere, est, scitè fallere, ac imponere, fallendo, culpam, aut periculum declinare. Quæ est ista ars coniectoris eludentis ingenio? 2. Diu. 145. id est, *Deceuant aisémant par artifice, par angin naturel, par cautele.* Locus est de somniorum interpretibus, qui coniecturis diuinantes, contraria respondebant eadem de re, imponentes rudib. De optim. gen. Or. 17. Quem omnes doctissimum Oratorem esse dixerunt, tamen hunc (Isocratem) in numero non repono. Non enim in acie versatur, & ferro, sed quasi rudibus eius eludit oratio. A me autem gladiatorum nobilissimum par inducitur. *Isocrate an son bien dire n'est qu'vn escrimeur de sale, son eloquance n'est qu'vn ieu de bretes, de fleurets, aupres de celle de Demosthene qui est vn vaillant champion, & son parler est vn combat à outrance, vn choc, qui porte son homme*

par

par terre. eludit rudibus palæſtrita, cùm ludicra, & vmbratili ſe exercet pugna; cùm rudes, virgas illas ferreas, ludicræ pugnæ proprias, iactat, & circumagit arte quadam, & venuſtate. Cùm prœlium illud ciet, quod ſpeciem habet multam, atque pompam, ſudoris parùm, cruoris nihil habet. Non enim verſatur in acie, & ferro: vt, qui de capite decernunt, iuſto bello.

EMANO. Quæ vel ſua ſponte fluunt, vel conſultò à nobis prodeunt, ea emanant. Orationem ita compreſſeram, vt numquam emanaturam putarem. Att. Num ferè omnis ſermo, ad forenſem famam, ab his emanat auctoribus? Qu. de Pet. Veteri te arbitror, ne per nos hic ſermo tuus emanet. de Clar. Quæ fama non idcircò ſolùm emanarat. in V. Denique inuidioſum tibi ſit, ſi emanarit. epiſt.

EMENTIOR. Ementiri quidpiam, eſt, imitatione quadam effingere. Æſchines legationem ementitus eſt. Alij ementiti ſunt in eos, quos oderant. Part. Ementiri genus ſuum. Pro Cor. 5. *Se porter. ſe dire etre d'vne nation, ou d'vne race, dont lon n'eſt pas.* Non furatus eſt ciuitatem, non genus ſuum ementitus? Ibidem. *S'eſt-il pas porté pour bourgeois à faux? dit Romain, ne l'etant pas?* Videmus hæc ſigna numquàm ferè ementientia. de D. ementitus eſt auſpicia. in A. Quòd me de ementitis auſpiciis putares eſſe dicturum. Quantum ſit ementita opinio, apparet. Tuſcul.

EMEREO, or, ſicut Mereo, Mereor, militare verbum eſt. Meretur miles, dum adhuc implet: emeretur, cùm ferè expleuit ſtipendia, & legitimo tempore perfunctus eſt. Cicero 6. Attic. 2. Annuæ mihi operæ ad tertium Kal. Sextiles emerentur. *I'aurai accompli l'année de mon gouuernemant le*

vinthuitieme de Iuillet. 6. Attic. 5. Nos annuum tempus propè iam emeritum habebamus. Dies enim triginta, & tres erant reliqui. De Senectute 49. Animum, tamquàm emeritis stipendiis ambitionis, secum esse. Liuius lib. 39. sectione 44. Æbutio emerita stipendia essent, ne inuitus militaret, néve Censor ei publicum equum assignaret. *Qu'il fut dispansé du deuoir de la guerre, & fut tenu, comme i aiant randu son antier seruice.*

II EMERITVS miles, qui habet absoluta, completa stipendia. Lucanus libro 1. Quę rura dabuntur Emeritis? Traducitur deinde nomen hoc, similitudine quadam, ad alia quælibet, extra militiam, vt ad operas forenses, politicas, rusticas, & ad alias artes.

EMERGO. Transfert Cicero hoc verbum ad ea, quibus expedimur. Homo emersus subitò ex diuturnis tenebris lustrorum, ac stuprorum. Pro Sest. Homo emersus è cœno. in Vat. Emergere ex mendicitate. in Vat. Emergere ex peculatus iudicio. in Ver. Filium emergere ex paternis probris.

II Agendi significatione, ponitur cum accusatiuo. Ista serpens, quæ tum hîc delitescit, tum se emergit. Harusp. 55. Et Corn. Nep. vita Att. Emergere se ex malis. Emergi quoque dixit Terent. Adelphis 3. 2. Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non potest.

EMO, or. Emere benè. *Acheter à bon conte. Item, acheter chose vtile: Item, acheter d'vn bon vandeur, bien reponsable, & chose non litigieuse.* Emere malè, *Acheter cher, ou chose non profitable, ou d'vn mauuais vandeur.* Tullius 1. Att. 10. Messala Autronianam domum emit. Ea emtione, & nos benè emisse iudicati sumus. *A comparaison de son achet,*

achet, le notre a samblé etre fait bien à propos. Tullius 12. Att. 24. De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego audieram. Sed quanti quanti, benè emitur, quod necesse est. *Pour cher qu'on achete, c'est tousiours à bon marché, quand on an a necessité.* Tullius 2. At. 4. Si in eo, quod ostenderat, Titinius non stat, mihi maximè placet, ea, quæ malè emta sunt, reddi, si voluntate Pomponiæ fieri poterit: si ne id quidem, nummi potiùs addantur, quàm vt vllus sit scrupulus. *Si Titinius ne veut se tenir à la vante, qu'il nous a passée, ie suis d'aduis, qu'auec le consantemant de Pomponia, on lui rande ses fonds, que nous auons achetés à trop haut pris, si Pomponia n'i consant, qu'on donne ancore quelque chose de plus, pour contanter Titinius.*

11 Emere, Redimere, & Conducere, Emi, Redimi, & Conduci; sicut Locare, ac Vendere, pro eodem sumuntur apud veteres. Caius L. 19. de action. emt. & vend. Veteres in emtione & venditione, neque appellationibus promiscuè vtebantur, id est, in locatione, & conductione. Tullius Bruto 55. Cùm insimularetur familia societatis eius, quæ pecuaria de Césoribus redemisset. *La famille des fermiers, qui auoient açansé des çanseurs le droit des paturages, le pouuoir de tenir quantité de betail dans les forets.* Hîc te ita vei sari, vt publicanis satisfacias, publicis malè redemtis, & socios perire non sinas, diuinæ cuiusdam virtutis est. *Que tu contantes les fermiers du domaine, qui ont prins leurs çanses à trop haut pris, c'est vne grãde vertu.* Tullius 3. Verr. 142. Vbi illa consuetudo in bonis (prædibus, prædiisque) vendundis, omnium Consulum, Censorum, Quæstorum, vt optima conditione sit is, cuia res, cuiũ periculum? *Commant s'est euanoüie cete loüable coutume de tous les anciens Consuls, çanseurs, &*

Questeurs;qu'au bail des çanses,& des pris-faits,an cas de quelque nouuele difficulté, les fermiers, & pris faiteurs fussēt toujours auātagés sur tous autres?

III Tanti est mihi emta res? licitantium: Tanti tibi est emta, vendentium sollemnis formula. Varro 2. Rei Rust. 2. In emtionibus iure vtimur eo, quod lex præscripsit. De reliquo, antiqua ferè formula vtuntur, cùm emtor dixit, Tanti sunt mihi emtæ oues? & ille dixit, Sunt: & expromsit nummos. *Me les baillez-vous pour le prix, que i'ai dit? oui,elles sont à vous pour ce pris.* Plinius lib. 17.c.1. Crassus domum suam Domitio addicere se respōdit, exceptis sex arboribus: ac ne vno quidem denario, si adimerentur, emtam, volente Domitio.

IV Rogare emtum, *sommer le vandeur de nous deliurer la chose marchandée, pour le pris, que nous auons offert, si autre n'an offre plus.* Plautus Captiuis 2. Agesis, roga emtum. *Or sus, passe marché auec moi, pran moi au mot.* P. Nisi meliorem quis affert. *Ie tien le marché, an cas qu'il ne s'an presante de plus auantageux pour moi.*

V Præfinire, præscribere, præstituere alicui, quo ne pluris rem emat, quò ne pluris res ematur. *Lui taxer, iusques où il auancera, il s'etandra an cet achet, & non plus.* Tullius 7. Ep. 2. Sed eò vidisti multùm, quòd præfinisti, quò ne pluris emerem. *Tu m'as marqué la somme, que ie ne deuoi outrepasser an cet achet.* Præfinire, quo ne pluris annona ematur, veneat in vrbe, in mercatu, in nundinis. *Bailler le taux aux danrées, au dessus duquel elles ne puissent etre vanduës au marché.*

VI Quanti minoris, quanto minoris emturus esset emtor, ei venditorem damnare. *Condamner le vandeur de mauuaise foi anuers l'acheteur, à la moins valuë de sa marchandise, à rambourser ce que moins elle*

elle vaut, qu'il ne l'a vanduë. Quanti pluris, quanto pluris æquo venit merx, tantum emtori venditorē præstare oportere. *Que le vandeur doit dedommager l'acheteur de la suruăte, de ce qu'il a suruădu.*

EMOVEO, Or. Is emouet senatu, tribu, ciuitate, patria, qui pro imperio inde extrudit, & amandat cum ignominia. *Qui a droit, & pouuoir de demetre, expulser, & metre hors de tels lieux, & auec note d'infamie.* Emouetur, qui cum infamia extruditur. Liu. 45. 36. Neque Censor, si tribu mouere posset, ideò omnibus quinque, ac triginta tribubus posset emouere. *Que si le çanseur auoit droit de casser vn citoien de sa Tribu, ne s'ansuiuoit pas, qu'il peût pourtăt le casser, & chasser de toutes les autres Tribus du peuple Romain.* Liu. ibid. 37. Plures, quă à superioribus Censoribus, senatu emoti sunt, & iussi equos vendere. *Beaucoup plus furĕt degradez du Senat par ces çanseurs, que par les precedans.* Liu. 26. 114. Qui Campanorum trans Tiberim emoti, nec eorum posteri vspiam parerent, haberéntve, nisi in Veiente, Sutrino, Neposinóve agro. *Que ceux des Capoüans, qui, bannis de leurs païs, auroiĕt eté confinez delà le Tibre.* Liu. ibid. Qui Campanorum ad Romanos priùs transissent, quàm Hannibal Capuam venisset, eos cis Vulturnum emouendos censuerunt. *Furĕt d'aduis de les transplacer deçà le Vulturne, riuiere de la Champagne, antre Capouë & Rome.*

ENVBO, INNVBO. Enubit, quæ nuptum abit extra eos, quibuscum lege, ac more ius habet connubij: Innubit eadem, cùm alienis nubit. Liuius l. 10. 68. Virginiam Patriciam, plebeio nuptam, matronæ, quòd è Patriciis enupserat, sacris arcuerant. *D'autant qu'elle s'etoit departie des gens de sa cŏdition noble, pour se ioindre à vn mari de qualité roturiere.* Idē l. 4. 13. Nobilitatem vestrā sinceram ser-

uare non poteratis, nec ducendo ex plebe, neque vestras filias, sororésque enubere sinendo è Patriciis? Item lib. 39. 40. Senatusconsultum factum est, vti Hispalæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris etiam optio esset. *Qu'il lui fut permis de se marier à vn homme de condition franche.*

EO in consilium. It in consilium totus iudicum consessus, cùm assurgit, vt capita conferat, & decernat de sententia pronuncianda: item Coït Senatus. Cicer. in Ver. Quamdiu alium Prætorem cum iis iudicibus de re in consilium iturum putasti? Item, Si post Kal. Ian. in consilium iretur. *S'il i auoit antrée du Senat, si le conseil s'assembloit.*

II In sententiam aliquã ire, pro Assentiri, Senatorum erat, qui discessione facta, in partẽ eam ibant, vbi sedebat is, cuius sententiam sequebantur. Perspiciebant enim in Hortensij sententiã multis partibus plures ituros. EP. Discedere, transire, abire in sententiam alicuius, pro eodem sumitur. Freq̃etes ierunt in alia omnia. Dicti sunt ire in alia omnia, qui contrà senserãt, ac is, cuius primùm rogata sẽtentia, & in quam alij iuerant pedibus, aut verbo.

III Ire pedibus in sententiam. *Sans opiner verbalemant, s'aller placer du coté de celui, à l'opinion, au suffrage duquel on se rãge.* Liu. l. 25. In quam sententiam cùm pedibus iretur, cæteri Tribuni nihil cõtradixêre. *Lors que la plusp art du conseil ambrassoit cete opinion, & se rangeoit, s'alloit asseoir du coté de l'auteur d'icelle.* Ire pedibus, absolutè, pro eodẽ dicitur. Tull. post red. in senat. 7. Cùm caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne quis iret pedibus. V. Discedo, cap. 1. Abeo. Transeo.

IV In duplum ire, pro Duplum damnum, multam duplam accipere, forensis loquendi modus in ratione pœnæ, ac multæ, lege impositæ in peccãtem. Prætor

Prætor decreuit,vt si iudicatum negaret,in duplum iret. Pro Flac. *S'il refusoit de paier ce , à quoi il auoit eté condamné,qu'il paiat le double.*

V Rem ire,pro Procedere, vt nos loquimur. *S'acheminer.* Quod quidem , vt res ire cœpit , haud scio,an aliquando futurum sit. de Amic. *Selon que la chose a prins son cours.*Incipit res meliùs ire,quam putaram , & prorsus res ibat.Att. *L'afaire alloit auant,& d'vn bon train.*

VI EVNDI verbum frequenter adhibetur à Latinis, vbi Grammatici non nisi VENIENDI ,& contra VENIENDI,vbi solo EVNDI verbo vti solent, stolida religione prohibiti. Plautus Rudente 2. 1. Vnde ire vos cum vuida veste dicam ? N. Ex vrbe huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnastico.*D'où peux-ie pansèr,que vous venez?*Plautus Cistellaria 5.1. Here,vnde is?H. Ex senatu. Liuius 5. Ferro vis facienda est. Agite,ite mecum.*çà, venez auec moi.*Liuius 10.Ite mecum , qui vosmetipsos,& remp.saluam vultis.Liuius ibid. Dixit, irent secum armati , qui remp. vellent esse saluam. Terentius Phormione 5.7.Ad te ibamus, Phormio. Quid ad me ibatis?An verebamini,ne non id facerem, quod recepissem?V.VENIO.

EROGO. Erogabat, & qui rogatione à populo impetrabat largiendum aliquid ex ærario , & ipse etiam Quæstor,cùm,quod rogatum erat,atque impetratum , petenti expendebat,numerabat. Deinde à publicæ pecuniæ attributione traductum est ad priuatorum numerationem, seu largitionem. Erogasti pecunias ex ærario tuis legibus.in Vat. Pecunia in classem erogata est. Pro Flac.*Argeant auoit etetiré du tresor , & deliuré pour dresser vne flote armée.* Quanta tamen pecunia penderetur , si omnium nomine, quicumque Romæ ludos face-

rent,erogaretur.Q.F.1.Qua ex insula nullus nummus me obtinente erogabitur.Att. Ostendam multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas,esse perscriptas. *Pour des pris-faits d'ouurages supposez,pour derober les finances du public.*

EVEHO, & Exporto,sæpè & propriè dicuntur de mercibus & commeatibus foras efferri solitis: Inueho & Importo,contrà,de iis,quæ foris inferuntur.Cicero 3.Verr.53.Signa ex fanis, ex locis publicis,plaustris euecta, asportatáque.Varro Rust. libro 1.cap.16.Flumina propinqua & viæ,quà euehere,atque inuehi ad multa prædia scimus.Cic.pro Pomp.14.Asia fertilis earum rerum,quæ exportantur. *Des danrées, dont on pratique la traite foraine. Qui se portent hors dū paīs,hors du Roiaume, pour les debiter mieux.* Pro Fl. 17. Qui in fame frumentum exportare ausus est.2.Off.13.Earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum,quibus egeremus,inuectio. Plinius l.6. c. 19. Euehere suas merces. *Porter,tirer hors de son lieu sa marchandise,pour la debiter.*

EVENIO. Bonis malísque euentibus significandis adhibetur à Latinis,ideóque frequenter in precatione felicium rerum,infeliciúmque deprecatione, vt in votis, cæterísque huius generis, familiare erat,quod sollemni formula vsurparunt, cùm suis rebus,aut publicis, aut priuatis benè precarentur. Erat autem inter alia hæc precatio Comitiorum. Cic.pro Mur. 1. Quæ precatus sum à Diis immortalibus,more, institutóque maiorum,illo die, quo auspicatò, Comitiis Centuriatis, Murænam Coss. renunciaui, vt ea res mihi, magistratuíque meo, populo, plebíque Rom. benè, ac feliciter eueniret, eadem precor ab iisdem Diis, &c. Quòd si illa sollemnis Comitiorum precatio, Consulari-

bus

bus auſpiciis conſecrata, tantam vim habet, &c. idem ego ſum precatus, vt eis quoque hominibus, quibus hic conſulatus, me rogante, datus eſſet, ea res fauſt. felic. proſp. eueniret. in Cat. Id ego ſum precatus, vt ea res nobis fauſtè, feliciter, proſperéque eueniret. 3. ep. 12. Velim tibi proſperè euenire, quæ facta ſunt. pro Seſt. 71. Quibus vtinam ipſis euenissent ea, quæ tum homines precabantur. At certè ei meliùs eueniſſet. Tuſc.

EVOLVO. Traducitur ad omne genus rerum difficilium explicandùm. Euoluere id, quod inuolutum eſt. Top. 9. Cuius ego criminis, neque principium inuenire, neque euoluere exitum poſſum. pro Cœl. 56. Si quis voluerit animi ſui complicatam notionem euoluere. 3. Off. 76. Totam hanc deliberationem euoluis accuratiùs litteris. 9. Att. 13. Euoluere aliqua, id eſt, explicare, & exponere. de Orat. Euoluere naturam omnium rerum. 4. Acad. 114. Euolui volumen epiſtolarum tuarum. 9. At. 12. Euolue diligenter eius librum, qui eſt de ánimo. 1. Tuſcul. 25. In Poëtis euoluendis tempus conſumere. de Fin. 72.

EXÆDIFICO, interdum ædifico tantùm ſignificat, aliàs ædificationem perficio. Te rogo, ne grauêre, exædificare id opus, quod inſtituiſti. 1. de Orat. 164. *De parfaire ce, que tu as commancé.* Nauis publicè gratis coactis fabris, operíſque imperatis, exædificari, atque effici potuit. 7. in Verr. 47. In noſtris ſedibus exædificatum templum Licentiæ. 2. de Leg. 41. Ne exædificatum quidem hunc mundum, diuino conſilio, exiſtimo. 4. Acad. 126.

EXÆQVO, pro, æquum, aut æquale facio, vulgare non eſt. Superiorem eſſe contra improbos, minùs negotij eſt, quàm bonis exæquari. Poſtquàm ad Quirites 22. Pauci pluribus exæquari poſſunt.

O 6 4. ad

rent,erogaretur.Q.F.1.Qua ex insula nullus nummus me obtinente erogabitur.Att. Ostendam multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas,esse perscriptas. *Pour des pris-faits d'ouurages supposez,pour derober les finances du public.*

EVEHO, & Exporto,sæpè & propriè dicuntur de mercibus & commeatibus foras efferri solitis: Inueho & Importo,contrà,de iis,quæ foris inferuntur.Cicero 3.Verr.53.Signa ex fanis, ex locis publicis,plaustris euecta, asportatáque.Varro Rust. libro 1.cap.16.Flumina propinqua & viæ,quà euehere,atque inuehi ad multa prædia scimus.Cic.pro Pomp.14.Asia fertilis earum rerum,quæ exportantur. *Des danrées, dont on pratique la traite foraine. Qui se portent hors du païs,hors du Roiaume, pour les debiter mieux.* Pro Fl. 17. Qui in fame frumentum exportare ausus est.2.Off.13.Earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum,quibus egeremus,inuectio. Plinius l.6. c. 19. Euehere suas merces. *Porter,tirer hors de son lieu sa marchandise,pour la debiter.*

EVENIO. Bonis malísque euentibus significandis adhibetur à Latinis,ideóque frequenter in precatione felicium rerum,infeliciúmque deprecatione, vt in votis, cæterísque huius generis, familiare erat,quod sollemni formula vsurparunt, cùm suis rebus,aut publicis, aut priuatis benè precarentur. Erat autem inter alia hæc precatio Comitiorum. Cic.pro Mur. 1. Quæ precatus sum à Diis immortalibus,more, institutóque maiorum,illo die, quo auspicatò, Comitiis Centuriatis, Murænam Coss. renunciaui, vt ea res mihi, magistratuíque meo, populo, plebíque Rom. benè, ac feliciter eueniret, eadem precor ab iisdem Diis, &c. Quòd si illa sollemnis Comitiorum precatio, Consulari-

bus

bus auspiciis consecrata, tantam vim habet, &c. Idem ego sum precatus, vt eis quoque hominibus, quibus hic consulatus, me rogante, datus esset, ea res faust. felic. prosp. eueniret. in Cat. Id ego sum precatus, vt ea res nobis faustè, feliciter, prosperéque eueniret. 3. Ep. 12. Velim tibi prosperè euenire, quæ facta sunt. pro Sest. 71. Quibus vtinam ipsis euenissent ea, quæ tum homines precabantur. At certè ei meliùs euenisset. Tusc.

EVOLVO. Traducitur ad omne genus rerum difficilium explicandum. Euoluere id, quod inuolutum est. Top. 9. Cuius ego criminis, neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum. pro Cœl. 56. Si quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere. 3. Off. 76. Totam hanc deliberationem euoluis accuratiùs litteris. 9. Att. 13. Euoluere aliqua, id est, explicare, & exponere. de Orat. Euoluere naturam omnium rerum. 4. Acad. 114. Euolui volumen epistolarum tuarum. 9. At. 12. Euolue diligenter eius librum, qui est de ánimo. 1. Tuscul. 25. In Poëtis euoluendis tempus consumere. de Fin. 72.

EXÆDIFICO, interdum ædifico tantùm significat, aliàs ædificationem perficio. Te rogo, ne grauêre, exædificare id opus, quod instituisti. 1. de Orat. 164. *De parfaire ce, que tu as commancé.* Nauis publicè gratis coactis fabris, operísque imperatis, exædificari, atque effici potuit. 7. in Verr. 47. In nostris sedibus exædificatum templum Licentiæ. 2. de Leg. 42. Ne exædificatum quidem hunc mundum, diuino consilio, existimo. 4. Acad. 126.

EXÆQVO, pro, æquum, aut æquale facio, vulgare non est. Superiorem esse contra improbos, minùs negotij est, quàm bonis exæquari. Postquàm ad Quirites 22. Pauci pluribus exæquari possunt.

4.ad Her.26.Exæquare omnia.de Fin. Sed vereor, ne, quia complures tibi præcipuè commendo,exæquare videar ambitione quadam commendationes meas.13.Ep.32.Pecunia omnium dignitatem exæquat. 4. Att. 14. *Les richesses font, qu'on eleue aux charges les indignes,autant que les dignes.* Vt longitudo & plenitudo harum, multitudinem alterius assequatur,& exæquet.4.ad Her.29.Iste omnia iura pretio exæquauit,omnium rerum delectum, atque discrimen pecunia sustulit. 4.in Ver.123. *Par argeant il a leué toute distinction d'âge,de grade,de merite.Eleué les moindres egalemant auec les plus grãds.* Qui in amicitiæ necessitudine superiores sunt, exæquare se cum inferioribus debent.de Am.73.

EXARMO. Exarmamus,quæ,seu ab natura, seu ab arte tributis,armis ac præsidiis exuimus, vt armis homines,feras cornibus,dentibus, vnguibus, instructas naues instrumento nautico, ac militari munitas, & alia huiusmodi. Tacitus l. 17. Longinũ manibus coërcent,exarmántque. l. 18. Exarmare legiones:leones, pardi,vrsi exarmati. *A qui on a arraché les dans,& les ongles.*D.ad Legem Rhodiam de iactu.l. 2.Si conseruatis mercibus deterior facta sit nauis, aut si quid exarmauerit, nulla facta est collatio.

EXARO, sicut Aro, de semente ipsa sæpè vsurpat Cicero. 5. Verr. 113. Fieri non poterat, vt plus quàm decem medimna ex iugere ararent. Ibidem 45. Hoc quantum est hornotini frumenti ex Sicilia,literæ Metelli exarauerunt. *Les letres de Metellus on fait,qu'on ait semé autant de bled,que cela, cete année.*7. Verr. 7×. Aratorum liberos, quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, eo cibo esse vsos.

II Pro effodio ponitur.2.leg. 58.Multa in eo lo-

co

co ſepulcra exarata. 2. Diu. Quis credat exaratum eſſe Deum? cur ſe in terram abdidit, vt patefactus aratro lucem aſpiceret?

EXAVCTORO, militiæ legibus abſoluo, cum quadam ignominiæ nota, detractis militaribus inſignibus. Sæpè tamen idem valet, quòd miſſionem do militi: etiam ſine infamia. Liuius l. 8. 98. Cùm ſine commeatu vagi milites errent, immemores ſacramenti, licentia ſola ſe, vbi velint, exauctorent. lib. 25. 67. Volonum exercitus, qui, viuo Graccho, ſumma fide, ſtipendia fecerat, velut exauctoratus morte ducis, ab ſignis deceſſit. Exauctoratus, auctoramento ſolutus. *Affranchi du ſerment, & deuoir militaire.*

EXAVGVRO, quod inauguratum, quod ſacrum erat, adhibitis ſoluendarum religionum ritibus, profanum facio. Liuius l. 1. 188. Tarquinius, vt libera à cæteris religionibus area eſſet tota Iouis, templíque eius, quod inædificaretur: exaugurare fana, ſacelláque ſtatuit, quæ conſecrata inauguratáque fuerant, *A ce que tout le ſol, & eſpace, qu'il auoit deſtiné & marqué, demeurant affranchi de toute conſecration, & obligation anuers les autres Dieux, ſeruit à Iupiter ſeul, & à ſon Tample, il deſſacra, profana auec les cerimonies accoutumées tous les tamples & oratoires, qui iadis i auoient eté conſacrés & dediés.* Ibidem, 188. Cùm omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixêre. V. Addico, Admitto.

EXCEDO. Quæ extrà prodeunt, quæ terminum aliquem tranſiliunt, quæ menſuram iuſtam ſuperant, excedere dicta ſunt. 2. Anton. 23. Popilius Antiochum ſtantem virgula circumſcripſit, dixítque, ſe renunciaturū Senatui, niſi ſibi priùs reſpondiſſet,

diſſet, quàm ex illà circumſcriptione excederet. *Auant que metre le pied hors de cét eſpace,tracé auec la gaule à l'antour du Roi.* Pro Arch. 4. Vt primùm ex pueris exceſſit Archias. *Etant ſorti, aiant paſsé l'âge de puerilité.* Liu.l.26. Alia vera,alia aſſimulata, admirationis humanæ exceſſerant modum.

EXCIDO. Excidit nobis,quod temerè, & inconſideratè nobis elabitur,aut ex ore, aut aliunde. Verbum ecquod vmquam ex ore huius excidit,caſu aliquo,vnde quiſquam poſſet offendi? pro Syl. 72. Ex iſto ore religionis verbum excidere, aut elabi poteſt?pro Dom.104. Quod verbum non tibi excidit fortuitò.10. Phi. 6. Libellus, qui me imprudente,& inuito excidit, & peruenit in manus hominum.1.de Or.5.

II Excidit res,quæ obliuione dilabitur.O miram memoriam, Pomponi, tuam! at mihi iſta exciderant. 2.de Leg. 42. Quæ cogitatio, cùm mihi non omninò excidiſſet:etenim penitùs inſederat.5. Ep. 13. Sed planè te intelligere volui, mihi non excidiſſe illud, quod tu ad me quibuſdam litteris ſcripſiſſes. 6. Att. 1. Ex animo excidere aliquid. de Prou.43.

EXCIPIO. Aliquem excipere,pro incurrentem in nos fortuitò prehendere, aut intercipere ſtudio adhibito. Iſti bonorum emtores arbitrantur vos hîc tales viros ſedere, qui excipiatis eos, qui de ſuis manibus effugerint. pro Sex. Roſc. 151. A multis admoniti ſumus,vt caueremus, ne exciperemur à Cæſare. 8.Att.15. Timeo,ne illum aliquorum furor excipiat. Brut. 7. Claſſis diſſipata eſt oneraria, omnes ad vnam à nobis ſunt exceptæ. 1. Ep. 4 Excipere aliquem cum liberis.10. Fam. 32. Excipere fugientes. 3.in C.8.

II Significantur quoque hoc verbo, quæ conſequuntur

quuntur aliquid continuò ordine. Interim me Quæstorem Siciliensis excipit annus.de Clar.318. Herculis ambusto corpore,vitam, & virtutem immortalitas excepisse dicitur. pro sest. 143 id est, consecuta. Continuò grauem figuram excipiat attenuata.4.ad Heren. 7.Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes. de Sen. 19. Linguam ad radices eius hæiens excipit stomachus.2.de Na.135.

III Pro Audio,ac intelligo,cũ cura accipio, colligo. Eáque, dum animis attentis admirantes excipiunt,fugit eos, & prætereuolat numerus Or.197. Maledicto nihil faciliùs emittitur, nihil citiùs excipitur.pro Planc.55. Aliquid ex sermone alicuius memoria dignum excipere.1. de Orat. 96. Nisi si quid ex prætereunte viatore exceptum est, nihil scire possumus.12.Att.12.Aduersarij non solùm sententias,sed etiam verba omnia excipere.2.de Orat. 148. Omnia alicuius loquentis verba excipere. 3. de Dom.50. At eo tempore ipse misit, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se deferrent. Pro Deiot.25. Ex alterius oratione excipere aliud, atque ille vult.2.de Or.273.

IV Nominatim de aliqua re cauere in lege,fœdere,&c. Cùm lex nominatim exciperet, vt ad templum,monumentúmque capere liceret.Q. Fr.lib.1. Ep.1.21.*La loi an faisant expresse mantion,cela etant expressemant porté par la loi.*Leges,quibus exceptum est, de quibus causis iudicem legi non liceat. pro Cluen. 120. *Qui font expresse mantion, an quel cas vne telle personne ne peut etre donnée pour Iuge d'vn procés.* Vide Caueo. Id per te exceperamus, ne negotiatori : quòd si cuiquam, huic tamen non.Att. lib. 7.epist. *Ie t'auoi chargé de faire cete reserue, par ton antremise,i'auoi nommémant retenu & reserué ce*

ué ce point, qu'an cas, qu'on octroiat quelque faueur à d'autres, non toutesfois à cetui ci. V. Caueo, Nomino.

v Exceptio in lege, in fœdere, est id, quod nominatim cauetur, & ipsum caput legis, quo cauetur, *La clause faisant expresse mantion de ce, dont il s'agit, & la chose meme exprimée.*

vi Exceptio in foro, dicitur ea defensio, qua se tuetur quis, vt actoris intentionem elidat, nec teneatur, ad mentem actoris, causam dicere. *C'est quand le defandeur allegue vn moien, par lequel il tand à etre ranuoié quite, sans antrer au principal: comme quand il insiste, qu'on iuge sur ce, qu'il a possedé vn fonds tant d'années, & non pas, sçauoir-mon, si le pere du demandeur l'a donné par testamant, l'a laissé an son hoirie, qui est l'intantion du demandeur.* Qui exceptione hac vtitur, præscribere dicitur, & exceptio est præscriptio. *Fin de non receuoir.* Prætor interdixit sine exceptione. pro Cœl. 33. *Ne receut le defandeur à alleguer ses fins de non receuoir, à prescrire.* Vt illi, vnde peteretur, vetus atque vsitata exceptio daretur. 1. de Orat. 168. *Que le defandeur fut receu à prescrire.* Prætoris exceptionibus multæ actiones excluduntur. 2. Inu. 56. *Beaucoup d'actions sont reietées, plusieurs demeurent forclos de leur actiõ, & demandes par les exceptions, fins de non receuoir oroiées par les Preteurs.* Exceptionem verò postulat is, vnde petitur, cùm à Prætore petit, vt sibi liceat tueri se exceptione. Dat Prætor, cùm reo id permittit: Actor autem, qui petit, ne id fiat, Iudicium purum postulat. 2 Inu. 59.

EXCLVDO. Propria vis nota, sed excludi temporibus, non est vulgare. Sic tamen Cicero temporis, aut angustias, aut iniquitatem significauit. Hi exclusi temporibus populi Rom. agere, quæ voluc

voluerant, non potuerunt. 6. in Verr. 61. *A cause des grandes difficultez & extremitez de la Rep.* Angustiis, temporibus excluduntur omnes. 3. Verr. 148. Quæ soluto animo familiariter scribi solent, temporibus excluduntur. 9. Att. 3. *Ne peuuent, ne doiuent etre ecrites an ce tans incommode, & dangereux.*

EXCVRRO. Hoc verbo significabant Latini, celeres profectiones, quæ ob causas priuatas, aut animi gratia suscipiebantur. Ego, dum naues parantur, excurro in Pompeianum. 10. Attic. 17. Fortasse excurremus, mense Septembri, legati ad Pisonem. 1. Att. 1. Excurrat aliquis, qui hoc tantum malum filio suo nunciet. 3. in Verr. 67. Mandaui vtrique, vt antè ad me excurrerent, vt tibi obuiam prodire possem. 3. Fam. 7. Sic, Excurro in fines hostium, & agros, id est, hostiliter inuehor ad prædas agendas. Vnde excursiones, *Courses faites sur l'annemi.* Habent propinquam prouinciam, quò facilè excurrunt. 4. in Verr. 6. Carthago excurrere ex Africa, & imminere populo Rom. videtur. 2. contra Rull. 86. Via illa excursionibus Barbarorum est infesta. de Pro. 4.

EXCVSO, or. Latinissimè dicimus, Excusare ætatem, adolescentiam, errorem, morbum, valetudinem, & huiusmodi, hoc est, excusandi nostri causa hæc afferre in medium: *Donner pour excuse notre âge, ieunesse, erreur, maladie,* &c. Liu. 22. Anni prioris Consulem M. Atilium, ætatem excusantem, Romam miserũt. *Ils rãuoierent à Rome Atilius, qui s'excusoit de sa charge sur sa vieillesse.* Liuius 23. 22. Perolla Campanus valetudinem excusans patri. *S'excusant de ne se trouuer au banquet, à cause de son indisposition.* Liuius 31. Excusantes errorem, adolescentiámque, & culpam omnem in Carthaginensium

sium fraudem auertentes. *Prenans excuse sur l'indiscretion de leur ieunesse, & sur ce qu'on les auoit surprins & deceus.* Liuius 26. 74. T. Manlius Torquatus, creatus Consul, valetudinem oculorum excusauit.

II Iurare in solita verba excusandæ valetudinis, Liuius 6. 58. Exactæ iam ætatis Camillus erat: Comitiisque iurare paratus in verba excusandæ valetudinis solita, consensus populi restiterat. *Camillus desia fort vieil, aiant eté creé Consul, s'appretoit de iurer, iouxte la clause & formule sollamnele an tel cas, que sa santé ne lui permetoit d'accepter la charge, du consantemant de tout le peuple, auoit eté debouté de sa pretanduë excuse, pour la grande opinion qu'on auoit de sa suffisance.*

EXCVTIO, pro Scrutor, & diligenter inspicio, vulgare non est. Decemuiri, qui nostros Imperatores excutiant. 2. contr. Rull. 60. Nihil est, quod metuas, non excutio te, si quid fortè ferri habeas, non scrutor. pro S.R. 97. Scrutari omnes sordes, & excutere vnumquemque comitum. 1. Qu. Fr. 1. Tabellarij sexcentis locis excutiuntur. *Les messagers sont foüillés soigneusemant.* 10. Fam. 31. Hoc igitur probè stabilito, & fixo, illud excutiendum est, vt sciatur. 1. Tusc. 88. Quamobrem excutiemus omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint. pro Cœl 67. Aspicitur, non attrectatur, procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. Pro Planc. 28.

EXEO. Quæ in vulgus, in lucem, & aspectum veniunt, vt libri, noua opera, commodè hoc verbo explicantur. 13. Att. 13. Libri exierunt, vt in tali genere, ne apud Græcos quidem simile quidquam.

II Exire, Abire, nummos, aliud quidpiam ab aliquo: venire, reuerti, redire ad aliquem, contrario sensu,

sensu,sæpè , & eleganter dixit Tullius.4. Verr. 62. Nummos, qui per simulationem ab isto exierant, reuertisse. *L'argeant,dont il s'etoit dessaisi,etre reuenu antre ses mains.*

III Exit,dies,tempus,annus,&c.huius generis,præstituta alicui rei,cùm transeunt,excedunt.Liu. lib. 3.Exierat induciarum dies,& ante diem rebellauerant Veientes. *Le iour dernier de la treue etoit expiré.* Ib. Eo anno tempus induciarum cum Veienti populo exierat. Sic, Exire diem pecuniæ,diem solutionis. *Le iour du paiemant etre echeu.*

IV Exire ex Patriciis.Tull.pro Dom. 37. *Sortir du rang des Patriciens , pour se faire adopter à vn plebeien,d'vn de la populace.*

V Exire è potestate. Exisse è potestate eos dicimus,qui effrenati feruntur libidine,iracundia,quia non sunt in [illegible]estate mentis.3.Tusc.10.

VI Exire,excedere tela dicitur, qui ea,corporis idonea declinatione,deuitat. Corpore tela modò , atque oculis vigilantibus exit. Virgilius 5. Æneidos. Vim viribus exit. 21.Æneid.Quod genus fuit gladiatoriæ & artis,& locutionis.

EXERCEO. Propria vis nota : sed tribuitur muneribus & officiis , in quibus opera aliqua ponitur.Exercere medicinam.de Cl. *Vaquer à l'office de Medecin, an faire profession.* Qui vectigalia exercent,atque exigunt.Pro Pomp.10. *Qui font la charge d'exacteurs de tailles.* Ius ciuile. 1. de Legibus 14.

II Exercent res eæ,quæ laboris,aut molestiæ multùm afferunt. 5.Tusc.3 Fortuna me in multis , variisque casibus exercuit, *M'a fort trauaillé.*

EXHAVRIO.Cicero semper penè translato sensu vtitur , idque variis modis , quos vulgus ignorat. Cùm omnem pecuniam ex ærario exhausisse-

sis.

tis. Rull. Exhaurire sentinam vrbis. Attic. *Netoier la ville de gens vicieux.* Si exieris, exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna, & perniciosa sentina reip. 1.Cat.12. Ærarium exhaurire, remp. compilare. in Vat. Immanes quæstus, quos M. Antonij tota exhausit domus. in A. Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset vomere. Vno mehercule Catilina exhausto, releuata mihi videtur respub. in Catil.

EXIGO. 2. Orat. 233. Exigere collectam à conuiua. *Lui faire paier son ecot.* Plaut. Exigere symbolam, symbolum, pro eod. ponit. 6. Att. 18. A debitore primam pensionem. *Exiger le premier quartier du paiemant, le premier paiemant.* 3. Fam. 8. Exigere capita, ostia. Exactio capitum, ostiorum. *Exaction de taille imposée sur chaque tete, de maison an maison, de porte an porte.* Pro Co[illegible] 51. Exigere opera publica. Exactio publicorum operum. *Faire randre la tache, le pris-faict des ouurages de la commune, de la besongne faite pour le public.* Exigere sarta tecta. Liuius l. 19 *Faire randre le deuoir à ceux, qui ont charge de maintenir les batimans publics.*

11 Exigere, abigere, eiicere. 2. Phil. 69. Vxorem suas sibi res habere iussit, exegit. 2. Orat. 299. Reges ex ciuitate exigi.

EXIMO. Tempus eximere dicendo, diem statutum, in dicenda sententia, is dictus est, qui dedita opera, negotio gerendo adimebat, subducebat tempus destinatum, producta in res alienas oratione. 4. Att. 74. Metellus calumnia dicendi tempus exemit. *S'arretant malicieusemant à contreroler, tantot ceci, tantot cela, a fait couler le tans prefix, destiné à conclurre contre Clodius.* 1. Qu. Fr. 2. Clodius diem dicendo eximere cœpit. Eodem sensu dicitur, Extrahere, consumere diem, tempus.

tempus. EXIMERE ex reis, de reis. *Ranuoier vn accusé, lui donner son congé, à faute que l'accusant ne s'est presanté dans le tans à faire poursuite, ou pour autre cause.* 6. Verr. 41. Absentem de reis exemit. *L'a congedié, mémes absant. L'a mis hors de Cour, & de procez, sans connoitre de la cause.* Eximere aliquem de numero proscriptorum, &c. Att. Agrum de vectigalibus eximi. in A. *L'affranchir de tailles.* Qui ex obsidione feneratores exemerit. Ep. *Les a deliurez de la coniuration, & du siege de Catilina.* Eam ob causam, ne tu ex reis eximerere, si ego non venissem ad diem. in V. Eximere aliquem ex ærariis. 2. de Or. 268. *Lui randre le droit de bourgeoisie, qu'il auoit perdu etant condamné à l'amande.*

EXISTIMO. Opinionem bonam, vel malam habere de aliquo, est, existimare de aliquo benè, vel malè. Ep. Dionysius de Dicæarcho benè existimabat. Att. De ingenio eius valdè existimaui benè. Ep. Iudices beneuolos, & benè existimantes facere. de Orat. Malè de aliquo existimare. in Verr. Off. F. Homo ipse de se benè existimans, seséque diligens. Off.

11 Pro iudicare, iudicium facere, ferre, crebrò vsurpatur. Si existimare verè de omni hac causa volueritis. pro Cœl. De quo aliquid scire, & existimare potest. pro Syll. Orationes, in quibus existimari de ingeniis potest. De Cla. Vt ex euentu homines de tuo consilio existimaturos videremus. Ep.

EXSISTO. Quod derepentè, ac velut improuisò alicunde prodit, & maxime ex locis inferis, Exsistere dicitur eleganter. 2. Diu. 68. In eius capite corona exstitit, & quidem subita. *Se trouua sur sa tete soudainemant, & à l'improuiste.* Ibid. 73. Summersus voraginibus equus non exstitit. *Ne reuint plus*

plus sur l'eau. 3. Verr. 94. Quid exspectas? an dum ab inferis ille Malleolus exsistat? 1. Diu. 58. Cùm delapsus in flumen nusquam apparuisset, repentè lætus exstitit. 1. Diu. 75. Lysandri statuæ, quæ Delphis erat, in capite corona exstitit ex asperis herbis 6. Verr. 107. Spelunca, ex qua ferunt Ditem patrem repentè cum curru exstitisse. Pro Cæl. 33. Exsistat ex hac familia aliquis, & potissimùm Cæcus ille, qui si exstiterit, sic loquetur. *S'il apparoissoit soudain venant des Anfers.*

EXPENDO. Idem quod perpendo. Hæc laus non poëtarum carminibus celebratur; sed prudentium iudicio expenditur. Pro Rabir. Post. Equidem, cùm colligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo, quàm expendere. de Or. Vos, qui in iudiciis testem diligenter expenditis. Pro Flacc.

II Idem quod Appendo, Pondero. Ante pedes Prætoris, in Foro, expensum est auri pondo cētum, paullò minùs, per Sex. Cęsium. Pro Flacc. *çant liures d'or ont eté pesées.* Hinc, expensum ferre alicui. *Ecrire au liure de raison, ce, qu'on a mis, qu'on a deliuré, à quel suiet que ce soit.* Expensa Chrysogono HS sexcenta, quæ accepta pupillo Malleolo retulit. in V. & ibid. Chrysogono expensa lata sunt. *Il a rapporté an ses côtes les auoir deliurés à Chrys. & receus de Mall.* Ne tu expensum muneribus ferres. Att. Videas enim, vnde nummi sint, mihi feras expensum. Att. *Ecri le sur le conte de ce, que ie te doi.* Quis vmquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummûm ferret expensum? in Ant. *Qui est celui des vsuriers, qui habitent au quartier de Ianus, qui voulut lui auoir preté mille sesterces, qui font quatorze ecus, anuiron?*

EXPERIOR, simpliciter. Experior iure, iudi

iudicio, hoc est, Litem iudicio persequor. Pro Quinct. 38. Si quid in controuersiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. *Le decideroit, le vuideroit, ou an priué par arbitre, ou au parreau à la rigueur du droit.* Ibid. 68. Fuit procurator, qui, cùm experiri posset. pro Qu. R. 25. Iudicio graui experiri nolebas. *Tu ne voulois traiter rudemant ta partie an iugemant, ains par la voie plus douce.* pro Cœl. 20. De iniuriis experiri. *Demander raison, satisfaction, par voie de Iustice, des iniures receües.*

EXPLEO, pro Satio, tritum non est. Explere diuturnam sitim. de Sen. Explere libidinem. Pro Cœl. Explere cupiditates, satiare odium. Part. Explere auaritiam suam pecunia. Pro S. R. Explere inimicitias, & satiare odium. Ad Heren. Explere intemperantiam alicuius. de Har.

II Explere Tribus, est, eum numerum Tribuum suffragantem habere, qui necessarius sit ad caussam vincendam: hoc est, maiorem partem ex duabus Tribuum partibus ferre. Liuius l. 3. 209. Duellius Tribunus, cùm candidati Tribus non explerent, concilium dimisit: nec deinde comitiorum causa habuit. V. Conficere suffragia. Tribus ferre. *Voiant que ceux, qui briguoient le Tribunat, n'arrinoient au nombre des Tribus, & suffrages necessaires, pour amporter la grade qu'ils demandoient.*

EXPLORO, or. Explorat, qui vestigat quid, certis, & non fallentibus rationibus: Explorauit, qui sic vestigando deprehendit. Cui possit exploratum esse de sua salute. Aca. Quid enim mihi exploratius esse potest, quàm illius animus in rep. At. Cùm mihi erit exploratum, te libenter esse risuram, scribam ad te pluribus. Ep. Brundusium pergere cogito: facilior enim & exploratior deuitatio legionum

fore

fore videtur,quàm piratarum,qui apparere dicuntur. At. Dixi me nullo modo facere posse, nisi exploratum mihi esset, eum Tyrannoctonis amicum fore. Exploratæ à timore litteræ. l. 3. At. ep. 17. id est, quæ à timore liberant,

EXPROMITTO, OR. Intercedere alicui pecuniam, aliúdve quidpiam, generale verbum est exprimendæ quintuplicis obligationis, alieno nomine à nobis contractæ, quarum vna expromittendi verbo explicatur proprio. Expromittit, qui alienam obligationem, eius nouandæ animo, in se vnum ac solum, per stipulationem, suscipit. *Qui etant interrogé, s'il veut se charger de l'obligation d'autrui an son nom propre, s'an charge, & a dessein de contracter nouuele obligation sur ce suiet.* L. 22. D. *ad Velleianum Senat.* Si mulieri dederim pecuniam, vt eam creditori meo soluat, vel expromittat, si eam expromiserit, locum non esse Senatusconsulto, Pomponius scribit, quia mandati actióne obligata, in rem suam videtur obligari.

EXPROMO. Cicero translato hoc semper ferè vtitur, pro, in lucem profero. Quæ nunc exprómam absens audaciùs. Ep. Sed iam exprome, si placet, leges istas de religione. de Leg. Deinde suum exprompsit odium. Attic. Sed ego vestram crudelitatem expromo. Pro Dom. In meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam. Pro Mil. Vt apud eos ipsos, quod ab iis didicerimus, velimus expromere. Qu. Fr. Causa, in qua vis eloquentiæ possit expromi. de Orat. Conferre causas, & quicquid in quamque sententiam dici possit, expromere. de D. Quorum omnis industria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. 2. in Cat. 22. *Tout ce qu'ils sçauent*

uent, & peuuent faire, c'est de passer les nuits an banquetant.

EXQVIRO, diligenter inquiro, tritum non est. A te nihildum certi exquiro, sed quid videtur? Att. Omissis auctoritatibus, ipsa re, & ratione exquirere veritatem. Pro Dom. De Varrone non sine causa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. Att. Exquirere de Blesamio. Pro Deiot. Cogitatio in vero exquirendo maximè versatur. Off.

EXSCENDO, è naui descendo, descensionem, descensum, exscensionem, exscensum facio. *Sortir des vaisseaux. Deçandre à terre. Desambarquer.* Liuius l. 22. Ad Honnoscam classe prouecti, exscensu è nauibus in terram facto, cùm vi vrbem cepissent. l. 28. Profectus ad Erythras Ætolorum, exscensionem fecit. l. 44. Classis exscensionem ad populandum fecit.

II Extra nauticam descensionem, vsurpatur eodem sensu. Liuius lib. 44. Licinio Consuli, ad quadrigas mittendas exscendenti, tabellarius reddidisse laureatas literas dicitur. *Des letres marquées de la couronne de laurier an signe de victoire furent randuës au Consul deçandant vers le Cirque, pour lacher les chars de lice, courans pour le pris.*

EXSECO. Exscindo, Excido. Ipse armarij fundum exsecuit, & nummos abstulit. pro Clu. 179. Vetus opinio est, exsectum esse Cælum à filio Saturno. 2. de Nat. 63. *Qu'il auoit eté taillé, chatré.* Hi medentur ciuitati, qui exsecant pestē aliquam, tamquàm strumam ciuitatis. pro Sest. 135. Strabo in crucem actus est, exsecta lingua. pro Cluen. 187. Neruis omnibus exsectis. 2. contra Rull. 90. Non minùs esset probanda medicina, quæ sanaret vitiosas partes, quàm quæ exsecaret. 2. Att. 1.

EXSECROR. Quos ob maleficium populus in pœnam sacros esse iusserat, eorum commercio, tamquàm detestandorum capitum, omnes prohibiti erant: inde, quem valdè sacrum vellent, hoc est, valdè detestandum, & abhorrendum, eum se exsecrari dixerunt, hoc est, vehementer sacrum facere: diris omnibus deuouere: infaustis votis, quoad possent, persequi, siue id publico decreto, siue priuati alicuius voluntate fieret. 3. Off. 55. Quid est, erranti viam non monstrare, quod exsecrationibus publicis sancitum est, si hoc non est? *Faute, qui a eté condamnée à Athenes par exsecrations, imprecations publiquemant decretées.* 1. Tusc. 107. Exsecratur apud Ennium Thyestes, primùm, vt naufragio pereat Atreus. *Il lui fait toutes les pires imprecations, qu'il peut.* Liuius l. 29. Hannibal exsecratus in caput, regnúmque Prusiæ; hospitales Deos, violatæ ab eo fidei testes, inuocans, poculum exhausit. Pro Sest. 71. Exierunt malis ominibus, & exsecrationibus duo.

EXSVLTO non semper lætitiam præfert, sed sæpè præfidentis animi ferocitatem, & lasciuiam, ac petulantiam quamdam. 1. Off. 90. Equos ferocitate exsultantes domitoribus tradunt. 3. Orat. 164. Exsultantem, & præfidentem tibi, te repriment validæ legum habenæ. de Senect. 10. Fabius Hannibalem, iuueniliter exsultantem, patientia sua molliebat. *Hannibal plein de presomtion, de fierté, de courage, qui l'amportoit à beaucoup oser, antreprandre.* De Harusp. 1. Hominem furentem, exsultantémque continui. *Qui ne se pouuoit tenir, se commander de la grande furie, qui le poussoit.*

EXTVRBO, vt suprà Deturbo, est etiam à consuetudine nostrorum hominum æquè alienum. Quæro, qui sint isti optimates, qui me exturbent,

bent,cùm ipsi domi maneant. Att. Cùm Senatum à gubernaculis deiecisset, populum è naui exturbasset. Pro Dom. Exturbare homines è possessionibus. Pro Syl. Exturbari, & expelli ex agris. contra Rul. Exturbare aliquem bonis patriis. in V. Miserum est, exturbari fortunis omnibus. Pro Quinct. Exturbari domo, & expelli domo.

F

FACIO. Penè infinita sunt, quæ Latini, Gallicæ linguæ affinia, eleganter efferunt hoc verbo, & aliis nonnullis. Nullum tamen est, quo timidiùs, religiosiúsque vtantur permulti, supina quadam religione prohibiti, qua suspectum habent, quidquid vernaculæ suæ linguæ vicinum est: quasi ex hac in Latinam, ac non potiùs ex Latina in hanc facta esset deriuatio. Erit aliquando tempus, cùm illis hunc scrupulum ex animo euellamus. Nunc pauca, pro loco & tempore.

II FACERE. Efficere magnum, hoc est, rem magnam. *Faire vn chef-d'œuure, faire vn grand coup.* Orat. 105. Nos magnum fecissemus, si quidem potuissemus, quò contendimus, peruenire. *Nous aurions exploité beaucoup, fait vne œuure digne de recommandation.* 5. Verr. 42. Magnum te fecisse arbitrabare, si pluris decumas vendideris, quàm L. Hortensius, quàm Pompeius. 1. Q. Frat. 1. Si te vicinis interioribus, Ciliciensi, & Syriaco anteponis, valdè magnum facis. *Vraiemãt tu fais bien chose qui vaille, si tu te preferes, si tu panses auoir mieux fait ta charge, que ceux-là, il i a bien dequoi te contanter.* Ironia est. 5. Tusc. 118. Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Magnum verò, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es.

C'est-mon, tu as bien dequoi faire gloire, de m'oter la vie, ce que peut faire vne cantharide, aussi bien que toi.

III FACERE mentionem, facere verba, Curiæ, & Senatus formulæ propriæ, de iis, quæ referebantur ad Senatum, quæ primùm proponebantur. 4. Verr. 95. In senatu continuò cõsules faciunt mentionem: placere statui, si P.C. videretur, ne absentes homines in prouinciis rei fierent rerum capitalium. *Les Consuls firent la proposition sur ce suiet, & conclurent, que, &c. Fut faite ouuerture de ce propos par les Consuls, tandans aux fins, que*, Plautus sic sumit de iis, quæ primùm sunt inducta in sermonem. Persa 1. 3. Ecquid meministi, qua de re tecum mentionem feceram?

FACERE gratiam alicui alicuius rei. Liu. lib. 3. Omnium tibi, Appi Claudi, quæ impiè, nefariéque per biennium ausus es, gratiam facio. *Ie te fai grace. Ie te pardonne.* Sallustius Catilin. Qui mihi, atque animo meo, nullam vmquam delicti gratiam fecissem. Iurisiurandi volo gratiam facias. *Que tu le dispanses de l'obligation de son serment.* Plautus Mostel. scena vltima. De cœna facio gratiam. *Pour ce souper, ie vous-an fai grace. Ie vous veux epargner cete depanse, cete peine.* Ibidem. Fac istam cunctam gratiam Tranioni, quæso, remitte hanc noxam, causa mea. Liuius lib. 3. Facta per Cornelium Valerio dicendi gratia, quæ vellet.

IV FACERE gratulationem ad omnia templa. *Randre graces auec ioie, & fete, de quelque bon succez.* 11. Fam. 18. Tum recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia templa fecimus. Habere gratulationem, idem valet.

FACERE, id est, sacrificare. 1. Att. 11. 12. Cùm pro

pro populo fieret. Pro Mur. 90. Iuno ſoſpita, cui omnes Conſules facere neceſſe eſt. Ad Br. 15. Mulieri Laurentiæ hunc honorem tribuerunt, cuius vos Pontifices ad aram in Velabro, facere ſoletis.

V FACERE ab aliquo, cum aliquo, ſicut etiam, eſſe, ſtare ab aliquo, cum aliquo, ab eius partibus. 6. Att. 8. Cum Cæſare Lentulus Conſul facit. Pro Cæcin. 104. Auctoritas doctiſſimorum hominum nobiſcum facit. 1. Inuent. 60. Commune eſt, quod nihilo magis aduerſariis, quàm à nobis facit.

VI FACERE artem quampiam, id eſt, exercere. Poſtq. red. in Sen. 10. Piraticam facere. *Faire le Courſaire ſur mer.* Parad. 6. Mercaturas facere. 6. Famil. 18. Præconium facere. *Pratiquer l'etat de Crieur, faire les criées publiques.* 3. Quint. Frat. 7. Topiariam facere. *Vigneter, hiſtorier an verdure. Faire diuerſes figures, & compartimans auec arbriſſeaux induſtrieuſemant pliez, & façonnez à cet effet.* Faecre argentariam, *Exercer la banque à la mode des anciens Romains. Etre depoſitaire de l'argeant des Citoiens, ſoit pour an randre les vſures annueles, an le trafiquant; ſoit pour le garder ſimplemant, comme perſonne publique, ſans s'an charger autremant, que ſur ſon liure de raiſon, qui faiſoit foi an iugemant; comme le bilan des marchands d'auiourd'hui, qui vandent à credit, & l'obligation contractée an vertu de cete ecriture, par celui qu'elle ſpecifioit debiteur, ſe nommoit* Obligatio nominum, obligatio literarum. Pro Cæcin. 10. M. Fulſinus, qui Romæ argentariam non ignobilem fecit. 7. Verr. 164. Luceius argentariam Rhegij maximam fecit. lib. 7. Verr. 154. Herennius, quem ille argentariam Lepti feciſſe dicit. V. Nomina, Obligatio nominum, Literarum.

VII FACERE nomen,nomina,propriè eſt,in rationũ tabulis conſcribere Nomina,hoc eſt,referre in tabulas aliquid,alicui deberi,vel,à ſe alij, vel ab alio ſibi,vel denique,ab altero alteri, *Rapporter ſur ſon liure de raiſon, le nom du debiteur, la dete, & la cauſe de la dete. Ecrire an l'article des miſes, des liurées, ce qui a eté liuré, & au chef du receu,quoter le receu, de qui on a receu, & pour quoi.* 3. Off. 59. Emit Canius hortos, homo cupidus, & locuples, tanti quanti Pythius voluit, & emit inſtructos.Nomina facit, negotium conficit. *Il achete les iardins de Pythius, anſamble auec tout l'appareil neceſſaire pour l'antretenemant d'iceux, comme les eſclaues iardiniers, les outils du iardinage,&c. il ſe rand debiteur de ſon vandeur ſur ſon liure de raiſon,i marquant l'achet des iardins, la ſomme, le terme du paiemant, & de meme an fait-il ſur le liure du Banquier, qui deuoit paier la ſomme conuenuë. An vn mot,il contracte puremant & ſimplemãt, & conclud tout l'afaire.* Leg. 2.D. de Proxenet.Si proxenêta interuenerit,faciendi nominis cauſa,vt multi ſolent, videamus an poſſit, quaſi mandator teneri. Et non puto teneri,quia hic monſtrat magis nomen, quàm mandat,tametſi laudat nomen. *Si le Courretier, qui s'amploie à faire, ou preter argeant,ou vandre marchandiſe à credit,s'eſt antremis de l'ecrire ſur le liure de raiſon, quand on i a couché le debiteur, an qualité de debiteur, an nommant le debiteur par nom & ſurnom, voire an le recommandant,comme debiteur de bonne foi,& ſoluable,ſçauoir-mon,ſi le Courretier eſt obligé an ſon propre & priué nom, comme commetant, ou donnant commiſſion,que lon face credit à l'autre?* Seneca lib. 1.de benef. Non eligimus dignos, quibus tribuamus: ſed, nomina facturi, diligenter in patrimonium

monium & vaſa debitoris inquirimus. *An matiere de detes actiues, quand il eſt queſtion de preter à autrui, & le faire obliger à nous, deuant toutes choſes nous-nous anquetons, ſi la partie eſt ſoluable.* Et libro 2. Quidam volunt ſecum nomina fieri, nec interponi pararios, nec ſignatores aduocari, chirographum dari. *D'aucuns, ampruntans d'autrui, veulent, que l'aſſeurance de la dete ſe face priuémant antr'eux, & le crediteur, ſans antremiſe de Courretiers & de temoins. Voire font difficulté de faire cedule, de donner aſſeurance par leur ecrit, de faire le receu de ce, qu'on leur a preté.* Ex his locis potes videre, FACERE NOMINA, tam eſſe creditoris, quàm debitoris, atque adeò non eſſe ſimpliciter contrahere æs alienum, quod vulgò pridem iactatum eſt. V. NOMEN, FERO, REFERO, SCRIBO, RESCRIBO, FENEROR, MVTVVM, VSVRA, cæteráque huius generis, vbi de creditis pecuniis agitur.

VIII FACERE iacturam, facere iactum, rei nauticæ proprium eſt, quod eſt iacere in mare, quæ in naui ſunt, eius leuandæ cauſa, cùm tempeſtate affligitur. Cuius rei frequens mentio toto titulo, D. ad l. Rhodiã, de iactu, vt l. 1. Lege Rhodia cauetur, vt ſi, leuandæ nauis gratia, iactus mercium factus ſit, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus factum eſt. L. 22. Si, laborãte naue, iactus factus eſt. Ibidem. Cùm in eadem naue varia mercium genera complures mercatores exegiſſent, prætereáque multi vectores, ſerui, liberíque, in eadem nauigarent, tempeſtate graui orta, neceſſariò iactura facta erat. Quęſita deinde ſunt hęc: an omnes iacturam præſtare oporteat. Item, Placuit omnes, quorum, quid interfuiſſet, iacturam fieri, conferre oportere. Item, Iacturæ ſummam, pro rerum

 pretio

pretio tribui oportere. IACTVRAM facere, transiit posteà ad omne genus damni, quod quouis modo quis patitur. 2. Fin. 79. Facere iacturam rei familiaris. 4. Fam. 5. In vnius muliercula animula, si iactura facta est, tantoperè commoueris. *Pour auoir perdu ta Tulliola.* V. IACIO. Iactura, Iactus.

IX FACERE, vt, velut per Saturam, multa vno verbo dicamus, omnia etiam Latinè exprimit. Nonnulla minùs nota ponemus, quæ rideant in Latinitate hospites. Facere, fieri interitum: conficere, & confici interitum. 1. Tusculan. 90. Toto animante deleto, & facto interitu vniuerso. 2. Diu. 17. Non ergo omnium interitus atque obitus natura conficiet. Facere iudicium quanti res sit. *Porter iugemant, faire iugemant de la chose.* 13. Fam. 29. Vt primùm per ætatem iudicium facere potueris, quāti quisque tibi faciendus esset. Facere sanguinem. Liuius libro 35. Nondum ita commisso bello strictos gladios, vt sanguinem vsquam factum audissent. FACERE confessionem, Liuius libro 2. Factam confessionē, populi, quàm Consulis, maiestatem vimque maiorē esse. FACERE defectionem, proditionem, sæpè Liuius dicit.

X FACERE salutationem exercitus inter se. *Les deux armées s'antresaluër l'vne l'autre.* Idem crebrò habet. FACERE verecundiam alicui. Liu. l. 35. Ad verecundiam faciendam Romanis. *Pour leur faire honte, vergongne.* FACERE pudorem. Liuius l. 2. Fecit pudorem morandi auxilij, eius populi meritum. FACERE controuersiam. Liuius ibid. Nemo controuersiam per tot menses fecerit, iustine magistratus summæ rerum præessent.

XI FACERE audientiam, silentium. Plautus Amp. prol. Facietis huic fabulæ silentium. Plautus

Bacchid.

Bacchid.prol. Fabor vobis, quod expetitis, facite mihi audientiam. *Preter silance,donner audiance à celui,qui parle,qui harangue.*Facere audiētiam,silentium,apud Tullium,Liuium,& alios,est,iubere, efficere,vt sileatur,vt audiatur;non autem ipsum silere,& audire.

XII FACERE fugam.Liuius libro 8. Quacumque ergo inuectus est Decius,ibi, haud secùs quàm pestifero sidere icti,pauebant. Vbi verò corruit obrutus telis,inde iam haud dubiè cohortes Latinorum fugam,ac vastitatem latè fecerunt. *Les troupes des Latins prindrent la fuite, & an fuiant deserterent toute leur armée, laisserent leur quartier tout vuide de combatans.* FACERE fugam,aliàs,& Tullio, & Liuio,& cæteris,est fugare,dare in fugam. Sallust. Iug.Bell. Numidæ, postquàm elephantos disiectos vident,fugam faciunt,plerique auxilio noctis integri inde abeunt.

XIII FACERE rebellionem.Cæsar 3.Gall.Rebellio facta post deditionem.

XIV FIERI, Esse meliorem in morbo, pro, recreari à morbo. Celsus libro 3. cap. 20. Lethargicus,neque in vigilando melior fit: sed per se, si vigilat, melior est. *Vn Lethargique ne se porte pas mieux, de veiller : se tenir esueillé, ne le fait pas mieux porter; mais bien,si de soi il se porte mieux, alors il veille aisémant.* Et libro 3. cap. 22. Qui meliusculus esse cœpit, adiicere debet exercitationes. Tullius sic loquitur. Meliùs alicui fieri. 1. Tusculan. 86. Pompeio, cùm grauiter ægrotaret Neapoli, meliùs est factum. Coronati Neapolitani fuerunt:Puteolani vulgò ex oppidis publicè gratulabantur.*Il commança à se mieux porter.Il se troua vn peu mieux.* Vulgò satis notum hoc genus loquendi.

XV QVID hoc homine facias? Quid huic homini faciatis? Diodoro quid faciam Stoïco? Nunc hoc sensu: *Que ferai-ie de lui?* Nunc isto: *Commant lui satisferai-ie?* At istud aliud genus locutionis: Si quid me, si quid eo fiat, factum sit, vulgus non ita nouit, quod discat, licèt ex Tullio, & Plauto. pro Pomp. 59. Cùm Catulus ex vobis quæreret: Si in vno Pomp. omnia poneretis, si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri: omnes vna propè voce, in ipso vos spem habituros esse dixistis. *S'il mesaduenoit de Pompée. Si mal lui arriuoit. An cas qu'il mourut.* Plaut. Pœn. 5.2. Quin mea quoque habebit, si quid de me fiat. *An cas que ie decede deuant lui, il succedera à tous mes biens.*

XVI FACERE nomina. In dialogo, & scripti genere, eiusmodi facit nomina libri scriptor, cùm adhibet, cùm fingit nomina eorum, qui colloquuntur; cùm assignat personas inter se colloquentes. 13. Att. 14. Placeátne tibi mitti ad Varronem, quod scripsimus? Nam scito te ei Dialogo adiunctum esse tertium. Opinor igitur, consideremus: & si nomina iam facta sunt, sed, vel induci, vel mutari possunt. *Quoi que les noms des antreparleurs an ce dialogue sont desia couchez sur le papier.* Facere pullos. Varro lib. 3. Rust. cap. 5. Non, vt aduenæ volucres, faciunt pullos, sic, aut hîc, aut illic turdi.

FALLO. In Iurisiurandi formula, de sollemnibus verbis olim vnum erat, Fallo. Liu. l. 21. Scipio stricto super capita consultantium gladio; Ex mei animi sententia, inquit, iuro, vt ego Remp. non deseram, neque alium ciuem Rom. deserere patiar. Si sciens fallo, tum me, Iupiter, domum, familiam, rémque meam, pessimo leto afficias. *Si i'antan an ce mien sermant aucun dol, aucune tromperie. Si ie ne l'antan an mon ame, tout ainsi que ie le di*

di de bouche. Tullius 7. Fam. 1. Æſopus iurare cùm cœpiſſet, vox eum defecit in eo loco, Si ſciens fallo. Feſtus. Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter, ſalua vrbe, arcéque, bonis eiiciat, vti ego hunc lapidem.

II Fallimus fidem, & ſpem, & cætera eiuſmodi, iis, quibuſcum dolo, fraude agimus. 1. Off. 39. Regulus redire ad ſupplicium maluit, quàm fidem hoſti datam fallere.

III Me, te, vos, nos fallit, idem eſt atque fugit, præterit. Orat. 225. Quem, quæſo, noſtrûm feſellit, ita vos eſſe dicturos? 1. Orat. 255. Neque hoc te fallit, Craſſe, quàm multa ſint, & quàm varia genera dicendi.

FANDO audire, valet idem, atque fante, dicente aliquo, quidpiam accipere, quod de rebus inauditis vſurpari ſæpè ſolet. Liuius l. 10. 24. An Romæ fando vmquam audiſtis, Patricios primos eſſe factos? l. 45. 68. Pro patria, qui letum oppetiſſent, fando ſæpè audiui. Vide FOR, fari.

FAVEO. Ore, verbo, lingua, Fauere, in ſacris, eſt, pro ratione ſacrorum ſilere, aut loqui ad ſtantes, bona, aut mala verba, fauſta, infauſtáve profari: Sacra ſiquidem Herculis, exſecrationibus peragebantur, ex veteri ritu, atque inſtitutione; ideóque in iis lingua fauebat, qui exſecrabatur, atque ita in cæteris ſacris, qui eis congruentia dicebat, is verè fauebat ore, linguáque. 2. Diuin. 101. Maiores noſtri omnibus rebus agendis, Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatúmque eſſet, præfabantur, rebúſque diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent linguis, imperabatur. 2. Diu. 85. Iam illa, fauete linguis, & prerogatiuum omen comitiorum, &c. Itáne? Si quis aliquid ex ſua re, atque ex ſuo ſer-

mone dixerit, & eius verbum aliquod aptè ceciderit,ad id,quod ages, aut cogitabis. 2. Diu. 57. Galli silentio noctis,vt ait Ennius,fauent faucibus:rursus cantu, plausúque premunt alas; hoc est, fausta canunt,bono omine sunt audientibus.

II In bellicis factionibus, & cæterarum rerum sectis, fauere, fautorem esse alicui dicitur,qui eius partibus studet, qui est ab illo, qui facit cum eo, & pro eo. Liuius l. 25. Nec spes vlla maior apud fauentes rebus Carthaginensium esset. l. 1. Clamor ab vtriusque fautoribus oritur.Plautus Amph. prol. Conquisitores singuli in subsellia eant, per totam caueam spectatoribus: Si cui fautores delegatos viderint,vt iis in cauea pignus capiantur togæ.*Des partisans apostez, qui defendent ambitieusemant leur faction, & trauersent l'aduerse partie contre le droit.* Pro Plan. 20. Quid ego de me, de fratre meo loquar? quorum honoribus agri propè dicam ipsi,montésque fauerunt. ibid. 22. Nostra illa aspera,& montosa,at fidelis,& simplex, & fautrix suorum regio, se huius honore ornatam arbitrabatur.

FENVS, ex Varrone, est naturalis fetus: quò spectat illud Tullij,de Senect. 51. Terra numquam sine vsura reddit,quod accepit:sed aliàs minore cum fenore,hoc est,cum fetu,ac fructu.

II Inde Fenus pro quodam fetu nummorum est dictum,quod à fetura, & fetu appellatum tradidit Varro lib.3.de lingua Lat.vt Nonius, ideóque contendit sine,o,littera scribendum,vt fetus,fetura, fecundus,fecunditas,Fenus pari ratione. τόκος, fetus vocatur apud Græcos, παρὰ τὸ τίκτειν, à pariendo, & Anatocismus, iteratus vsurarum partus, vt in vsura explicauimus. Est enim fenerari, sic pecuniam fenori,hoc est,fetui,occupáre,vt, quasi ab re fecunda,

fecunda,sic ab ea pecuniam rursus aliam,veluti eius fetum,exigere.*Metre son argeant à profit,comme vne chose capable de produire fruit de son creu.*

III Fenus varium, ex variis partibus Assis, Romani appellarunt,sicut & varia vsurarum genera. Fenus As, quod sortis duodenos nummos quotannis absumit: fenus Deunx, quod vndecim capitis nummos aufert. Fenus Dextans, Dodrans,Bes, Septunx,&c.vt verbo, Vsura 6.& 7.exposuimus.Fenus Vnciarium idem est,quod Fenus As.

IV Fenore Asse,fenore Vnciario,maius nullum Romanæ leges permiserunt,sæpè longè minùs vetuerunt exerceri.Tacitus lib. 4. Annal. Primò duodecim tabulis sanctum, ne quis Vnciario fenore ampliùs exerceret, cùm anteà ex libidine locupletum agitaretur.*Par les douze tables il a eté prohibé,& sur peine, qu'aucun n'eut à exceder le change de douze pour çant.*Liuius lib.7.43.Haud æquè Patribus læta de fenore Vnciario à Tribunis plebis rogatio perlata est:& plebs eam aliquantò cupidiùs sciuit, accepítque.*La loi de la reduction des Vsures à douze pour çant, ne fut tant agreable aux Patriciens,interessés an icelle, comme auoit eté la precedante contre les brigues : mais aussi la populace la confirma par ses suffrages, & la receut bien plus volontiers, que cete autre, qui reculoit les personnes basses de l'espoir des dignitez,& magistratures.*

V Quin Vnciarium lege ad Semunciarium reuocatum est, anno conditæ Vrbis quadringentesimo quinto,T.Manlio,& C. Plancio Coss. Liuius lib. 7. 70. Semunciarium tantùm ex Vnciario fenus factum,& in pensiones æquas triennij, ita vt quarta præsens esset,solutio æris alieni dispensata est. *Les interets ont eté reduits de douze pour çant, à six pour çant:& ont eté accordez trois ans aux debiteurs,pour faire*

faire leurs paiemans, à condition de paier contant le quart de leurs detes. Semunciarium fenus, & fenus Semis,& Semisses Vsuræ,idem sunt.

VI Fenus nauticum est,quod penditur traiectitiæ pecuniæ nomine, id est, illius, quam creditor suo periculo trans mare deportandam curat. Maritima quoque Vsura dicitur id genus fenoris, de quibus est Iuris Titulus, De nautico fenore, in Pandectis.

VII Fenore perpetuo ductæ vsuræ.*Vsures contées,& continuées annuelemant an qualité d'vsures, & non de principal,lesdites vsures n'etans reduites an nature de principal,à faute d'etre paiées au terme.* Contrà, vsuræ ductæ, fenus ductum cum anatocismo, cum anniuersario anatocismi. *Vsures, qui prennent nature de sort, & principal, à faute de paiemant au terme,& produisent autres vsures au bout de l'an.* V. Vsura.c.9.

VIII Feneratio & vsura,propriè sumta,hoc differunt, quòd hæc tantùm imponitur eius compensandi nomine, quod creditoris interest, carere sua pecunia:illa verò,meri lucri studio,inducta est,fructúsque capiendi ex nudis nummis,sua natura infecundis, & quidem nulla, vel adhibita industria, vel adito periculo. Et de vsura quidem testis est Paulus leg. 35.D.de Vsuris,cùm ait:Vsuræ non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infliguntur.

IX Fenebres leges, *les loix ecrites pour le reglemant des vsures.*Fenebris pecunia. *Argeant colloqué à vsure,exposé au profit des vsures, ou bien aquis par telle pratique.* Fenebris res. *Tout ce,qui concerne les vsures.* Liuius lib. 35.13. Cùm multis fenebribus legibus constricta auaritia esset,via fraudis inita erat,vt in socios,qui non tenerentur iis legibus, nomina

nomina transcriberent. *L'auarice des vsuriers aiant eté reprimée par la rigueur des loix, sur le traffic des vsures, ils auoient inuanté l'artifice de continuer frauduleusemant l'vsure, an transportant leurs obligations aux Latins confederés, & voisins, & amprunțant leurs noms, d'autant qu'ils n'etoient suiets ausdites loix.* Liuius l. 7. 56. Noui Consules fenebrem rem leuare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam verterunt, Quinqueuiris creatis, quos mensarios appellarunt. *Les Consuls, dés l'antrée an leur charge, mirent la main au fait des vsures, pour soulager ceux, qui etoient greués, & chargerent le public des detes des particuliers necessiteux, aians creé à cet effet cinq Commissaires, qu'ils nommerent, les Quinqueuirs de la banque.*

x Feneralia, orum, annua dies exigendorum fenorum. *Le terme ordinaire du paiemant des vsures, qui etoit assigné aux Ides de Iuillet.* Liu. lib. 35. 13. Fenoris coërcendi cùm ratio quæreretur, diem finiri placuit feneralia, quæ proximè fuissent, vt qui post eam diem socij ciuibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur. *Lon aduisa de determiner vn iour prefix, dés lequel precisémant finiroient les vsures, lequel iour fut prins à celui des paiemans vsuraires, prochainemant echeu, apres lequel iour, ceux des crediteurs supposés, qui auroient baillé argeant à change aux citoiens Romains, seroient tenus se declarer au Magistrat Romain.*

FENERO, as. Feneror, aris; fenerationem exerceo, pecuniam alicui fenore occupo, fenori do. Liuius lib. 7. 116. Inuenio apud quosdam, L. Genutium, Tribunum plebis, tulisse ad populum, ne fenerare liceret, *Ie trouue és anciẽnes Histoires, que Genutius, Tribun de la populace, mit an auãt, & fit receuoir au peuple, vne loi, portãt expresse defanse, de bailler*

ler argeant à intereſt. Tullius 2. Of. 88. Cùm ille, qui quæſierat, dixiſſet: Quid feneraril tum Cato: Quid hominem occidere? *Caton interrogé, ſi bailler à vſure, etoit expediant & ſeant à vn pere de famille, repondit: Tout, ne plus, ne moins, que de faire vn homicide.*

II Fenerari pecuniam ſuam, alteriúſve. *Metre ſon argeant à profit d'interets & d'vſures.* 4. Verr. 170. Carpinatius Verris pecunias extraordinarias, grandes, ſuo nomine fenerabatur. *Il faiſoit valoir à force de gros interets, les ſommes exceſſiues de Verres, pratiquant les vſures à ſon propre & priué nom.*

III Fenerari beneficium, gratiam. *Faire vn plaiſir, à deſſein d'an receuoir vn plus grand. Pratiquer l'vſure an matiere de plaiſirs & ſeruice.* Tullius Lælio 30. Liberales ſumus, non vt gratiam exigamus; neque enim beneficium feneramur. *Si nous obligeons autrui, ce n'eſt à deſſein d'an tirer loier & interets.*

IV Fenerari prouincias, & alia huiuſmodi, eſt fenebri rapina diripere, vexare. Tullius parodoxo 6. Qui videt domi tuæ dimiſſiones libertorum, ad fenerandas, diripiendáſque prouincias. *Qui void chez toi les commiſſions & depeches de tes ſeruiteurs affranchis, anuoiés an diuerſes prouinces pour la recepte de tes vſures, à la vraie ruine des habitans.*

FERIO. Sicut percutio, Ico, ita Ferio proprium fœderum fuit verbum. ab eo ritu feriendæ ſuis, qui ſollemnis erat in fœdere. Pro Domo 120. Cautiones fiebant pecuniarum; fœdera feriebantur prouinciarũ pro Rab. Poſt. 6. Credidit regi, quicum fœdus feriri in Capitolio viderat. pro Cœl. 34. Ideóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu quotidie turpiſſimorum amorum fœdera ferires?

II Ferire frontem, doloris atque indignationis ſignum

ſignum quoddam eſt, ideóque pro dolore,& indignatione ſumitur.1.Att.1. Competitores,qui certi eſſe videantur,Galba,& Antonius, & Cornificius. Puto te in hoc,aut riſiſſe,aut ingemuiſſe, vt frontem ferias. *Ie ne doute pas,que tu ne ſois indigné, de voir à quelle ſorte de gens eſt reduite la Repub.*

III Seruit grauioribus etiam caſibus exprimendis, ſicut peto, tango, & alia.1.Off.73. Deſpicientia rerum humanarum, animi tranquillitas, & ſecuritas,&c.eò faciliora ſunt Philoſophis, quò minùs multa patent in eorum vita, quæ fortuna feriat. *Leur maniere de viure eſt moins exposée aux reuers, aux rudes coups,& ſecouſſes de fortune.*

IV Tam ſine adiuncto, quàm cum adiuncto, petitionem declarat,vnde mors ſequitur. Liuius l. 1. Si prior defecit populus Rom. tu illo die Iupiter populum Rom. ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam: tantóque magis ferito,quantò magis potes, polléſque. *Ainſi ſoit-il aſſommé de ta main, comme i'aſſomme ce porc.* Verr.75. Condemnatur Philodamus, & eius filius. Adeſt, inſtat, vrget Dolabella, vt quàm primùm ſecuri feriantur. *Qu'ils ſoient decollés: qu'on leur tranche la tete.* Percutere ſecuri, eod. ſenſu. Pro Corn. 51.Neque poëta noſter Hannibalis illam magis cohortationem, quàm communem Imperatorum omnium voluit eſſe:Hoſtem qui feriet,mihi erit Carthagineníis, quiſquis erit,cuiati ſiet. *Qui aſſenera,frapera à mort, tuera l'vn des annemis, quelcun du parti contraire.*

V Ferire animum,aures,oculos, cæteróſque ſenſus, ea dicuntur, quæ acri quodam motu eos afficiunt, permotionem in eis efficiunt non vulgarem. 15. Fam. 16. Quæ Epicurus, etiam antè Democritus vocat εἴδωλα, hic ſpectra nominat. His ſpectris etiamſi

etiamsi oculi possent feriri, quòd vel iis ipsa occurrunt, animus quî possit, ego non video. *Quoi que ces phantomes puissent donner dans les ïeux, i faire, i apporter quelque impression.* 2. Or. 343. In laudando iungenda sunt hæc genera virtutum, feriunt enim aures hominum. *Ces vertus etans traitées, font breche dans l'oreille de l'auditeur, penetrent bien auant, portent coup an l'oreille, & de là an l'ame.*

VI Traducitur cum venustate, & vi, ad eam impressionem, quæ fit verbis contra aduersarium in foro, in schola, in pugnando, & repugnando. Orat. 225. Incisim, & membratim tractata oratio plurimùm valet, maximéque his locis, cùm aut arguas, aut refellas, vt in Cornelia secunda, cæsim, rursus membratim: Diximus, testes dare volumus. Nec vllum genus dicendi, aut melius, aut fortius, quàm binis, aut ternis ferire verbis: nonnumquam singulis, paullò aliàs pluribus. *Il n'i a maniere de dire plus à propos, plus efficace pour refuter, que de lancer sa partie, de l'assener par des clauses d'craison, tissuës chacune de deux, ou trois mots, aucunefois d'vn seul mot: d'autrefois d'vn peu plus: & ainsi, les lui darder, comme autant de coups de trait.* 2. Orat. 72. Vbi adest armatus aduersarius, qui sit feriendus, & repellendus. *Quand il faut combatre vn braue aduersaire au barreau, qui ne nous donne gueres de moien de l'offanser, ains beaucoup de peine à parer les coups, qu'il nous ruë dru & menu, & auec adresse & force.*

FERO, comitiale, forense, ratiocinatoriúmque verbum est, cuius est vsus multiplex. Comitij sunt hæ formulæ, ferre legem, rogationem, priuilegium, quæstionem, tribum, centuriam, suffragium, puncta, iudicium, pœnam, &c. Fori sunt, ferre iudicem, sententiam, conditionem. Ratio

num

num sunt, ferre acceptum, ferre expensum. FERRE autem, proponere, promulgare, rogare, legem, aut aliud quippiam, idem planè est: legem enim, aut rogationem, & eiusmodi, facit, condit, componit, scribit, qui eam scripto domi concipit. Fert verò legem, rogationem, qui populo proponit, rogátque, vt suffragio sanciat. Promulgat, qui publicè affigit, à quouis excutiendam, vt suadeat populo, aut dissuadeat. Perfert, qui populo persuadet, & ab eo impetrat, probari, & accipi, quod promulgauit, rogauit.

II FERRE absolutè, & ferre legem, rogationem, dicitur magistratus, qui populo proponit legem, quam domi scripsit, vt eam populus accipiat, qui rogat populum, velítne iubere, vt ea lex perferatur, sanciatur. 7. Att. 6. Cùm, vt absentis ratio haberetur, ferebamus. *Quand nous proposions, nous faisions la proposition, la demande au peuple, à ce qu'il ordonnat.* 8. Att. 3. Pompeius contendit, vt decem Tribuni pleb. ferrent; vt absentis ratio haberetur. *Pompée a fait instance, que les dix Tribuns fissent telle proposition à l'assamblée de tout le peuple, aux Comices, aux Etats.* 2. Off. 73. Philippus in Tribunatu cùm legem Agrariam ferret.

III FERRE rogationem. Brut. 89. Libo Trib. pleb. rogationem in Galbam, priuilegij similem, tulit. *Libo a mis an auant vne loi, a requis le peuple de receuoir vne loi contre Galba, toute samblable à celles, que lon fait au preiudice d'vn particulier an cas de criminauté.*

IV FERRE priuilegium. Parad. 4. Familiaris tuus de te priuilegium tulit, vt si in opertum Bonæ Deæ accessisses, exsulares. *A minuté contre toi vne loi particuliere, vne loi, où il ne s'agit que de ta personne, & de ton crime, & l'a promulgée au peuple.*

peuple, requerant que par icelle approuuée par les voix du peuple, tu fusses banni, an cas que tu fusses antré au tample de Bona Dea.

V FERRE quæstionem. pro Milon. 31. Et senatus rem, non hominem notauit: & Pompeius de iure, non de facto quæstionem tulit. *Pompée an la loi, qu'il a promulgée, que touchant l'homicide commis an la personne de P. Clodius, seroit faite information, & procés extraordinaire à celui, qui seroit preuenu de tel crime, n'a touché que le point de droit, & non le fait de Milo, ni d'autre. N'a point declaré, comme par vn preiugé, que Milo etoit attaint de ce meurtre.*

VI FERRE ad populum, ad plebem. 2. Anton. 110. Nescis te ipsum ad populum tulisse, vt quintus prætereà dies Cæsari tribueretur? *Que toimeme an as fait la proposition, la demande?* 2. Fin. 54. Vt P. Scæuola ferret ad plebem, velléntne de ea re quæri? FERRE Tribum. pro Planc. 53. Cùm Tribus plerásque cum Plotio tulerit Plancius; an vnà fieri non potuerunt, si Tribus vnà non tulissent? *Veu qu'ils ont amporté plusieurs Tribus: plusieurs Tribus leur ont donné le suffrage.*

VII FERRE centuriam. pro Planc. 49. Vt nemo vmquam prior tulerit centuriam prærogatiuam, quin renunciatus sit. *Personne n'a amporté, n'a eu pour soi, n'a eu fauorable aux suffrages la çanturie prerogatiue, c'est à dire, celle, qui etant tirée au sort, bailloit ses voix la premiere.*

VIII FERRE puncta in centuria. pro Planc. 51. Questus es, plures te testes habere de Voltinia, quàm quot in ea Tribu puncta tuleris. *Plus de temoins an ta faueur, que de suffrages.* Ibid. 53. Cùm nonnullas Tribus punctis penè totidem tulissent. Puncta vocat ipsa suffragia. Punctis enim, hoc est, certis notis colligebatur suffragiorum numerus.

IX FER

IX FERRE suffragium. Et qui defert alteri suffragium suum, & is, cui defertur, ferre suffragium dicitur, diuerso sensu. Pro Dom. 42. Conductos sicarios, egentes, perditos, de eius capite suffragium ferre, qui neque sit citatus, neque accusatus. *Donner sa voix pour iuger, porter iugemant par suffrage, an cause criminele.* 1. Att. 14. Idem refert, vt vniuersus populus in campo Martio suffragium de re Clodij ferat. pro Planc. 54. Indicas eos testes, qui te præterierunt, aut te ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse. *Que tu n'as eu leurs suffrages gratis, sans paier.*

X FERRE sententiam, iudicium, est pronunciare, dicere sententiam: iudicio, sententia, decernere. pro Clu. 147. Vos, iudices, de hominum fortunis sententiam fertis. Fragm. in C. Antonium. Præclara dicentur iudicia tulisse, si qui inficiantem Luscium condemnarint, Catilinam absoluerint confitentem.

XI FERRE iudicem alicui, is dicitur, qui causæ bonitate fretus, facit optionem aduersario, iudicem, quem volet, eligendi, aut ei certum quemdam proponit, quem reiici ab eo posse non putat. FERRE iudicem, est item sumere sibi quidpiam probandum, apud quemlibet iudicem, contra aduersarium. Pro Qu. Rosc. 45. Eúmne testem improbabit, quem iudicem probarit? Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet; eum cùm testem producam, reprehendere audebit? 2. Orat. 285. Placet illud Scipionis illius, qui T. Gracchum perculit, cùm ei M. Flaccus multis probris obiectis, P. Mucium iudicem tulisset? Eiuro, inquit, iniquus est. *Apres l'auoir taxé de beaucoup de crimes, lui fit offre d'an etre, de s'an tenir à la dite, au dire, au iugemant de Mucius, qu'il lui nommoit*

pour

pour iuge an ce fait. Par deuant lequel il offroit de preuuer les crimes obiectés. Liuius l.3. Vt ille iterum, ac sæpiùs prouocet, sic se iterum, ac sæpiùs iudicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in seruitutem dederit. *Qu'il prenoit à soi de preuuer, pardeuant quel Iuge que ce fut, comme Appius auoit iugé contre le droit.*

XII FERRE expensum. *Ecrire au liure de raison, an l'article des mises, ce qui a eté deliuré à quelcun. Le randre contable de telle somme sur le liure.* FERRE acceptum. *Coucher sur le chapitre de la recete, sur le chef du receu, ce, qui a eté receu par quelcun.* 2. Att. 4. Ne tu expensum muneribus ferres, pro eo libro tibi præsentem pecuniam solui imperaui. *Afin que tu ne le misses au conte des presans, que tu me fais par fois, sur la liste des dons.* FERRE ventrem, vterum, Liu. Varr. Colum. *Etre anceinte.*

XIII FERRE CONDITIONEM. Optionem dare, ferre. *Presanter parti tel, qu'on voudra choisir. Bailler le chois de quelques offres.* Liuius 10. 56. Ferre Appio conditionem, quæ decretura sit, non orator, sed vter Imperator sit melior. Etruriam & Samnium prouincias esse: vtram mallet, eligeret, se vel in Etruria, vel in Samnio rem gesturũ.

FIDEIVBEO, OR. Qui fide, ac periculo suo suadet, vt id fiat, quo de agitur, fideiubere dicitur, quoniam euentum rei eius præstat. *Il prand la chose à son peril & fortune, an repond, s'an rand caution.* Est autem diminuta oratio, *Fide sua iubere*, pro hac plena, *Fide sua iubere, pecuniam alicui esse creditam, aut aliquid simile datum, concreditum,* cuius rei hæ passim leguntur in Iure formulæ: Stichum, aut decem, tua fide iubes? Quantam pecuniam credidero, fide tua esse iubes? Mille modios tritici fide tua esse iubes? Si reus quingenta

genta non soluerit, fide tua esse iubes? *supple*, Credita. *An cas, que ie lui prete cinq çans ecus, à ta requete, & il ne me les rande pas, an resp ons-tu me les faistu bons?* L. 17. D. *de fideiussoribus*. Cùm fideiussor hoc modo acceptus esset. *Si reus quadraginta, quæ ei credidi, non soluerit, fide tua esse iubes?* Verisimile est id actum, vt cùm appellatus reus non soluisset, fideiussor teneretur. FIDE SVA IVBET auctor ac suasor, vt alteri quid credatur. FIDE SVA PROMITTIT verò ipse princeps reus, cùm sua sponte spondet: vt Medicus apud Plautum, *Menechmus*, Sanum futurum mea ego id promitto fide. FIDE ALIENA PROMITTIT idem princeps reus, cùm fideiussorem, prædem promittit. Reus igitur & sua, & aliena fide promittit, non iubet. Fideiussor sua sponte iubet, & fide sua, non aliena promittit.

FIDVCIA, æ, est simulata venditio rei cuiussuis, sola nitens ementis fide, quam rem venditor suo commodo sit recepturus. *Vante feinte, Vante confidanciaire, vante à condition de redhiber, de reprandre la chose vanduë, quand on voudra.* Familiaris fuit Romanis hæc venditio, maximè in mancipatione filiorum, quos patria potestate vellent absoluere: tunc enim, ex legis formula, filium simulatè vendebant emtori, qui emtum mox emittebat manu, eaque venditio, Fiducia dicebatur.

II Venditor porrò dictus est Fiduciam imponere; emtor, fiduciam accipere. Si verò emtor filium emtum patri vicissim venderet, ij dicti sunt ambo fiduciam contrahere, & ea fiducia, Contracta Fiducia vocabatur. Tullius Topicis 42. Fidē præstare debet, qui fiduciam acceperit. *Quiconque a acheté quelque chose, alienée feintemant, pour la commodité du vandeur, lui doit garder fidelité, d'autant que le vandeur s'an est reposé sur la foi de l'acheteur.*

teur. Curtius lib. 5. *de Nabarſane ad Darium.* Ego ſuadeo, vt te,ac regnum tuum ſalubri ratione conſerues: auſpicium & regnum alij trade interim, qui tãdiu Rex appelletur, donec Aſia decedat hoſtis; (id eſt, Alexander) victor deinde regnum tibi reddat. Et paullò pòſt. Beſſum, temporis gratia, regẽ ſtatuamus. Compoſitis rebus, iuſto regi tibi fiduciarium reſtituet imperium. *Les troubles de Perſe etans accoiſez, Beſſus te randra, comme au vrai Roi des Perſans, le Roiaume, que tu lui auois donné an Confidance.* Fiducia commiſſum, datum Beneficium ſacrum, Beneficij interpoſita fiducia. *Benefice baillé an Confidance.*

III FIDVCIA, non modò eſt venditio ſimulata rei, ſed ipſa res ſic vendita, ſic oppignerata. Tullius pro Flacco 51. Pecuniam grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupaſti. Hanc fiduciam tibi commiſſam tenes hodie, ac poſſides. *Tu as preté argeant, à gros interet, à ce ieune homme, & ce moiennant vn fonds, que tu tiens de lui à gage, à condition qu'il te ſoit aquis, ſi ton argeant ne t'eſt randu dans le terme prefix.*

IV Fiduciam dare, interponere. *Bailler an confidãce, vandre ſur la foi de l'acheteur pour antrer an poſſeſſion.* Fiduciam accipere, *prandre an confidance, acheter, à condition de randre.* Fiduciam contrahere, *Vandre. & puis reprandre la choſe vãduë, acheter par confidance, & puis randre au vandeur.* Fiducia contracta. *Le bail an confidance, & la reprinſe de la choſe baillée.* Fiduciarius venditor, *qui vand par voie de confidance.* Fiduciarius emtor. *Qui achete par la meme voie.* Fiduciaria res. *La choſe baillée an confidance.* Fiduciarium regnum. *Roiaume receu & tenu an confidance, receu pour le randre au bon plaiſir de celui, qui l'a donné.* Fiduciariam operam

Legatus

Legatus obtinet. Cæsar 2. belli Ciuilis. *Le Lieutenant exerce la charge du Chef absant, depandamment du Chef, à condition de s'an demetre au bon plaisir du Chef.* Fiduciarius pater, qui à vero patre filiũ emit, emtione fiduciaria, & ficta. Fiduciarius tutor, cui ad tempus, & ipsius fide, commissa est tutela: Fiduciaria tutela, ad tempus cõmissa cuipiam.

FINGO. Ingeniosè aliquid excogito, aut formo, & effigiem duco. Hoc intelligerem, quale esset, si id cereis fingeretur, aut fictilibus figuris. de N. *S'il etoit ieté, moulé an cire, ou an terre.* Et qui aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil vtuntur, tamen vtrùm sciant pingere, an nesciant, non obscurum est. Orat. Alexander ab Apelle pingi, à Lysippo fingi volebat. Epist. *Etre pourtrait par Apelles: ieté, ou taillé par Lysippus.*

FLAGRO studio, amore, desiderio, cupiditate alicuius rei, crebrò à Cicerone translatum vsurpatur. Non dici potest, quàm flagrem desiderio vrbis. Att. Dionysium flagrantem desiderio tui, mitto ad te. 7. Att. 4. Vos etiam nimis flagrare cupiditate video. de Orat. Flagrare cupiditate, & amentia. 6. in Verr. 76. Mulier ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, vt eam, &c. pro Cluent. Ibicus Rheginus amore flagrauit. 4. Tusc. 71. Incredibili quodam nostri homines discendi studio flagrauerunt. 1. de Orat. 14.

II Bello flagrare regionem aliquam, dicitur eodem sensu, quo ardere. Non vidit bello flagrantem Italiam, non ardentem inuidia Senatum. Totam Italiam flagraturam bello intelligo. Att. 7. ep. 10.

III Flagrare, Conflagrare infamia, inuidia, odio, &c. dicit Tull. sicut ardere, cùm vult significare aliquem his malis, aut vitiis vehementer labora-

Q re,

re,quibus locutionibus respondet hæc apud eumdem,inflāmare inuidiam alicuius,id est, dare operam,vt quis de eo malè sentiat, & loquatur. 2. Ver. 2. Cùm inuidia,& infamia,non recenti, sed vetere flagraret. 2. Ver. At. 4. ep. 17. Conuiuia stupris flagitiisque flagrabant. 5. Verr. Liuius l. 40. 33. Si innocens sum,peto,ne inuidia conflagrem.

IV Obserua porrò,flagrare odio,non esse tantùm pati alienum odium, sed etiam odisse alios. De priore exempla sunt posita: de posteriore accipe. Neque facile est,vt oderit eum,quem tu velis,nisi teipsum flagrantem odio antè viderit: neque ad misericordiam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui, verbis,voce,vultu,collacrymatione ostenderis. 2. de Orat. 190.

V Nota denique, etiam res ipsas,quæ causæ sunt odij,infamiæ,inuidiæ, hoc est,vitia, dici quoque flagrare,& ardere. Flagrabant vitia libidinum apud illum. Pro Cœl. Quin ipsum quoque odium, ipsa infamia dicitur flagrare. Omnia tum in illum odia ciuium ardebant. Pro Mil. Vri inuidiam, pro Ardere,ponit Liuius li. 40. 31. Ad id,quod dolet,quod inuidiam vrit, reuerteris.

FLVO. Accommodat hoc verbum Cicero aliis,quæ,aquæ fluentis more,præterlabuntur. Cætera fluere,labi,nec diutiùs esse vno & eodem statu. Or. 10. Fluit igitur voluptas corporis. de Fin. Excident gladij,fluent arma de manibus. Pro Mur. Omnia,quæ delapsa iam fluxerunt,feueris legibus vincienda sunt. pro Mur.

II Pro dispergi, & in vulgus dimanare sumitur. Multum sermonem de liberis nostris fluxisse video. de N. Pythagoræ autem disciplina,cùm longè, latéque flueret,permanauisse mihi videtur in hanc ciuitatem. Tusc.

111 Fluere,ac liquescere voluptate dicitur, quem mollitia voluptatum planè absorbet, vt iis libenter mergatur. 2.Tusc.52. Cùm voluptate liquescimus, fluimúsque mollitia,apis aculeum,sine clamore,ferre non possumus.

¶ FOR,fari. Fando audire,Fando audiri,frequens & venusta formula,apud veteres Latinos,in exaggerandis inauditis, & insolentibus rebus adhiberi solita. Non denique vlla vmquã intercessit postulatio,mitto æqua,verùm ante hoc tẽpus,ne fando quidem audita. *Tullius*,pro Quinctio,sect.septuag. prima. *Iamais, iusques à maintenant, n'est antrevenuë aucune demande, sur ce suiet, voire meme n'an a eté faite la moindre mantion du monde.* Simulacra Deorum de locis sanctissimis ablata videmus à nostris: at verò,ne fando quidem auditum est,crocodilum,aut ibin,aut felem,violatũ ab Ægypto. *Tullius*,primo de Nat.Deorũ,sect.octog. tertia. *On n'antandit iamais dire, que les Egyptiens aient offansé vn crocodile, vn ibis, ou cigogne de ce païs là,vn chat, tant s'an faut, qu'ils aient anleué leurs images des tamples.* Semper ista audita sunt eadem:penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere, vos solos iustum imperium,& auspicium, domi,militiæque.An Romæ fãdo vmquã audistis, Patricios primò esse factos, non de cælo demissos:sed,qui patrem ciere,aúmque possent,id est, nihil vltra ingenuos? *Liuius*, libro decimo, sect. vicesſ. quarta. *Mais n'aurés-vous pas oüi dire à Rome,que les Patriciens ont eté creés, & faits,ce qu'ils sont, par Romulus, ont eu leur premiere origine parmi les hommes, & n'ont point eté anuoiés du ciel an terre, qu'ils sont de meme condition que nous autres de la populace.* Equidem pro patria, qui letum oppetissent, sæpè fando audiui:

Q 2 qui

qui patriam pro se perire,equum censerent,hi primi sunt inuenti. *Liuius*, libro quadrag. quinto, sect. sexag. octaua. *Il est vrai, que i'ai maintefois ouï dire, que des hommes de bien etoient mors, pour la defanse de leur patrie : ces deux hommes seuls sont les premiers, qui ont creu etre equitable, que leur patrie se perde, pour les conseruer.*

¶ 11 Fandus, æquus, iustus, legitimus, sicut contrà, Infandus, Nefandus, idem valet, atque, iniquus, non legitimus. In oculis erat omnis ille occulti paratus sacri, & armati sacerdotes, & promiscua hominum, pecudúmque strages, & respersæ fando, nefandóque sanguine aræ. *Liuius*, libro decimo, sect. centes. vicesf. quarta. *Que les autels etoient abreuués pelemele, de sang legitime, & non legitime, licite, & illicite, de sang, & des victimes ordinaires, & licites, & de sang d'hommes innoçans, egorgez à tort.* At sperate Deos, memores fandi, atque nefandi. *Virgilius.*

FORTVNO, are. Faustis precationibus, ac benè ominatis votis, propriè adhibetur, sicut, Prospero, are. Tullius 2. Fam. 2. Tibi patrimonium Dij fortunent. *Dieu te doint bon-heur de la succession, que tu as herité de ton pere trespassé.* 15. Fam. 7. Eum honorem tibi Deos fortunare volo. *Ie te souhaite toute prosperité au Consulat, auquel tu es appelé.* Liu. lib. 8. 24. Diui, quorum est potestas nostrorum, hostiúmque, vos precor, veneror, veniã peto, obsecróque, vti populo Romano, Quiritibus, vim victoriámque prosperetis.

FRANGO. Quæ solida vi repugnant in corporeis, ea propriè frangi dicuntur. 2. Offic. 40. Bargulus Illyrius latro magnas opes habuit: maiores Viriatus Lusitanus, quem C. Lælius, Prætor,

tor, fregit. de Prouinc. 32. C. Pomptinius ortum repentè bellum Allobrogum, prœliis fregit, eósque domuit.

II In rebus animi, quæ, vel impetu, vel duritia quadam valent, vt Audacia, ferocitas, contumacia, ea translata voce, frangi traduntur. 13. Ant. 24. Contendi, & fregi exsultantis latronis audaciam. in Pison. 39. Hominis furorem, & petulantiam fregi. 4. Fam. 4. Fregit hoc meum consilium Cæsaris magnitudo animi.

III Caloris, venti, tempestatis, & aliorum huiusmodi vis insita, cùm minuitur, frangendi verbo exponitur. 1. de Orat. 265. Scæuola paullulùm requiescet, dum se calor frangit.

IV Frangere brachium, crus, & eius generis alia, ille ipse dicitur, absoluto locutionis modo, cui crus, aut brachium frangitur. 2. de Orat. 253. Vespa Terentius Titium excusauit, quòd eum brachium fregisse diceret. *Il l'excusa de ne s'etre porté à l'assamblée, disant, qu'il s'etoit rompu le bras.*

V Frangere fidem, fœdus, amicitiam, promissum, & huiusmodi, translato genere sermonis, Latinè, ac eleganter dicimus: sed obuia cuiuis exempla sunt.

FRAVDO, in negotio gerendo familiare verbum, sicubi alicuius fides & integritas vacillat negotiatoris. pro Quinctio 75. Is vadimonium mihi deseruit, me fraudauit: ego experiri non potui. *Aiant fait defaut an iugemant de pure malice, il m'a comme rdui le mien, me leuant le moien de poursuiure mon droit an iustice.* pro Cæcinna 7. Qui per tutelam, aut fiduciæ rationem, aut societatem, aut rem mandatam, fraudauit quempiam, in eo, in quo delictum maius est, pœna est tardior. *Celui, qui an matiere de tutele, de mancipation simu-*

lée, de societé an negoce, ou de commission receuë d'autrui, s'est preualu du bien d'icelui, auec mauuaise foi.

II FRAVDI esse alicui aliquid, pro, Nocere, Incommodare aliquid alicui. Hæc res nemini vmquam fraudi fuit. Pro Deiot. Fit S. C. vt néve Salaminiis, néve, qui eis dedisset, fraudi esset. Att. Censeóque, vt iis, qui in exercitu Antonij sunt, ne sit ea res fraudi. in Ant. Filio pietas erga patrem fraudi esse non debet. Eísque fraudi ne sit, quòd cum Marco Antonio fuerint. in Ant.

III Fraus, pro Scelere. Rabirius fraudem capitalem admisit. prò Rab. Fraus peculatus, id est, crimen peculatus. Dij nonnumquam præsentis fraudis pœnas in diem reseruant. de Diuina. Qui in Republica violanda fraudes inexpiabiles concepissent. Tusc. Scelus ad fraudem nocentis supplicio constringere. de Orat.

FREQVENTEM esse, ad celebritatem cœtus explicandam, Cicero libenter dixit. Frequentes fuimus, omninò ad ducentos. Qu. Fr. Refert etiam, qui audiant, frequentes, an pauci, an singuli. de Orat. Senatus continuò est conuocatus, frequénsque conuenit. Ep. Numquam tam frequens collegium iudicauit. de Ar. Idque frequentissimo theatro, incredibili plausu, comprobatum est. de D. Nulla in concione vmquam frequentior fuit pop. Rom. Acad.

II Sic frequentem aliquem alicubi esse, ac eum locum celebrare, frequentare. Frequens enim te audiui, atque affui. de Or. Eo tempore Rosc. erat Romæ frequens, atque in foro, & in ore omnium quotidie versabatur. Pro Sex. Rosc. Demosthenes frequens fuit Platonis auditor. Orat. Et nos in hoc genere frequentes.

III Sic frequentia, pro numeroso conuentu. Cum maxima frequentia à multitudine domum reducebatur. in Verr. Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo. Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. Qu. de Pet. Non enim tribum Terentinam, de qua, &c. sed solidam, & robustam, & assiduam frequentiam prębuerunt. Pro Plan. Cùm hic Dordensis efferretur magna frequentia, concessúque vestro. pro Flac.

IV Frequentia rerum, id est, crebritas. Thucydides creber est rerum frequentia. de Orat. De epistolarum frequentia nihil te accuso. Att.

FREQVENTO. Frequentare aliquid, est id crebrò inculcare. Verbi translatio instituta est inopiæ causa, frequentandæ delectationis. de Orat. id est, frequenter afferendæ. Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus verborum. de Orat. id est, frequenter sunt adhibenda lumina. Aceruatim multa frequentare. Hæc frequentat Phalerius maximè.

FVGIO. Fugit aliquid aliquem, Cicero dixit, sicut latet, prçterit, fallit. Cui rei fugerat me rescribere. Att. Non fugisset hoc Græcos homines. de Orat. Illos autem id fugerat superiores. de Fin. Verùm hoc amentem hominem fugit. In Ver. Illud alterum, quàm sit difficile, te non fugit. Att. Nisi quæ me fortè fugiunt. Tusc. Nulla res est in vsu militari posita, quæ huius viri scientiam fugerit. Pro Pomp.

FVNDO, extra res liquidas, & profluentiæ & impetus exprimendi causa, vsurpatur etiam in rebus corporeis, pereleganti metaphora. Fundere versus ex tempore. de Orat. Fundere orationem numerosè, & volubiliter. Orat. Cùm tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Tusc. Vtrum-

que eorum fundi quodam modo, & dilatari putant. de Finibus. Et iustitia ipsa se fundit vsu in cæteras virtutes. Aër fusus & extenuatus, in sublime fertur: concretus autem, in nubem cogitur. de N. Muræna magnas hostium copias fudit. pro Muræna.

FVNGOR. In stipendiorum ac vectigalium obeunda pensione, is olim fungi dictus est, qui præstaret, quod deberet; quę pensio eapropter functio vocata est. Tullius 5. Verr. 199. Hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum, arationis nómine, muneris in Rempublicam fungi, ac sustinere velitis. *Faut que vous ordonniez vne fois pour toutes, à quels deuoirs annuels, à quelles redeuances ordinaires sera tenu le laboureur anuers le public, pour le regard du profit, qu'il tire de son labourage.* Verr. 42. Quis non maximo se affectum beneficio putauit, cùm tribus decumis pro vna defungeretur? *Qui ne s'est estimé bien obligé, ne deuant qu'vne decime des fruits de son fonds, de pouuoir echaper de ses mains, an paiant le triple?*

II FVNCTIO. 5. Verr. 15. Maiores nostri decumas, lege Hieronica, semper vendendas censuerunt, vt illis iucundior esset muneris illius functio, si illius Regis, qui Siculis charissimus fuit, mutato imperio, & instituta, & nomen maneret, *Le paiemant des decimes leur seroit plus doux & agreable.* Paulus. Quæ pondere, numero, mensura constant, functionem recipiunt in suo genere, id est, solutionem.

III Traductum deinde verbum hoc est, ad reliquorum munerum, officiorúmque præstationem, ac solutionem declarandam. 1. de Legibus 10. Vt consulentibus respondeas, senectutis grato, atque honesto fungêre munere. 2. Officiorum 43. Qui adi

adipisci veram iustitiæ gloriam volunt, iustitiæ fungantur officio. 2. Officiorum 53. P. Crassus functus est ædilitio maximo munere.

IV Fungi, est etiam vti re quapiam, seu commoda, seu incommoda. de Amicit. 22. Valetudo opportuna est, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis. *Que tu aies l'aisance commode de tous les mambres, & facultez corporeles.* 1. de Clar. 243. Qu. Atrius omni iam fortuna prosperè functus, cùm magnos etiam labores excepisset, illius iudicialis anni seueritatem non tulit. *Aiant iusques alors ioui d'vne fauorable fortune.*

G

GERO. Cùm de publicis est sermo, Rem gerere is dicitur, & publicam rem gerere, qui summæ præest, aut in tota Republica, aut in eius parte aliqua, seu pace, seu bello, seu domi, seu foris. 5. ad Att. 20. Cassius insecutus hostes, rem bene gessit. 15. Familiar. 12. Vt te Consulem, Rempublicam pro tua dignitate gerentem, videre possim, peto, vt operam des. Pro Sexto Roscio 131. Cùm solus Rempublicam gereret, orbémque terrarum gubernaret.

II Gerere pro Domino, pro hærede, ac aliis huius generis, hoc est, facere, quæ propria, & vsitata domini, ac hæredis sunt. Gerere se, vti dominum, ac hæredem. Gerit autem pro hærede, qui hæreditatem agnoscit, vti suam, tametsi nihil attingat hæreditarium.

¶ GRATIA, æ, GRATIÆ, arum. Vernaculæ nostræ linguæ multas affines formulas, easdémque perelegantes, nobis hæc vocabula Latina subministrant, quarum illustriores proponemus.

¶ I Bona gratia, frequenter vſurpatur, pro Studioſa beneuolentia, *Affection, Bien-veillance, Affectueuſe amitié.* Lucij Murenæ prouincia multas bonas gratias, cum optima exiſtimatione, attulit. Habuit proficiſcens delectum in Vmbria: multas ſibi tribus adiunxit. *Tullius*, pro Muræna, ſectione quadrageſima ſecunda. *La charge de Murena, au gouuernemant de la Gaulle Italique, lui a aquis, & au peuple Romain, & ce auec ſa grande reputation, l'affectueuſe bien-veillance de grand nombre de perſonnes.* Quidquid in hac cauſſa mihi ſuſceptum eſt, Quirites, id omne, me Reipublicę cauſſa ſuſcepiſſe, confirmo: tantúmque abeſt, vt aliquam bonam gratiam mihi quæſiſſe videar, vt multas ſimultates, partim obſcuras, partim apertas, intelligam ſuſcepiſſe. *Tull.* pro Manilia lege, ſect. ſept. prima. *Tant s'an faut, que ie puiſſe etre creu, auoir aquis la bien-veillance de perſonne, an cete mienne pourſuite pour Pompée, qu'au contraire, i'ai contracté plusieurs inimitiés & mal-veillances, & ſecretes, & manifeſtes.* MALA GRATIA, *alienation, mal-veillance.* Ego adoleſcentes bonos, & fortes, ſed ea vſos conditione, vt ſi eſſent magiſtratus adepti, Reip. ſtatū conuulſuri viderentur, meis inimicitiis, nulla Senatus mala gratia, Comitiorum ratione priuaui. *Tullius*, in Piſonem, ſect. quarta. *A mon grand deſauantage, & au peril de pluſieurs mal-veillances, contractées an mon particulier, ſans que le Senat an ait ancouru aucune inimitié, i'ai debouté de l'election des magiſtratures, bon nombre de ieunes citoiens, bien qualifiés.*

¶ II Bona gratia, gratus animus, cum adiuncta beneuolentia, ex accepto beneficio, *Gratitude accompagnée de bien-veillance, Reconnoiſſance auec amour, an ſuite de bienfait receu*, vt ſciat noſter Hiero

Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit. *Tullius*, secundo ad Atticum decima. *A ce que Pompée connoisse, & prenne garde de quelle reconnoissance, & affection reciproque, il a satisfait à la sincerité affectueuse des harangues, que i'ai faites à son auantage.* Sat habeas id, pater, quòd Chrysalus me meliorem fecit præceptis suis: vt te ei habere gratiam, æquum sit, bonam. *Plautus*, Bacchidibus, scena vicesima. *Si que il est raisonnable, que vous lui an sachiés gré, & l'an aimiés.* Nunc hoc in mare abit, miseréque perit, sine omni bona gratia. *Plautus*, Truculento, scena sept. *Tout ce que ie mets an main à ma famme, pour l'antretien du menage, s'an va, comme an vn abime, & se perd, sans qu'elle me sache aucun gré de ce qu'elle reçoit, & consume hors de propos.* Bonam, est, quòd habeas gratiam meritò mihi, qui te, ex insulso salsũ feci, opera mea. *Plautus*, Rudente, scena 13. Iocus est, salsè facetus, traductus ab marinis & salsis aquis, quibus hausta erat nauis Labracis, ad mores eiusdem Labracis. *Tu me dois sçauoir gré, & m'aimer, de ce que d'vn lourdaut & inciuil, ie t'ai randu homme d'esprit, & ciuil.*

¶ 111 Cum bona gratia, humaniter & amicè, *Courtoisemant, & amiablemant.* Possidonium, cùm bona gratia, sicut æquum est, dimittamus. *Tullius*, de fato, sect. septima. *Congedions Possidonius, courtoisemant, & amiablemant, comme il est bien raisonnable de faire.* Prendo hominem solum: Cur non, inquam, Phormio, vides, inter vos sic hæc potiùs, cum bona vt componãtur gratia, quàm cum mala. *Terentius* Phormione, actu quarto, scena tertia. *Pourquoi ne donnes-tu ordre, que ce different se vuide, plutot à l'amiable antre vous, que non pas auec alienation mutuele des parties.*

GRATVLOR. Huic verbo Tullius sextum casum sine præpositione libentiùs attribuit. Gratulor tibi affinitate viri optimi. Ep. Qui mihi gratulatus es illius diei celebritate. Att. Cùm populus Rom. frequens aduentu meo gratulatus est. in Sal. Sic verba lætandi & gratulandi omnia : vt, Primùm tibi, vt debeo, gratulor; lætórque, cùm præsenti, tum etiam sperata tua dignitate. Ep.

H

HABEO, adscitis his, adiunctis, benè, malè, meliùs, peiùs, commodè, præclarè, secùs, & aliis idoneis, quemlibet rei statum explicat, etiam suppresso rei casu posteriore. Tullius pro Mur. 14. Benè habet, iacta sunt fundamenta defensionis. *Courage, notre afaire est bien acheminé, est an bons termes.* De Fato 9. Nihil esse in potestate nostra, si res ita se haberet. 8. Famil. 15. Domitij se malè habent. 14. Attic. 119. Cùm ego me non bellè haberem. 4. Verr. 149. Omninò præclarè te habes, cùm id hominum tibi est inimicissimum.

II Habeo, adiunctis omnis generis participiis præteriti temporis, vt, Habeo cognitum, dictum, factum, constitutum, exploratum, perspectum, subductum, absolutum, &c. eiusmodi, eleganter exprimit Latinè has nostras vernaculas locutiones. *I'ai cela desia tout manifesté, tout resolu, tout supputé, tout accompli.* Ad Brutum, ep. 1. Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum. Orat. 118. Orator habeat omnes Philosophiæ notos, & tractatos locos. *Qu'il ait de toutes les matieres de Philosophie, des lieux communs bien digerez, & les possede bien an son esprit.* 3. Q. Frat. 9. Quòd

Quòd me hortaris,vt absoluam;habeo absolutum. *Ie l'ai desia deuers moi tout parfait.* 5. Famil. 81. Quæ habes instituta, perpolies. *Ce que tu as desia d'ebauché,& comme craionné,tu le poliras.* 2. Agrar. 14. Non enim bellum, nescio quod, habet susceptum. 5. Verr. 36. Edictum, vt ante Kalend. Sextiles, omnes ad aquam decumas deportatas haberent. *Qu'auant le premier iour d'Aout,ils eussent leurs decimes toutes chariées,& randuës au riuage de la mer.* 7. Ant. 187. Diis bellum semper indictum habuit. *Il a tousiours eu guerre denoncée,& ouuerte contre les dieux.*

III Habere infestum iter,mare, locum,& aliud quidpiam, pro, incommodum, intutum, periculosum reddere. Tullius 3. de Republica in Fragment. Cùm quæreretur ex eo, quo scelere impulsus, mare infestum haberet vno myoparone? eodem,inquit,quo tu Orbem terræ. *Vn pirate interrogé de la part d'Alexandre le Grand, quelle mechanceté le portoit,auec vn brigantin, & ses courses ordinaires, de randre la mer perilleuse à tous les passans?* 9. Attic. 22. Et boni ciues mare infestum habemus? Idem quoque valent, facere,reddere infestum.

IV Habere anxium,sollicitum,exercitum, occupatum,distentum,& huiusmodi,est, alteri anxietatem, sollicitudinem, molestiam, occupationem, creare. Familiar. 13. Cæsar diutiùs velle videtur eos habere sollicitos, à quibus se putat, diuturnioribus molestiis esse conflictatum. *Qu'il pretand plus long-tans tenir an apprehension & peine, an alarme, ceux qui l'ont plus trauaillé.* 7. Famil. 31. Sollicitum te habeat officij cogitatio. 7. Familiar. 8. Comitiorum dies occupatiorem me habebant.

V Ha

v Habere benè, malè, liberaliter, acerbè, amicè, hostiliter, honorificè, hoc est, accipere, tractare, commodè, aut secùs. 7. Verr. 69. Vt is victu, cæterísque rebus, quàm liberalissimè habeatur. Terentius Adelph. 1. 1. Ruri agere vitam: parcè ac duriter se habere. *Dès lors il commança à viure an la metairie, & se traiter echarsemant, & apremant.* Liuius libro 45. 94. Paulus Æmilius habuerat milites antiqua disciplina. *Il auoit rangé son armée à la seuerité de l'ancienne discipline militaire.* Liuius libro 45. 76. Paulus Æmilius filiam Persei cum minore filio habuit omni liberali cultu. *Il traita la fille, & le petit fils du Roi de Macedoine captifs, auec tout honneur & respet.*

vi Habere, ducere, hostium loco, in hostium numero, pro hoste. *Traiter quelcun an qualité d'annemi, le poursuiure à mort.* Cæsar lib. 1. Gall. Bell. Sex millia Heluetiorum ex castris egressos in hostium numero habuit. *Les fit executer à mort.* Liuius lib. secundo. Imperator signum dat, vt quem suorum fugientem viderint, pro hoste habeant. *Qu'on lui coure sus, qu'on le mete à mort.* Tullius in Pisonem 15. Vt si quis reditum meum impedisset, in hostium numero putaretur. Tullius ad Atticum 11. 5. Dubitas, quin nos in hostium numero habeat.

vii Sic habeto, habeas, pro intelligito, accipito. Sic ergo habeto, salutares te mihi misisse litteras. Att. Id primum ergo habeto. Ep. Vnum hoc sic habeto. Ep. Atque hoc habeto. Qu. Fr. Neque tamen adhuc habeo, quòd te accusem. E. Hi sic habeant, quæcumque in equite Romano dignitas esse potest, eam semper in M. Cœlio habitam esse summam, hodiéque haberi ab omnibus. Pro Cœl.

Cœl. Illud velim sic habeas,&c. Ep. 8.

VIII Habeo cum infinitiuo, vt Græci. De republica nihil habui ad te scribere, quid sim facturus. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi? Pro Cor. Quid enim dicere habeant? Acad. De nostris somniis quid habemus dicere? de D. Non quotiescumque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. de Orat.

IX Habeo, idem quod Habito. Cicero 7. Epist. 6. Quæ Corinthi altam arcem habebant matronæ. Pro S. Rosc. 20. Qui in Brutiis habent, vnde vix nuncium audire possunt. Sallustius Iugurth. Qui mortales initio Africam habuerint. Plautus Aul. prol. Hanc domum colo, patríque, auóque amicus eius, qui nunc hîc habet. Trin. 1. 5. Vbi nunc adolescens habet? Varro lib. 5. ling. Lat. Cispius manet, vbi æditimus habere solet.

HÆREO. Hærere, pro dubitare, & impediri, quò minùs progredi possis. 14. Isti Physici, cùm hærent in aliquo, exclamant, quasi mente incitati. *Quand ils sont an perplexité.* In quo etiam Democritus hæret. de Fin. Incurrere in aliquam rem, & in ea hærere, atque impediri. de Vn. Valdè in scribendo hæreo. At. In cæteris subuenies, si me hærentem videris. de Fin. *Si tu remarques, que i'hesite, que ie soi an peine.*

II Peccatum, crimen, aut istiusmodi aliquid hærere in aliquo, hoc est, in eo residere, insidere, eo implicari, teneri ea culpa. Vt peccatum hæreat, non in eo, qui monuerit, sed in eo, qui non obtemperarit. de D. Nec Catilinæ, familiaritatis crimen hæreat. Pro Cœl. In quo modò crimen non hærebat, sed vix,&c. Potest homini huic hærere peccatum. Pro Q. R. Non potest hærere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. Ep.

III Hærete aliquid in visceribus, medullis. Ἐγκεκλινώματα illa tua non abieci, quæ mihi hærent in visceribus. Attic. Qui cùm abessent, aderant tamen, & in medullis populi Romani, ac visceribus hærebant. in Ant. Tu mihi hæres in medullis. Ep. Credo, quòd hærebant in memoria, quæcumque audierat, aut viderat. Acad.
IV In caussa mihi aqua hæret. 1. Q. Fr. 2. Sed aqua hæret, vt aiunt, 3. offic. 118. *Ie me trouue arreté tout à coup, contre ce que i'eusse pansé. I'ai difficulté an choses faciles.* Venit ad extremum, hæret in salebra. 5. de Fin. 84. *Il est arreté tout court an vn mauuais passage.*

HAVRIO, crebrò Cicero à liquidis ad alia transfert, quæ alicundè accipimus, tamquàm hauriremus. Sumtum haurit ex ærario, suppeditat sociis. contra Rul. Quóque affluentiùs voluptates vndique hauriat. Tusc. Artes, quas, cùm domo haurire non posses, accersiuisti ex vrbe ea, quæ, &c. de Clar. Hanc legem à natura ipsa arripuimus, hausimus. Pro Mil. Vidi enim, vidi, & illum hausi dolorem, vel acerbissimum in vita, cùm, &c. Pro Cœl. In propagatione vitæ, quot, quãtas, quàm incredibiles hausit calamitates. Tusc. Vnus pro omnibus hausi indignissimam calamitatem. Pro Dom. Luctum nos hausimus maiorem, ille animi non minorem. Pro Sest.
II Haurire, vel dare sanguinem, *oter la vie à l'annemi, ou mourir an la peine.* Liuius 7. 62. Quid stas miles? hauriendus, aut dandus sanguis. *Faut que nous leur donnions la saignée, ou qu'ils nous la donnent; que nous leur tirions le sang, & l'ame du cors, ou eux à nous.*

¶ HONOR, HONOS, oris. Honorem dicere, Honorem esse velle auribus, Honorem præfari, perinde

perinde valet, atque, cùm sis necessariò prolocuturus, quod minùs honestum sit, eius, cum bona audientium venia, proloquendi facultatem petere, atque aurium offensionem deprecari. *Vser de cete façon d'excuse, & premunition, Auec respet de l'assistance, Auec congé de la compagnie, parlant par reuerance.* Hæc sunt, quæ retulisse sit satis: ac pleraque ex eis, non nisi Honore dicto: reliqua intestabilia, & infanda, vt festinet oratio ab homine fugere. *Plinius*, libro hist. vicesf. octauo, cap. octauo. *La plus part de ces recetes, à guarir les maladies, ne se peuuent raconter honnetemant, & sans auoir au prealable dit, Auec respet des assistans. Tout le reste est indigne de creance, & d'etre rapporté.* Feminarum in Perside conuiuia ineuntium, modestus in principio est habitus. Paullatim verò summa quæque amicula exuunt, pudorem profanant. Ad vltimum, Honos sit auribus, ima corporum velamenta deiiciunt. *Curtius*, libro quinto. *Le maintien & le deportemant des fammes Persiennes, pratiquans les banquets, est moderé & retenu au commancemant. Mais peu à peu elles depoüillent les habillemans couurans la tete, & la poitrine. Et finalemant, parlant par respet, elles abatent les habits du bas du cors, & decouurent leur honte.* Nos ridiculè. Cùm dicimus, patrem ille strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, Honos præfandus est. *Tullius*, libro nono, Epist. vicesf. secunda. *Nous traitons ridiculemant de certains suiets. Car, quand nous rapportons, qu'vn tel a etranglé son pere, nous n'vsons point de cete ciuile excuse, parlant auec respet de la compagnie: mais si nous faisons tant soit peu de mantion d'Aurelia, ou de Lollia, fammes impudiques, il faut, que, le chapeau au point, nous disions au prealable,*

lable, Messieurs, sauf votre reuerance. Vide PRÆFOR, ari.

I

IACEO. Non clarum esse, neglectum, & abiectum, aut mœstum esse, hoc verbo exprimitur. Qui in pace iacere, quàm in bello vigere maluit. in Ant. Cùm C. Marius septimum annũ post præturam iaceret. Off. *Etant sans honneur & dignité aucune.* Absens non in obliuione iacuisset. in V. Eodem silentio multa alia officia oratorum iacuerunt. de Or. Quòd priora tempora in ruinis reipub. nostrísque iacuerint. Ep. Iacent ea semper, quæ apud quosque improbantur. Tusc. Multi viri antiqui his recentibus Mariis commemorandis iacebant. pro Mur. Cn. autem noster, ô rem miseram! vt totus iacet! At. *Comme il est abatu.* Iacet in mœrore meus frater. Iacere in sordibus, ac luctu. in Pison. Nunc iacent pretia prædiorum. pro Quint. Rosc. *Le prix an est fort bas, ils ne se vandent pas bien.* Cùm leges in ciuitate nihil valeant, cùm iudicia iaceant. Off. Iacet igitur tota conclusio. de D. Quòd quæris, quid hîc agatur, tota Capua, & omnis delectus iacet. At cur tamdiu iacet hoc nomen in aduersariis? pro Q. R. *Pourquoi laisses-tu cete dete seulemãt ecrite dans tes broüillars, dans tes papiers iournaux, sans la rapporter au net dans ton liure de raison?* pro Q.R.8. Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem iacet? ibid. *Pourquoi laisses-tu à coucher sur tes contes cete grande somme, qui t'est deuë?*

IACTO. Iactare se. de Clar. *Se remuer fort çà & là, se demener.* Iactare ceruiculam. 15. Ver. 49. *Branler par trop, secoüer le col, & la tete.* Faces

iactare

iactare in tecta vicinorum. Iactare minas. *Ne faire que menacer.* Iactabatur illis temporibus nummus, vt nemo posset scire, quid haberet. 3. Off. 80. *Les mõnoies se haussoiẽt & baissoient sãs cesse an leur valeur, n'auoient aucun pris asseuré, de sorte que personne ne sauoit ce, qu'il auoit vaillant.* Res peruulgata, atque in manibus iactata, & excussa. Pro Mur. 26. Iactare hastas leniter. 2. de Orat. 316. *Darder, lancer les iauelots gentimant, & de bonne grace.* Iactare legem aliquam, aut quid aliud. *La metre tousiours an ieu, l'auoir tousiours an bouche.*

ILLIGO. Simulacra scitè in aureis poculis illigabat. 6. Verr. 54. *Il antrelaçoit auec vn bel artifice des personnages an sa vaisselle d'or.* Pæan commodissimè in solutam orationem illigatur. Orat. Genus dicendi, in quo illigantur omnes verborum lepores. Orat. 96. *Maniere de discourir, qui reçoit, où l'on peut antremeler tous les plus beaux traits de Rhetorique.* Philosophi angustis, & concisis disputationibus illigati. 2. de Orat. 61. *Qui sont comme confinés, & liez à vne façon de dispute serrée, & contraincte.*

ILLVDO. Alicui, aliquem, in aliquem illudere. Hic illudit auctoritati vestræ. Pro Dom. Carneades Rhetorum præcepta illudere solebat. 3. de Or. 169. Lucilius in Albucium illudens, ne à me quidem abstinuit.

IMBVO, propriè est earum rerum, quæ liquoribus, aut odoribus perfunduntur: sed iis tribuitur etiam, quæ longè absunt ab eiusmodi. Ad hanc legem non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Pro Mil. *Nous an sommes abreuués de nature, duits, & façonnez par nature, non par art.* Omnium hominum mentes imbuit deorum opinio. Tusc. *An sont abreu*

breuués. Cognitiones verborum, quibus imbuti ſumus. de Finibus. Bellum nefarium,& omni odio imbutum. Pro Dom. Cuius ſanguine totum illud ſociale bellum, macula ſceleris imbutum eſt. Pro Fon. Via Appia latronis ſanguine imbuta eſt. Pro Mil. Imbuti ſanguine gladij militum noſtrorum, vel madefacti potiùs.in An. Imbui opinionum prauitate. Tuſc. Imbui erroribus: &, Imbutus dialecticis.

IMMINEO. Imminent,quæ incubitura videntur in aliquid. Impendebat direptio, imminebat tuus furor omnium fortunis. Pro Dom. Certior ſum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longè abeſſe, Ciliciæ magis imminere. Attic. Ipſe autem eo die in Pæti noſtri tyrotarichum imminebam. Attic. *I'etoi porté, ie m'alloi ieter ſur cete viande, dont il me traite par fois.* Genus erat opſonij ex caſeo,& ſalſamentis. Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas noſtras imminebat. in An. Aliquem auaritia hianti, atque imminenti eſſe. in Verr. Iſte infeſtus in omnia maria, ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. Homo ad cædem imminens. Pro Dom. *Pret, porté à faire meurtre.*

IMPINGO,pro Infligo,aut iniicio quid,quo capiatur, aut feriatur aliquis. Vncus impactus eſt fugitiuo illi. P. Ant. Atque impingit mihi epiſtolam Scaptius Bruti,rem illam ſuo periculo eſſe.Att. *Il me la iete au nez, il me la met importunémant au deuant.* Quid?huic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare deſinat. Tuſc. Quid, ſi filius meus fuſtem mihi impingere volet? Ep.

IMPLICO. Non modò, qui ſe imprudenter irretiuit, ſed etiam, qui data opera ſe illigauit, implicari dicitur. Implicari aliquo certo genere,

genere, cursúque viuendi. Off. Implicatus seueritate iudiciorum.in V. Vt profectus, currat longiùs, & se implicet primùm ciuium, deinde omnium mortalium societate. de Fin. Nam implicati vltrò, & citrò, vel vsu diuturno, vel etiam officiis. de Am. Eo maleficio tamen erant implicati. Pro Cœl. *Ils s'i trouuoient ambarrassés.* Etenim omnes Cæsaris familiares satis opportunè habeo implicatos consuetudine, & beneuolentia. E. Familiaritate implicatus. In P. Inconstantia, cùm leuitate, tum etiam periurio, implicata. In Vat. Illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, implicatus exspectatione supplicij. de Har.

IMPONO. Latinè dicuntur imponi, quæ grauitate, aut acerbitate molestiam pariunt. Itaque imposuisti in ceruicibus nostris sempiternum dominum. de N. Imponere dominum alicui. Att. Imponere nimis duras leges cuipiam. de Orat. Is leges ciuitati per vim imposuit. in Ant. Imponere seruitutem fundo. Pro Qu. R. Vectigal esse impositum fructibus nostris dicitur. Pro Fon. Agris publicis pergrande vectigal imponere. contra Rul. Imponere onus alicui. in V. Numquam iste plus militi laboris imposuit, quàm sibi sumsit. Pro Mur. Aut iniuriam sine ignominia sibi imponerent. Pro Qu.

II Nauticæ rei seruit. 2. de Nat. 84. Cùm Crassus exercitum Brundusij imponeret. *Faisant ambarquer son armée, la metant sur les vaisseaux.* I. Att. 6. Si Lentuli nauis non erit, quò tibi placebit, imponito. 12. Ep. 14. Naues onerariæ, in quas exercitus imponi possit.

INAVGVRO, est, sacro ritu quid consecro, dedico. Exauguro contrà est, eximo rerum sacrarum

facrarum lege, dignatione. Liuius l. 1. 147. Seruius fex alias centurias fub iifdem, quibus inauguratæ erant, nominibus fecit. Cicero pro Dom. 137. Pontifices prohibuerunt Cenforem dedicare fimulacrum Concordiæ, in templo inaugurato. De Clar. 1. Inauguratum me ab Hortenfio recordabar.

II Idem quod Diuino, Vaticinor. Liuius l. 1. 123. Inaugura, fierine poffit, quod ego mente concipio.

III Inauguratò, id eft, adhibitis ritibus facris. Liuius l. 1. 123. Inauguratò inftituit centurias Romulus.

INCEDO. Cicero l. 2. Ep. 9. Repentè verò inceffi omnibus lætitiis. In quo, cùm obiurgarer, quòd nimio gaudio penè defiperem, ita me defendebam. Ego voluptatem habui eximiam. Incedit omnibus lætitiis, qui præ gaudio geftit, exfultat, ipfo inceffu animi lætitiam præfert, indicat.

INCESSO, Impeto, Appeto aliquid aliqua re, qua feriam. Liuius l. 8. 72. Fœda laceratio corporis facta; partem Confentiam misère; pars retenta ad ludibrium, quæ cum faxis, iaculífque procul inceffèretur, mulier, &c.

II Traducitur ad res animi. Liuius l. 8. 82. Inceffit cura tanta patres, vt timerent. l. 4. 163. Inceffit patribus cura grauior.

INCIDO. Dicuntur incidi, quorum decurtantur extrema, & quæ quouis exfecantur modo. Qui mihi pennas inciderant; nolunt eafdem renafci *Ceux, qui m'ont rongné les ailes, me les ont coupées si prez de la racine, qu'ils ne veulent pas qu'elles recroissent.* Att. Tametfi oportet incidamus media, ne nimis ferò ad extrema veniamus. In A. In omnibúfne numeris æqualiter particulas deceat

ceat incidere, an facere alias breuiores, alias longiores. Orat. Incidere neruos virtutis. Acad. Incidere neruos populi Romani. contra Rull. *Lui leuer les finances, esquelles consistent ses forces.* Literas proferri iussimus, linum incidimus. *Nous auons coupé les liens du paquet.* Incidi poëma, quod composueram ad Cæsarem. Qu. Fr. l. 3. ep. 1. *Ie l'ai rompu, mis an pieces.*

11 Incidere in æs, Incidere in ære, in ærea tabula. *Grauer, tailler an cuiure, sur le cuiure.* 3. Anton. 36. Antonius falsas leges in æs incidendas curauit. 6. Verr. 145. Id non modò tum scripserunt, verùm etiam in ære incisum nobis tradiderunt. 6. Ver. 74. In qua basi grandibus literis nomen Africani erat incisum.

INCLAMO. Aliquem altiore voce appello, voco, aut clamorem emitto. Sed ita te para, vt, si inclamaro, aduoles. *Si ie t'appele.* Attic. Expeditus facito, vt sis, si inclamaro, vt accurras. Comitem illum inclamauit semel, ac sæpiùs. de Inuent. *Il le bucha, l'appela à haute voix.* Nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquam doluit. de Orat. *Personne ne s'est écrié.*

INCLINO. In rebus animi inclinat, qui cedit, & assentitur rationibus; in re bellica, & cæteris, vbi agitur vi, qui cedit valentioribus, & retrò cedere cogitur, aut vacillare. Si se dant, & sua sponte, quò impellimus, inclinant, atque propendent; accipio, quod datur. *S'ils flechissent de leur gré.* de Orat. Quam vellem, inquit, vt te ad Stoïcos inclinasses. de Fin. *Que tu te fusses rangé deuers eux-memes.* Inclinare omnia ad suæ causæ commodum. de In. Cùm sententia Senatus inclinaret ad pacem faciendam cum Pyrrho. de Sen. Inclinantem

nantem erigere, stantem inclinare. Orat. Qui vt me paullulùm inclinari timore viderunt. Att. Nunc quicquid est, quocumque vestrę mentes inclinant, atque sententię, statuendum vobis ante noctem est. in C Tum igitur intelliges, qui inclinent ad hoc meum consilium adiuuandum. Attic. Cùm Aiax Danais inclinantibus prœlium restituit. Tusc.

II Inclinatus. Inclinata, vlulantíque voce canere. Orat. Ferre præsidium labenti, atque inclinatæ reipublicæ Brut. Nostra acies inclinata. Tusc. *Affoiblie, deffaillante.* Sed tātum impelli primò iudicem, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio. *A ce que lui estant flechi, le reste du discours agisse sur lui auec auantage, comme à l'androit d'vne personne gagnée.* de Orat. Laboratur vehementer, inclinata res est, quasi ruinam minatur. Ep. Vt te in otium referres, præcipuè nunc iam inclinata victoria. Inclinato iam in postmeridianum tempus die. Tusc. Orat.

III Inclinatio temporum, rerum, hoc est, mutatio. In republica permagni momenti est ratio, atque inclinatio temporum. in Ver. *Changemant de tans.* Fuit hoc meum factum: vt in me vnum omnis inclinatio communium temporum incumberet. *Que tout le fais de la reuolution de l'etat me tombat sur les epaules.* Pro Cor. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. in Anton. *Au bien peu de tans, & pour des occasions bien legeres.* Mihi nihil oberat præter conuersionem status, & inclinationem communium temporum. Pro Dom. Reipubl. status, inclinatio temporum, ratio concordiæ. Pro Planc. Magna est, comitiis consularibus, repentina voluntatum inclinatio, præsertim cùm incubuit ad bonum virum.

rum. *Quand le changemant des volontez s'est tourné, & a panché deuers vn homme de bien.* Pro Mur.

INCREBESCO. Quippiam increbescere, pro, maius, aut frequentius fieri, minùs nostris temporibus vsitatum, ac tritum, quàm olim Romæ fuit. Nunc apud Oratores ipse numerus increbuit. Orat. Cùm hoc nescio, quomodo apud eos increbuisset. de Or. Nonnullorum sermo iam increbuit, se, &c. de Opt. Hi, quorum sermo imperitus increbuit. Orat. Hæc consuetudo, quæ increbuit. in Att. Sed rursus idem increbuisse eam funerum magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ est. de leg. Ventus increbescit. Ep.

INCVLCO, idem quod ingero, immitto, & velut infercio aliquid aliqua re. Translato verbo est, sæpiùs idem dico, & repeto. Quid igitur attinet inculcare fatum? de Fat. Ne, vt quidam, Græca verba inculcantes, iure optimo rideamur. Offi. *Metant an auant à tout propos des mots Grecs.* De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabítque leuiora. Or. id est, interponet, interiiciet, velut in mediam turbam coniiciet. Inculcamus sæpè per imprudentiam, etiam minùs vsitatos versus. Orat. Apud alios inculcata reperias multa. Orat. Id quod tradatur, vel etiam inculcetur, si quis sit tardior, posse percipere? Or. 33. Inculcasti etiam, vt C. Pisonem nominaret. in Vat.

II Inculcare alicui aliquid. Inculcatum est Metello, te aratores euertisse. in Verr. id est, sæpiùs iteratum, obiectum. Vos autem non modò oculis imagines, sed etiam animis inculcatis. de N. id est, continenter obiicitis. Valet plus, quod erat illi nonnullorum artificiis inculcatum. Att. Græci, qui se inculcant auribus nostris. de Orat.

Qui se ietent parmi nous, nous batent les oreilles de leurs disputes.

INCVMBO. Statum exprimit hominis prono corpore se inclinantis. Incumbere in gladium: gladio incumbere. *Se pancher sur la pointe de son epée pour s'anferrer, pour se trauerser le cors.* 2. de Inu. 154. Tempestas vehementiùs iactare cœpit, vt ille, cuius merces erant, in gladium ibidem incumberet. 1. ad Herenn. 18. Aiax, postquàm resciuit, quæ per insaniam fecisset, incubuit gladio.

II Incumbere dicitur, qui curam, ac sollicitudinem præfert, quasi toto corpore incubantis illi rei, quæ agitur. Incumbite in causam, Quirites, vt facitis. in Ant. Nunc tota mente incumbe in hanc curam. Attic. Tu incumbe toto animo, & studio omni in eam rationem, qua adhuc vsus es. Quint. Fr. Vt in rempublicam omni cogitatione, curáque incumberes, &c. Att. Amabo te, incumbe in eam rem. Att. Quamobrem pergite, vt facitis, adolescentes: & in id studium, in quo estis, incumbite. de Orat.

III Incumbere ad aliquid. Quamobrem, mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem. Ep. Pompeius ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. Att. Incumbamus, ô noster Tite, ad studia. Att. M. Cato, incumbens ad illius perniciem. Pro Mur. Ad quæ recuperanda per fortunam incumbe. At nemo fuit ex eis, qui non incubuerit ad rempublicam liberandam. Pro Syl. Quare, P. C. incumbite ad salutem reipubl. circumspicite omnes procellas, quæ, &c. in C. Idem volunt omnes ordines, eodem incumbunt municipia. in A. Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. pro Planc. Facis tu id quidem, & eò maximè incumbis. in A.

IV Incubuisse res in partem aliquam dicuntur,

cùm

cùm ſe aliquò inclinarint,vel ſua ſponte,vel aliunde impulſæ. 3. de Orat. 52. Vt eos, qui audiunt, quocumque incubuerint, poſſit impellere. *De quelque coté qu'ils panchent, ſe portent d'affection.* Cùm ij mores ad nimiam iam leuitatem incubuerint. Qu. Fr. l. 6. ep. 1. *Veu que ces mœurs graues & ſeueres du paſſé, ont pieçà comme prins coup, ſont comme couchées par terre, ranuersées, & changées an vne trop grande douceur.*

INDICO, AS, or, aris. Indicat rem venalem venditor, cùm pretium eius licitanti pronunciat. *Quand il dit le pris de ce qu'il vand, quand il dit, combien il an veut auoir.* Tullius 3. Off. 62. Qu. Scæuola, cùm poſtulaſſet, vt ſibi fundus, cuius emtor erat, ſemel indicaretur, ídque venditor ita feciſſet, dixit, ſe pluris æſtimare, addidit centum millia. *Aiant requis, qu'on lui dit au premier & dernier mot, vne fois pour toutes, le pris du fonds, qu'il vouloit acheter, ce qu'aiant fait le vandeur, il dit, que c'etoit trop peu, & qu'il le priſoit bien d'auantage.* Plautus Perſa 4. 4. Opúſne eſt hac tibi emta? Si tibi veniſſe opus. Indica, fac pretium. Tua merx eſt, tua indicatio eſt. *C'eſt à toi, qui vans, non à moi, qui achete, de priſer, de metre le pris de la choſe à vandre.* Age, indica prognariter: indica, minimo daturus qui ſis. *Di donques, & le di an homme antãdu, combien vans-tu cete eſclaue? di le meilleur marché, que tu an puiſſes faire.* Plautus ibidẽ. Vis vẽdere iſthanc? Pauca in verba confer: quî datur? tanti indica. Habe tibi centum minis. *çà, di an vn mot, qu'an dõnerai-ie? Priſe-la ce qu'elle vaut, & nõ plus.* Plin. 31. cap. 1. Indicatus ſmaragdus ſex aureis denariis. *Vne Emeraude appreciée, priſée ſix eſcus d'or.*

11 INDICATIO, INDICATVRA, *le pris, le taus, que le vãdeur dõne à ce qu'il vãd.* Cõtatio, *L'interrogat de*

 l'acheteur.

l'acheteur, demandant le pris au vandeur. Plautus loco citato, Tua merx est, tua indicatio est. *La marchandise est tienne, c'est à toi de dire, combien tu la vans.* Plinius 28. 13. Emi lienem vituli, quanti indicatus sit, iubent Magi, nulla pretij contatione. *L'acheter à la dite du vandeur, sans s'anqueter du pris.*

INDICO, is, or, eris. Indicere, edicere, pro imperio denunciare. *Commander, ordonner an qualité de Magistrat.* Tull. 5 Phil. 31. Quamobrem, P. C. rem administrandam arbitror sine vlla mora: tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere. *Ie di, qu'il faut declarer & publier, que la Rep. est ataquee d'vn dangereux trouble, ordonner vacances generales de tous plaids, & autres tels exercices, & pour cet effet prandre les armes.* Liu. 4. 170. Indicto tributo, edixerunt Tribuni, auxilio se futuros, si quis in militare stipendium tributum non contulisset. *Aiant eté ordonné & imposé tribut sur le peuple Romain, pour les frais de guerre.*

II Indicere, est significatione quapiam denunciare quiddam futurum certo tempore, locóque. Liuius 1. Romulus indicit futurum spectaculum. *Fait sçauoir aux peuples voisins, qu'il i auroit ieux sollamnels à Rome.* Indicere ferias, mercatum, nuptias, funus, &c. eodem sensu.

III Indicere bellum, inimicitias, &c. *Declarer, denoncer guerre ouuerte à quelcun.* Tullius 1. de Offi. 56. Nullum bellum esse iustum, nisi quod, aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum antè sit, & indictum. Liuius 1. 210. Ob eam rem ego, populúsque Rom. populis priscorum Latinorum bellum indico, facióque. Id vbi dixisset: hastam in fines eorum emittebat Fetialis. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum.

INDVCO.

INDVCO. Animum induco,& in animum induco,vt,Animum induco facere,ire. *Ie porte ma volonté à quelque resolution.Ie me mets an teste quelque dessein.* Animum inducere non potui, vt viderem. Att. Qui potuit animum inducere, vt filium exhæredaret?pro S.R.Antonius induxit animum sibi licere, quod vellet.Att. *S'est persuadé,ou s'est resolu à faire.* Tu igitur animum poteris inducere,contra ea dicere.de Diu.Tu igitur animum induces, causam hanc defendere. de D. Inducant animum diuitias contemnere.Tusc.Si exire in exsilium,animum induxeris.in Catil. Inducere animum iacentem amici in spem cogitationémque meliorem. de Am.

II Inducere nouum morem, verbum, aut quid simile, dixerunt Latini, pro introducere, & eius auctorem esse. Inducere nouum morem iudiciorum in rempublicam. pro R. P. Inducere nouum verbum in linguam Latinam. 5 3. in An. Ne inexpiabiles religiones in rempubl. inducerentur. in Anton. Hanc rationem Epicurus induxit,ob eam rem,quòd, &c. de Fat.Qui hoc primus in nostros mores induxit.2. de Or. Rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt,seditionem,atque discordiam. 1 Off.Quæ eloquentia falsos deos sustulit,eadem veros inducat. 2. de Nat.

III De personis loquentibus in Dialogis,aut Comœdiis & Tragœdiis dicitur. Poëtæ deos libidine furentes induxerunt.de N. Varro inducetur in aliquem locum, si modò erit locus. At. Et homo facetus inducit eum in sermonem vrbanum. Pro Dom.Tiresiam Poëtæ numquam inducunt deplorantem cæcitatem suam. 5. Tusc.Inducere fortissimum virum lamentantem.Tusc.Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui. Offic. 3.

R 3 IV In

IV Inducere alicui agrum, aut quid simile. Inferre item eodem sensu dicitur. *Metre sur les contes de quelcun, lui conter quelque chose, & cherement.* Hic ager, quoquo pretio coëmtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur, supp. in rationes. contra Rul. *Neantmoins ils metront sur vos contes, qu'il coute cher. Ils le coucheront sur vos contes, comme acheté bien cher.* Vt agros quanti velletis, P.R. induceretis.

V Inducere, Delere, Expungere, stylo inducto, *Raier vne ecriture.* Item, *Inualider vn ecrit an le biffant.* 4.Att.17. Hæc pactio prolata à Memmio est, nominibus inductis. *Les noms des temoins etans raiez.* Et si nomina facta sunt. vel induci, vel mutari possunt. Att.13. Epist.14. *Les noms de ceux, qui parlent an ce dialogue.* Nota dici, Nomina facta loquentium in dialogo. Vt induceretur locatio, postulatum est. 1. Att. 14. *Que l'afansemant, qu'on leur auoit passé, fut cancellé, tenu pour nul.*

VI Inducere, Fallere, Decipere. Hic nos decepit, fefellit, induxit. in P. Socios inducere, decipere, destituere. pro S. R. Dolabella tum est impulsus, elusus, inductus. 2. in Ant. 72.

VII Inducere in pedes, aut pedibus soleas, idem, quod induere. Soleæ ligneæ in pedes inductæ sunt. 2. de In. Pedibus soleæ inductæ sunt. 1. ad Her. 23. *On lui chaussa des galoches.*

INEO, Ingredior, Intro, Introëo, Subeo. Sanxerunt, ne quis suorum ciuium castra Imperatorum P.R. iniret. pro Corn. Tu illius domum inire voluisti. pro Deiot. Filius cum patre conuiuia non inibat.

II Inire magistratum, pro Initium magistratus gerendi facere. Ad magistratum aliquem accedere. Cùm Consules magistratum inierint. in Ant. *Etans*

antrés

antrés an charge, *an office*. Inire magistratum in Ver. Post sacerdotium initum pro Deiot.
III Consilium, aut rationem aliquam inire, idem valet, quod consilium capere, deliberare, constituere, qua ratione aliquid fieri possit. Inire consilia cum aliquo, contra aliquem pro S. R. Inire consilium facinoris contra vitam alicuius. pro Deiot. Consilia, quæ clàm essent inita contra salutem vrbis. in Catil. Consilia inire cœpi reipubl. liberandæ. Att. Initum est consilium à Catilina inflammandæ ciuitatis pro Syl. Inire consilia de pernicie alicuius. Att. Inire consilium faciendi aliquid. pro Mur. De Pompeio interficiendo consilia inibantur. pro Dom. Cùm Consules inirent rationem de commodis militum augendis. in Ant. Ea ratio ædificandi initur, consiliario quidem, & auctore Vestorio. Att. Inire rationem, quemadmodum fiat. Ep. Ineunda nobis est ratio, quemadmodum illud fieri possit. Ad Att. Inita, & subducta ratione, nefaria scelera meditari. de N. Mihimet ineunda ratio, & reperiunda via est. in Verr. Initur ratio quæstus, de pecunia vestra. contra Rul.
IV Inire gratiam ab aliquo, Conciliare sibi gratiam alicuius. Inire gratiam ab aliquo. de Har. Inire gratiam ab omnibus, aliquo facto. in Verr. & pro Cæc. Plures ineuntur gratiæ, si vno tempore dicas pro pluribus. de Cla. Inire summam gratiam cum bonis omnibus. At Pinna cum Squilla quasi societatem init comparandi cibi.
V Iniens mensis, annus, æstas, ver dicitur, quasi cursum suum instituens. *Sur l'antrée du mois, de l'an*. Ianuario ineunte, cura vt Romæ sis. Att. Ineunte æstate. Attic. Pompeius extrema hieme bellum apparauit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. Pro Pomp. Sed vt magnum certa-

men iniens.de Fin. Qui ab ineunte ætate incensus essem studio vtriusque vestrûm.de Or.Meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ. pro Pom. Ineuntis ætatis inscitia,senum constituenda,& regenda prudentia est.Off. Ineunte ætate.de Am. & in Verr.In his exercitationibus ineunte ætate fuimus.de Cla. Ab ineunte pueritia. Ep. Ab ineunte adolescentia me ad defendendos homines dedissem. 1. Verr. 4.

INFERO. Inferre pedem,inferre se aliquò, aut vi quadam,aut arte locum inire,ingredi,subire,pedem ponere,vestigium facere in locum.Cùm pedem intulero, atque in possessionem vestigium fecero,tum excludat.Pro Cæcin. Inferre se in vrbem.in P. Cùm in templum Castoris te, cum tuis furtis,funestus intulisti. in Vat. Repentè enim te, tamquam serpens, à latibulis intulisti. in Vat. Atque etiam se ipse inferebat,& intrudebat.pro Cæcinna. Inferre se in discrimen vitæ pro patria.pro Cor.

II Inferre bellum, arma, signa, & aliud quoduis incommodum. Bellum Italiæ terra,maríque inferamus.Attic. Inferre famem suis ciuibus,& vastitatem Italiæ. At.Inferre signa patriæ.pro Flac. Ille furens infesta iam patriæ signa inferebat. in Ant. Qui puluinaribus Bonæ Deæ stuprum intulisti.de Har.

III Inferre vim,manus.Inferre vim.pro Mil.Non parenti manus intulisti?ad Herenn. 4.Mihi Consuli Senatus vim & manus intulisset. 2.Catil.21.

IV Inferre sermonem. *Metre an auant vn propos.* Crassus sermonem de studio dicendi intulit. de Or. In re seuera delicatum aliquem inferre sermonem. Off. 1.144.

V Inferre, ratiocinando cogere,concludere, efficere.

cere. Quo illato infirmatur, quod inductum fuerat. de In. &, Aliud, quàm cogebatur, illatum est. V. Cogo, Efficio.

VI Inferre sumtum alicui, inducere sumtum. *Lui conter une depanse, lui charger ses contes de depanse faite pour lui.* Custos, T. Aufidio Prætore, frumento publico est positus, pro quo, cùm à Prætore pecuniam accepisset, celauit suos ciues, vltróque iis sumtum intulit. Pro Flacco 45. *Etant commis sur les munitions des grains, & aiant receu argeant du gouuerneur, pour an acheter, non seulemant n'a fait mantion aucune de son receu, mais ancores a mis sur ses contes, qu'il auoit deliuré du sien telle somme pour le public.*

VII Obserua porrò in his locutionibus, Inferre, inducere aliquid alicui, diminuta oratione vsurpari, pro Inducere, inferre in rationes. V. Induco, Refero, Inferre, mensæ inferre.

INFICIO, colore tingo, & imbuo, colorem indo, aut induco alicui rei. Cæsar lib. 5. Gall. bell. Omnes se Britanni glasto inficiunt, quod cæruleum colorem efficit: atque hoc horribiliore sunt in pugna aspectu. *Tous les Anglois se teignent le cuir de ius de pastel, qui rand vne couleur bluatre, & par ce moien ils se montrent plus affreux au combat.* Plinius lib. 7. cap. 56. Inficere lanas Lydij Sardibus inuenêre. *Les Lydiens ont inuanté la teinture des laines an la ville de Sardes.* Infector. *Teinturier.* Tullius 2. Fam. 16. Curtius noster dibaphum cogitat; sed eum infector moratur. *Notre Curtius poursuit la robe de pourpre, la dignité d'Augur; mais le teinturier lui cause du retardemant; c'est à dire, ceux, de qui il la doit attandre, ne sont disposez à lui donner leur suffrage.*

II Traducitur Inficio ad ea, quæ venenis imbuuntur, aut inquinantur sordibus. Virgilius 2. Geor. Pocula,

cula, si quando sæuæ infecêre nouercæ, Miscuerúntque herbas: non est præsencius vllum Auxilium. *Si les maratres ont empoisonné la boisson de ceux, qu'elles haïssent.* Virgilius 3. Geor. Cæli tempestas corrupítque lacus, infecit pabula tabo. *A randu les paturages veneneux.* Plinius lib. 7. cap. 15. Mulierum profluuio gustato, in rabiem aguntur canes, atque insanabili veneno morsus afficitur. Ibidem. Bitumen lacus Asphaltitæ nequit sibi auelli, ad omnem contactum adhærens, præterquàm filo, quod tale virus infecit.

III Transfertur ad res animi, percommoda & eleganti metaphora. Tullius 3. de Fin. 9. Puer infici debet bonis artibus; quas si, dum tener est, combiberit, ad maiora veniet paratior. *L'anfant doit etre à bonne heure abreuué de bonnes letres, lesquelles s'il reçoit à propos, & imbibe an son ame, il se fraiera le chemin à choses plus grandes.* 3. de Legibus 30. Cupiditatibus principum, & vitiis infici solet tota ciuitas. *Toute vne cité est aisémant abreuuée & infectée des plaisirs desordonnez, & vices des grans, tant a de force l'example & la hantise des vicieux.*

INFLAMMO. Tam eleganter, quàm crebrò Cicero hoc verbum ad animi ardentes affectus transfert. Genus belli est eiusmodi, quod maximè nostros animos excitare, atque inflammare debet. Pro Pom. Inflammare populum in improbos. de Oratore. Animorum motus inflammare, vel extinguere. de Orat. Qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. pro Marc. *Ne rangregeroit pas la haine, que iustemant il auoit conceuë.* Et hoc, quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Ep. Magno amore inflammatum in patriam. de Orat. Cùm

corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eíſque magis incendi. Tuſc. Inflammatus ad gloriam. Ep. Inflammatus & furens libidinibus. Tuſc. Inflammatus ſcelere, & furore. in Verr.

INFORMO eſt, quaſi rudem rei alicuius formam totam, vt pictores primò ſolent, lineis comprehendo, & effingo. Cicero transfert ferè ad ſimilia. Atque ego in ſummo Oratore fingendo, talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. Orat. *Ie le craionnerai, ie l'ebaucherai, tel que.* Referamus nos igitur ad eum, quem volumus, inchoandum, & eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognouit Antonius. Or. Non arbitrabar à me informari oportere, qualis eſſet Orator. de Or. Et is Orator, quem informare volumus. Petitorum hæc eſt informata adhuc cogitatio. *Telle eſt iuſques à cete heure leur procedure, & la forme de leur deſſein.* Ab illo, qui anteà dixit, informata iam cauſa eſt. Pro Qu. *Elle eſt acheminée à quelque commancemant.* Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata. 11. Att. 6. *Leur cruauté eſt bien telle, que deia ils auoient, ſinon an particulier, du moins an general, deſſeigné vn role de citoiens, qu'ils chaſſeroient de l'Italie.* Cornelius etiam nunc de iudicando dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij. pro Syl. Quòd ita ſit informatum, anticipatúmque mentibus noſtris, vt homini, cùm de Deo cogitet, forma occurrat humana. 1. de Nat. 76. *Notre eſprit eſt preoccupé d'vne telle idée, que nature i a imprimée & grauée.* In animis noſtris informatas Deorum eſſe notiones. de Nat. Deos, ne coniectura quidem, informare poſſumus. *Nous ne ſçaurions, par coniecture aucune de la figure qu'ils peuuent auoir, nous imaginer leur ſamblance.*

De Natur. Siue illa inania visa cogitatione informantur, siue in quiete, siue per vinum, siue per insaniam. Acad. Artes, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet. Pro Arch. *Est comme duite, disposée, façonnée.*

INFRINGO. Translata significatione hoc ferè vtitur Cic. Esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat. Att. Cùm Drusi tribunatus infringi iam, & debilitari videretur. de Orat. Ipsum florem dignitatis infringere. pro Corn. Spem infringi, & clanguescere industriam. Orat. Infringere gloriam alicuius. pro Milone. Infringere & concidere numeros. Orat. Quæ si breuiora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus. 3. de Orat. 54.

11 Infractus, a, um. Fractus. Itaque infractus furor tuus, inanes faciebat impetus. pro Dom. Tu autem te negas infracto remo commoueri. At. Non modò, non infracto animo erat, sed etiam confirmato, & remoto. Sæpè valet idem, quod integer, firmus.

INGRAVESCO, quod molestum est, si augeatur, id ingrauescere dici solet. Iste ardet furore, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauescit. Attic. Ingrauescit in dies intestinum malum. Att. Sic hic morbus vehementiùs, illis viuis, ingrauescit. in C. Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet. de D. Et corpora quidem defatigatione ingrauescunt; animi autem, se exercendo, leuantur. de Senect. *S'appesantissent.* Cùm ingrauesceret annona, vt iam fames timeretur. pro Dom. *La cherté s'augmantant.* Nam à prima ætate me omnis doctrina liberalis delectauit: tamen hoc studium quotidie ingrauescit. *Me deuient facheux.*

INHI

INHIBEO in re Curuli,& ei cognatis,sustineo,sisto.Liuius libro 1 63. Sustinuit pauidus,atque inhibuit freno is,qui iumenta agebat. Cic. 7. Verr. 62.Te illius vox miserabilis non inhibebat.

II Inhibet in re Nautica remos,nauim,cursum, & cætera,non qui sustinet, sed qui mutat remigationem,aut retroacta,aut in latus,puppímve conuersa naui.Cicero 13. Att.21.Arbitrabar sustineri remos, cùm inhibere essent remiges iussi:id non esse eiusmodi,didici heri,cùm ad villam nostram nauis appelleretur:non enim sustinent se,sed alio modo remigant.Liu lib. 26.116.Cùm rostris concurrissent, neque retrò nauim inhiberent.Idẽ l.30.21.Vt quęque retrò inhibita rostrata erat, onerariam hærentem vnco traheret.

III Inhibet in re Militari, atque aliis cognatis, sicut in Curuli, qui cohibet, moderatur, sustinet, Liuius libro 39. 21. Speculatoriæ naues, permistæ cum hostium nauibus, inhibere sæpè tela cogebant,metu,ne ambiguo ictu suis inciderent. Triremis, è classe Alexandri,in Tyriam nauim tanta vi impulsa est, vt Tyrius gubernator in mare excuteretur.Tyrij,inhibẽtes remis, ęgrè euellunt nauem, quæ hærebat.Curtius 4.*Les Tyriens, soians de force, c'est à dire,ramans à rebours,poussans les auirons des paumes,pour reculer leur galere,& la tirer de la presse,la poupe premiere, à grand peine la peurent arracher.*

IV Inhibet imperium, coërcitionem, damnum, pœnam, supplicium, & eiusmodi, qui intentat vim, seueritatem imperij, pœnæ, & qui comminatur quid alicui, ni morem gerat.Liuius l.3.14. Tentationem eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterent, imperióque inhibendo acriter in paucos præferocis animi, conatus aliorum

aliorum comprimerent. *Si lon n'vsoit efficacemant anuers les plus fiers & audacieux, de l'autorité & pouuoir du Magistrat, pour reprimer an la personne de ceux-ci, les antreprises des autres.* Idem libro 4. 51. Inhibenti Consuli damnum, cæterámque coërcitionem detrectantibus militiam. Idem libro 37. 125. Et in senatu, & ad populum magnis contentionibus certatum est, & imperia inhibita vltrò citróque, & pignora capta, & multę dictę. *Il i eut reciproques comminations, & commandemans sur grosse peine, du Pontife anuers le Preteur, & du Preteur anuers le Pontife.*

INITIO. Initiare, est, inaugurare, consecrare quempiam, vt sacris operari legitimè possit, quod propriè dictum est de Cereris sacris Eleusiniis, quæ Initia præcipuo nomine vocarentur. Cic. 2. leg. 36. Athenæ nihil attulêre melius illis mysteriis, quibus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus. Initiáque, vt appellantur, ita reuerà principia vitæ cognouimus. 1. Tusc. 29. Reminiscere, quoniam initiatus es, ea, quæ tradantur mysteriis. 1. de Nat. 120. Omitto Eleusinam sanctam, vbi initiantur gentes orarum vltimæ. 2. de leg. 37. Diligentissimè sanciendum est, vt mulierum famam multorum oculis lux clarą custodiat, initientúrque eo ritu Cereri, quo Romæ initiantur. 2. de leg. 22. Néve initientur, nisi, vt assolet, Cereri, Græco sacro.

II Traducitur ad alia quæuis. 1. Catil. 16. Quæ sica, quibus abs te initiata ac deuota sit, nescio.

¶ INIVNGO, gere, adstruere, iuxta struere, structuram structuræ committere, copulare. *Batir aupres, & conjointemant. Batir aupres, an ioignant contre.* Postumius Milioniam oppugnare adortus, opere,

opere, ac vineis, adiunctis muro, cepit. *Liuius*, decimo, sect. centesima. *Aiant bati autour de la ville, & ioint aux murailles vne terrasse, & fait auancer ses soldats, à couuert des mantelets, sur la plateforme, la prit par force.* Qui domum habebat, aream iniunctam ei domui, vicino proximo locauerat. Lege, Qui domum. D. Locati. *Vne basse cour, pratiquée tout ioignant, & contre la maison.* Perseus circumvallato oppido, aggerem ducere instituit. Vbi primùm agger iniunctus muro est, & cohors Regia transcendit, scalis in vrbem impetus est factus. *Liuius*, libro quadragesimo tertio, sect. quadragesima octaua. *Apres que la plateforme eut eté auancée, portée, iointe, & liée à la muraille.*

¶ II Iniungere, super struere, structuram structuræ imponere, ac illigare. *Batir, ageancer dessus.* Longi duo, ac validi asseres, in terra desigebantur, in eos transuersi duo incumbentes tigni, ad tricenos longi pedes, vt pons esset, iniungebantur. *Liuius*, quadragesimo quarto, sectione nona. *On fichoit an terre deux fortes & longues solines, sur lesquelles on couchoit & assambloit de trauers, par leurs mortaises & tenons, deux solineaux, de la longueur de trante pieds.*

¶ III Iniungere, mandare munus, imponere prouinciam, gerendæ rei curam demandare. Habendorum Comitiorum munus illi consensu iniungunt. *Liuius*, tertio, sectione tricesima quinta. *Le conseil d'etat lui commet la charge, & intandance des assamblées generales, pour la creation des magistrats.* Cęsar, perpetuo suo labore, in vicem legionibus expeditionum munus iniungebat. *Cæsar*, sexto Gall. belli. *Auec son continuel, & grand trauail, Cesar com*

commetoit alternatiuemant à ſes legions l'execution des voiages, antrepriſes & conquetes de guerre, auſquelles il aſſiſtoit, tantot deçà, tantot delà. Magiſtratus ſenatui, & ſenatus populo, ſicut honore præſtet, ita ad omnia, quæ dura, & aſpera eſſent, ſubeunda, ducem debere eſſe. Si quid iniungere inferiori velis, id priùs in te, ac tuos, ſi ipſe iuris ſtatueris, faciliùs omnes obedientes habeas. *Liuius*, viceſimo ſexto, ſectione centeſima decima octaua. *Si tu impoſes à toi-meme le premier la charge, que tu anioins à tes ſuiets, tu an ſeras plus aisémant obeï.*

¶ IV Iniungere, durioris & acerbioris quidpiam, ſeu dedita opera, malóque animo, ſeu imprudentia, infligere cuipiam, & irrogare. Adeò moderatio æquandæ libertatis, dum, æquari velle ſimulando, ita ſe quiſque extollit, vt deprimat alium, in difficili eſt: cauendóque, ne metuant homines, metuendos vltrò ſe efficiunt: & iniuriam à nobis repulſam, tamquam, aut facere, aut pati, neceſſe ſit, iniungimus aliis. *Liuius*, libro tertio, ſectione centeſima duodecima. *Nous chargeons autrui de l'iniure, que nous auons detournée de nous.* Si quo caſu Iſaram ſe traiecerint, ne quid detrimenti Reipublicæ iniungant, ſumma à nobis dabitur opera. *Brutus* ad Tullium, epiſtola decima tertia. *Ie tiendrai la main, qu'ils ne chargent, & incommodent la Republique d'aucune perte, & dommage.* Æternam iis populis iniungere ſeruitutem *Cæſar*, Gallici belli libro ſeptimo. *Charger & greuer ces peuples d'vne ſeruitude perpetuele.*

INNVBO. Innubit, quæ ad eum nuptura tranſit, quocum ius connubij, nec lege, nec more habet:

habet:Innubo ingressum ad non suos, Enubo egressum à suis, ex vi notationis, exprimit. Alioqui vtrumque idem valet. Liu.lib.1.16.Tanaquil,cùm innupsisset, spernentibus Etruscis Lucumonem, exsule patre ortum, ferre indignationem non poterat. *Tanaquil s'etant mariée hors de ceux de sa nation,aiant prins à mari vn etranger, outre les vz & coutumes du païs.*

INSCRIBO. Inscribere librum. *Lui bailler son nom, le lui ecrire sur le front, au tete de la premiere page, ou au dos.* Inscribere librum de re quapiam. *Lui bailler titre & nom, prins du suiet qu'il traite.* In illis libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. Tusc. Deceptus indicibus librorum, qui sunt ferè inscripti de rebus notis. de Or. In eo libro, qui est inscriptus Hortensius.de D. In eo libro,qui inscribitur Memnon. Tusc. Eósq; libellos,Rhetoricos inscribunt.de Or. Xenophontis liber,qui Oeconomicus inscribitur. Off. Oratio Cottæ, pro lege Varia, quæ inscribitur. de Cla. Antiochus contra doctorem suum librum edidit, qui Sosus inscribitur. At. Oratorem meum:sic enim inscripsi. Epist.

II Inscribere alicui literas. *Inscrire des letres à quelcun. Ecrire sur le dos le nom de celui, à qui on ecrit.* Puer legit epistolam inscriptam patri suo. Att. &, Fasciculus literarum, qui est M. Curio inscriptus.

INSECTOR, aris,Insectari est,insequi aliquem studiosè, vt capiatur: aut inuehi verbis grauioribus in aliquem. Aquila insectatur, & agitat alias aues.de D. Seruius agitat rem militarem, insectatur totam hanc legionem. pro Mur. Furiæ agitant & insectantur impios. de Leg. Insectari, &

agitare

agitare aliquem. Att. Inimicè insectari aliquem. de N. Insectari aliquem maledictis. de Fin. Acerbiùs in aliquem inuehi,& eum insectari vehementiùs. de Am. Quomodo sum insectatus leuitatem senum. Att. Aut nos temeritatem bonorum sequamur, aut audaciam improborum insectemur. At.&, Semper ita statui, non esse insectandos inimicorum amicos. &, Miserorum fortunam insectari. &, ibi forum agit, cùm ego sum in prouincia: quam eius iniuriam non insector.

INSTAVRO. Instauramus, quæ, aut vi deiecta sunt, aut vetustate corruerunt. Traducitur inde verbum ad ea omnia, quæ innouantur, & integrantur. Cauete, ne noua, & multò crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. pro S. R. Cùm id sacrificium virgines instaurassent. Att. Cùm in Cn. Dolabellam scelus suum illud pristinum renouauit, & instaurauit quæstorium. in Verr. Quorum de sententia, illa eadem renouata, atque instaurata celebrantur. de Harusp. resp.

INSTITVO, pro Incipere aliquid agere, aut erudire aliquem, vsitatum satis est: sed hæredem, filium, tutorem, accusatorem instituere, pro, facere, non item. Qui esset secundùm postumum hæres institutus. de Or. Piratæ aliquos sibi instituunt amicos. in Verr. Præstò est mulier audax, instituit accusatores, instituit testes. pro Cluen. Instituere aliquem secundum hæredem filio. Ep.

INSVSVRRO. Insusurrare alicui aliquid, id est, summissè in aurem dicere. Fauonius ipse insusurrat, tempus esse nauigandi. At. Nec in aures tuas fictè, aut simulatè, quæstus causa, insusurretur. Q. Fr. Insusurrare ad aurem alicuius familiariter. in Verr. Insusurrare alicui cantilenam suam. Att.

INTEGRO. Integramus, quæ ita reficimus, renoua

nouamus, vt ad primam integritatem redire videãtur, aut quæ iterum inchoamus; de integro instituimus. Cicero 1. de Inuent. 25. Animus audiendo defessus, aut admiratione integratur, aut risu renouatur. *L'esprit, apres auoir eté lassé, & comme rompu, reprand ses forces, se rauigore de nouueau par vn suiet d'admiration, ou de risée.* Liu. Integrare aciem, clamorem, certamen, prœlium, pugnam, fletum, seditionem, hoc est, vel denuò inchoare, vel vehementiùs instaurare.

II INTEGRVM seruare, reseruare aliquid alicui. *N'i toucher aucunemant, mais lui an reseruer toute la disposition.* Omninò tempora integram tibi causam reseruant. Att. Is rem integram ad reditum suum iussit esse. 2. Off. 82. *Aratus commanda, que l'afaire demeurat an l'etat, sans rien innouer, iusques à son retour d'Alexandrie.* 3. Cat. 7. Negaui me esse facturum, vt, de periculo publico, non ad publicum consilium integram rem deferrem. *Que ie me garderoi fort bien de manquer, à deferer l'antiere connoissance d'vn tel cas, où il i alloit de tout l'etat, au grãd Conseil, sans i rien toucher de moi-meme.*

III Integrum esse, dari alicui aliquid, & de aliquo: in integro quidpiam esse cuipiam, est, nec rei idoneo tempore excludi, nec arbitrio eiusdem à quoquam prohiberi. *Etre an pleine liberté & commodité d'an disposer à son plaisir.* Tull. in Pis. 58. Nõ est integrum Pompeio, consilio iam vti tuo. *Pompée est hors de tans, & de liberté, de suiure ton adnis; car ses triomphes sont passez, il ne peut plus mepriser les honneurs du triomphe, & s'an abstenir.* Part. 139. Quilibet, si integrum daretur, eam sententiam diceret. 4. Verr. 98. Cùm eo tempore ad te venisset, cùm tibi in integro tota res esset. *Te venant prier pour vn innoçant, auant meme que personne l'eut*

l'eut accusé. 1. An. 26. Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum vobis. *Ie parle des loix, qui ne sont ancores que promulgées, c'est à dire, affichées, & exposées au public, pour etre leuës & considerées, par quiconque les voudra debatre & contester, deuant qu'on appele le peuple aux suffrages, pour les receuoir, ou refuser.*

IV De integro, *de nouueau, derechef.* 12. Fam. 30. Vt grauiùs ægrotant ij, qui, cùm leuati morbo viderentur, in eum de integro inciderunt: sic nos, qui profligato bello, renouatum bellum gerere conamur. 4. in Ver. 139. Te Prætore censa Sicilia est, postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat. Censores dicit de integro sibi creari placere.

INTENDO. Manum, digitum intendere aliquò, ad aliquid, est eis intentis, aliquid ostendere. Et simul dexteram intendit ad statuam. Att. Sed vt commonstrarem tantùm viam, & vt fieri solet, digitum ad fontes intenderem. de Orat. *Auec le doit au montrer la source.*

II Sic animum, aut quæ animi sunt, intendere aliquò, Latinè dicitur: pro Aduertere, & dirigere ad aliquid. Si fieri posset, vel plures te animos habere vellem, quos omnes ad Mutinam intenderes. in An. Mens naturalem vim habet, quam intendit ad ea, quibus mouetur. Aca. Intendere sensus ad res percipiendas. ibidem. Immensa regionum magnitudo, in quam se iniiciens, & intendens animus, latè longéque peregrinatur. de N. Intendere aciem ad rem in omnes partes. Tusc.

III Aliquò intendere, contendere, ac eniti, vt peruenias. Studium nihil prodest perueniendi aliquò, nisi illud, quod eò, quò intendas, ferat, deducátque, cognoueris, de Or. Hoc tibi antea explicandum est, quàm illuc proficiscare, quò te dicis inten

intendere.de Orat. Si iste, quò intendit, in Manliana castra peruenerit.in Cat. Vt eò,quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. pro Mur.

IV Intendere animo quidpiam, est, ad id eniti, contendere studiosè. *Buter an son ame à quelque chose,& bander auec effort,pour i arriuer* Tullius 10. Anton. 9. Si Caius Antonius,quod animo intenderat, potuisset perficere, Macedoniam, Illyricum, Græciam iam perdidissemus. *S'il eut peû executer ce,à quoi il bandoit de toute son ame.*

V Intendi propriè dicuntur,quæ neruis, funibus, loris adduci & laxari solent, vt machinæ, ac alia quæuis affinitate quadam his coniuncta. 4. Acad. 89. Intendit crinitus Apollo arcum auratum,Luna innixus.3.Orat.214.Voces,vt chordæ, sunt intentæ,quæ ad quemque tactum respondeãt,acuta,grauis,cita,tarda, magna,parua. *An la voix se treuuent les differances du bander & roidir,tout ainsi qu'és cordes d'vn lut, ou espinete.* 4. Tusc. 56. Numquam ingemiscit vir fortis, nisi fortè, vt se intendat ad firmitatem. *Si ce n'est pour reprandre ses forces, & se roidir plus fort contre le mal.*

VI Ad res animi à corporibus traducitur ea intentionis ratio. 1. Acad.46.Parum defigunt animos,& intendunt in eis,quæ perspicua sunt, & vt,quanta luce ea circumfusa sint,possint agnoscere.Hortens. Quæro, non quibus rebus intendam animum, sed quibus relaxem,& remittam.4.Tusc.5.Pythagorei soliti mentes suas à cogitationum intentione,cantu, fidibúsque ad tranquillitatem traducere. *Par le chant ramener l'esprit bandé & trauaillé de pansées profondes,à vne douce paix & relaxation.*

VII Intendit telum, ferrum alicui, qui vel intentat solùm,vel etiam emittit. *Presanter, porter le fer contre quelcun, ou memes offanser an le presantant, c'est,*

Inten

Intendere telum alicui. Tullius de Prouin. 23. Cùm tela vndique in patriam intenta viderem. in Pison. 5. Ego tela intenta iugulis ciuitatis, de coniuratorum manibus extorsi. *Ie leur ai arraché des mains le glaiue, que deiä ils presantoient au gosier des citoiens, pour les egorger.*

VIII Similitudine quadam intentionis, & emissionis, dicimus etiam, intendere alicui bellum, actionem, crimen, controuersiam, dicã, litem, periculum, atque seipsum aduersarium. pro Milone 37. Clodius, credo, multam mihi irrogarat, actionem perduellionis intenderat. Liuius lib. 21. 12. Alij senatorum totum in Hispaniam, Hannibalémque intendebant bellum. *Ils adressoient, ils portoient toute la guerre an Espagne contre Hannibal.* de Har. 1. Simul ac periculum iudicij intendi, omnem illius impetum compressi. *Si tot que ie lui ai intanté action criminele, que ie lui ai dresse procez.* pro Cæcin. 20. Cùm hoc nouæ litis genus tam malitiosè intenderet. 8. Fam. 4. Vt Curio insidiis vsus videtur, in euitandis reorum consiliis, qui se intenderant aduersarios, in eius Tribunatu. *Qui s'etoient bandez, & roidis contre lui, pour le trauerser.*

INTENTO. Manus, tela, minas, imperij auctoritatem, & aliud quiduis intentare alicui, est, aut eis rebus prolatis & admotis, aut verbo dumtaxat indicatis, minari, & terrorem incutere. Liuius lib. 3. 146. Virginius intentans in Appium manus, Icilio, inquit, Appi, non tibi, filiam despondi: & ad nuptias, non ad stuprum, educaui. *Virginius an haussant, & tandant les mains vers Appius, assis au tribunal, an le menaçant.* Liuius lib. 42. 26. In Achaïco concilio, nisi discussa res per paucos, Romanum imperium intentantes, esset, eò rem adductam, vt, &c. *Si les brigues & menées n'eussent eté dissi-*

dissipées par quelques-vns des Acheens, qui interposerent le pouuoir de l'Ampire Romain, & menacerent les auteurs des menées, de les faire chatier par les Romains.

II Intentare arma, manus, vim, & alia cuipiam, est etiam, eis admotis, reipsa nocere. Tullius pro Milone 37. Clodius non seruos, non arma, non vim intentauit? *Clodius n'a-il pas ieté sur moi vn esquadron armé de ses valets? ne m'a-il pas fait violance à force d'armes?* Hirtius lib. 6. Hispan. bel. Eum, qui legatos iugularat, lapidare, & ei manus intentare cœperunt.

INTERCEDO. Adhibetur ad tempus exprimendum, quod effluxit inter duo certa quædam, quæ assignantur, hoc modo. Vix annus intercesserat, cùm, &c.

II Ad coniunctionem quamdam animorum consuetudinis, aut contrà, ad alienationem inter aliquos notandam. Is est, quicum mihi affinitas, societas, vsus, amicitia, &c. vel odium, dissidium, inimicitiæ, &c. intercedunt.

III Ad ea exponenda, quæ dum aliquid agitur, incidunt circa illud, & interueniunt, siue fortuitò, siue ex alicuius consilio. De his pridie, quàm hæc scripsi, senatus auctoritas intercesserat. lib. 2. ep. 2. *Sur ces antrefaites etoit antreuenu le decret du Senat an cet affaire.*

IV Dicebatur olim de Tribunis plebis, cùm nomine plebis Romanæ, totiúsque populi, senatui, aut magistratibus curulibus, aut etiam suis collegis se opponerent, & eos impedirent. Hoc sensu datiuum ita cõiunctum habet, vt is modò sit rei, modò personæ, cui resistitur. Quod legationis genus ego Consul sustulissem, nisi mihi Læuinus Trib. pleb. intercessisset. 3. de leg. 18. *S'il ne se fut opposé à moi, & ne*

& ne m'eut ampesché. Tribuni extemplò pulsi, cùm intercedere rogationi vellent. de Orat. *Se voulans opposer à la promulgation de la loi.*

v Intercedendi forense verbum, generatim adhibemus explicandis quinque obligationum modis, quas aliquo nomine contrahimus, hoc est, Fideiubendo, seu *Adpromittendo*, *Expromittendo*, *Mandando*, *Suscipiendo* alienam obligationem ab ipso initio, & *Recipiendo, seu Constituendo.* Fideiubet, seu adpromittit, qui, quod alter suo promisit nomine, idem quoque pro eo alteri promittit. Expromittit, qui alterius obligationem in se vnum solum, nouandi animo, per stipulationem suscipit, *Qui etant interrogé, s'il se veut charger de l'obligation d'vn autre, s'an charge à dessein de passer nouuele obligation à son nom propre.* Mandat, qui sua fide iubet, quid creditum esse alteri sine stipulatione, ac se obligat. *Qui baille commission, qui charge autrui an son nom, de preter argeant à quelcun.* Recipit, qui, quod argentariorum Romæ olim proprium fuit, sollemnibus verbis promittit, se alienum æs soluturum. Constituit, qui, (non argentarius) quod à se alióve debetur, certo die ac loco promittit soluturum. Brutus adscribit etiam se intercessisse pro eis magnam pecuniam. Att. l. 6. ep. 5. *Il adioute an outre, qu'il a repondu pour eux grande somme d'argeant.* Orabat, vt te contra suum patrem defenderem, si sexagies peteret: tantum enim se pro te intercessisse dicebat. 2. Ant. 45. *Qu'il s'auoit cautionné de samblable somme, ou paié pour toi.*

INTERDICO, non est tantùm veto, sed vehementiùs Decerno, quid fieri, aut non fieri. Cęsar l. 5. Gall. Bell. Interdicit, atque imperat Cassiuellano, ne Mandubratio, neu Trinobantibus, noceat.

Idem

Idem ibidem. Labienus præcipit, atque interdicit hostibus perterritis, omnes vnum peterent Induciomarum.

11 Accusatiuum frequenter admittit, quod perperam negant Grammatici. Liuius l. 34. 22. Feminis purpuræ vsum interdicemus. Epitome Trogi l. 5. Alcibiadi omnem humanam operam interdixerant. Valerius Max. l. 2. Interdixit ei conuictum hominis.

INTERFOR, ari, est alio loquente sermonem interiicere priùs, quàm is absoluerit, quæ dicere cœperat. Liu. 3. 145. Priùs quàm, aut petitor postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. l. 7. 99. Consul orsus meritas Decij laudes, interfante ipso Decio, distulit concionem. Interloquor eodem sensu dicitur. Terent. Heaut. 4. 3. Siccine mihi interloquere? *Et m'interrompés-vous ainsi? me rompez-vous mon propos de cete sorte?*

INTERIICIO. Interiectum esse, crebrò Cicero est vsus, pro Medium, aut in medio esse; aut inter aliquos, aut aliquid tamquàm medium esse. Nasus quasi murus oculis interiectus est. de Na. Idque interiecit inter indiuiduum, & id, quod diuiduum est in corpore. de Vn. Quid, inter horum ætates interiectus Cato? Par. L. Sisenna interiectus inter duas ætates Hortensij, & Sulpicij. de Claris Oratoribus. Aër interiectus inter mare, & cælum. de N. Inter has personas me interiectum molestè ferunt. in A. Videte, quantum interuallum sit interiectum inter hoc, & illud. contra Rul. Alij eis interiecti, & tamquàm medij.

INTERMITTO, non modò est continuationem actionis, aut temporis, sed etiam rerum corporearum seriem abrumpo. Cæsar l. 1. Gall. Ipse

triduo intermiſſo, eos ſequi cœpit. Idem l. 5. Gal. Cùm legiones intermiſſo perexiguo loci ſpatio inter ſe conſtitiſſent. Idem ib. Paullum intermiſſa flamma, & quodam loco turri adducta. Idem l. 7. Gall. Cæſar ad eam partem, quæ, intermiſſa à flumine & palude, aditum anguſtum habebat, aggerem apparare, vineas agere cœpit. Ibidem. Neque inter ſe contingant trabes, ſed paribus intermiſſæ ſpatiis, ſingulæ, ſingulis ſaxis interiectis, arctè contineantur. Ibidem. Planiciem, intermiſſam collibus trium millium paſſuum in longitudinem patêre. Intermittit, pro intermittitur, ſicut remittit, &c. Cæſar l. 1. Gall. Reliquum ſpatium, quà flumen intermittit, mons continet, magna altitudine. *Vne haute montagne occupe le vuide, où le circuit de la riuiere eſt interrompu.*

INTERNOSCO. Internoſci dicuntur, quæ alia ab aliis diſcernuntur, ſecernuntur. *Diſcerner, antreconnoitre vne choſe d'auec l'autre.* Quos cùm humare vellent, non potuerunt obtritos internoſcere. *Ils ne peûrent diſcerner les morts les vns d'auec les autres.* de Orat. Quæ ſi alia vera, alia falſa, qua nota internoſcantur, ſcire velim. Pro S. R. Internoſcere verum à falſo. Acad. Secerni blandus amicus à vero, & internoſci poteſt adhibita diligentia. de Am. Qui dignum atque indignum internoſcere nequeunt. ad Heren.

INTERPONO, idem eſt, atque interiicio, interſero. Orationes, quas interpoſuit, eas ego laudare ſoleo. de Clar. *Qu'il a inſeré, antrelacé, mis par dedans.* Hæc interpoſui, P. C. vt me purgarem. in Ant. Quaſi enim ipſos introduxi loquentes, ne inquit & inquam, ſæpiùs interponerentur. de Am. Vt etiam modò, niſi, autem, interpoſuiſſem, concurriſſent. Or. Mediocres argumentationes interponi,

poni,& in medio collocari oportet. Ad Her. Digressio extra causam interponitur,aut criminationis causa,aut,&c. de In.

II Se interponere, *s'antremetre : interposer, ou la personne, ou quelque chose du sien.* De Ascanione, tu verò, quod voles, facies, ego me nihil interpono. Attic. Clodius vocabat Tribus, se interponebat. pro Mil. Quid enim interponerem audaciæ tuæ, quam nullæ leges possunt coërcere? in Anton. Cur te interponis inuitissimis his, quibus, &c. in Verr. Sapientiùs facies, si te in istam pacificationem non interpones. *Si tu ne t'antremeles point an cet accord.* Ep. In rem aliquam fidem suam interponere. pro S.R. Non potuit certius interponere iudicium voluntatis suæ.pro Cor. Proprium est Academiæ, iudicium suum nullum interponere. de D. *De ne point interposer son aduis. Ne donner iugemant de chose aucune, ne rien affermer.* Hæc scripsi sedato animo, nullum meum iudicium interponens,sed exquirens tuum. Attic.

III Interponere aliquid dicimus quoque, quod tamquam medium est inter aliquos, quo aut confirmetur, aut infirmetur aliquid. In iureiurando dij immortales, tum iudices, tum testes interponuntur. de Leg. *Lon interpose,lon antremele, lon se sert de l'autorité de,&c.*Non oportuit antè supplicium,quàm iudicium interponere.*Vser,se seruir du supplice,deuant que d'auoir iugé.* de In. Qui istum, nondum interposita auctoritate vestra, suo consilio,& iudicio,vt hostem arcuit. In An. Offensionem esse periculosam,propter interpositam auctoritatem,religionémque video.Epist.Ego interpositam Senatus auctoritatem sustinui. In P. Vos reiectione interposita, repentini iudices consedistis.

pro Syl. *Recusation aiant eté faite de vous, neantmoins vous seiés an iugemant.*

INVEHO & Importo, de extraneis mercibus, atque commeatu, crebrò, & propriè vsurpantur. Cic. 2. Off. 76. Paullus tantùm pecuniæ in ærarium inuexit, vt vnius Imperatoris præda finem attulerit tributorum. Liu. l. 45. 39. Paullus Macedonas sale inuecto vti vetuit. *Leur fit defanse de se seruir de sel etranger, De sel prins, apporté de dehors.* Plinius l. 6. c. 19. Merces alij suas euehunt, res externas inuehunt. Varro l. 1. Rust. c. 5. Flumina propinqua, quibus euehere, atque inuehi ad multa prædia scimus.

INVEHOR in aliquem, pro insector aliquem, & verbis grauibus exagito aliquem. Vnde, Inuehens in aliquem: sicut Inuectus. Diphilus petulanter in Pompeium inuectus est. Carneades libenter in Stoicos inuehebatur. de Na. Acerbè, & contumeliosè inuehi in aliquem, & grauiter. de Nat. Asperè in aliquem inuehi. pro S. R. Nunc verò non insultabo vehementiùs, nec volitabo in hoc insolentiùs, neque in istum nugatorem inuehar, neque in isto testimonio commouebor. pro Flacc. Vehementiùs inuehi in aliquem. de N. Cùm vehementiùs inueheretur in causam principum Consul Philippus. de Orat. Acerbiùs inuehi in aliquem, insectaríque vehementiùs. de Amic. De quo Cæsar in Senatu apertè in te inuehens, questus est. in Ant.

II Item inuehens, pro, Incedens, quasi vehiculo vtens, seipsum inuehens. Triton natantibus inuehens belluis, adiunctis humano corpori. I. Nat. 79. V. Præteruehо, Veho.

INVRO. Ab iis, quæ igne, ferro, & eiusmodi solent infligi, imprimi, & notari expressiùs,

ad

ad res animi præsertim transfertur, vt ad affectiones doloris, odij item ad famam virtutis, aut vitij labem, ad damna, & cætera similia significantiùs exprimenda, quæ exemplis notiora fient, vbi frequenter sunt hæc: Aliquid alicui, & aliquid aliqua re inurere. Ne qua generi, ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis inuratur. pro Syl. *Que tache aucune ne lui soit mise sus, imposée. Que sa reputation n'an soit interessée.* Hæc inusta est à te mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. in A. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? Is censoriæ seueritatis nota inuretur. Pro Clu. *Ne sera çansuré, ne sera condamné à la peine, que le çanseur imposoit.* Id mihi summam crudelitatis famam inusisset. Pro Mur. Insignem ignominiam alicui inustam esse. de Prou. Inurere dolorem alicui. in A. Inurere quàm maximum dolorem alicui. Tusc. *Lui causer vne douleur bien cuisante, comme lui imprimant vn fer chaud.* Tantus illorum temporum dolor inustus est ciuitati. in C. Cùm hunc dolorem cineri eius, atque ossibus inussisti. in Verr. *Quand tu t'es cruelemant deporté anuers lui, apres sa mort, meme exerçant hostilité à l'androit de ses çandres.* Sunt expressa signa probitatis, non fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis veritatis. pro Planc. 29. *Temoignages de preud'hommie, nō feints, & deguisés par le bien-dire de l'Orateur, mais comme ampraints, & graués auec les marques de verité.* Id est, probitas, de qua constat omnium domesticorum, & vicinorum consentiente testimonio. Monumentum senatus hostili nomine, & cruentis inustum literis esse passi sunt. l. 1. ep. 9. Si vulnera Reip. inusta recordamini. pro Sest. 17. Plurima mala, quæ ab illo reipublicæ inusta sunt. 2. in Ant. 117.

11 Inurere calamistris. Cæsar,dum in commentariis suis voluit alios habere parata, vnde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volent illa calamistris inurere. de Clar. 262. *Qui veulent adiouter à la pureté de la langue vn ornemant fardé & affecté.*

¶ IRRIGO, are. Aquam irrigare, rigare,est, aquam ex alueo suo deducere, deriuare: est item, aquam aspergere,inspergere,infundere alicui, ad aliquid. Si quando non pluet, vti terra non sitiat, aquam irrigato leuiter in areas: si non habebis,vnde irriges, gerito, inditóque leuiter. *Cato*, de re rust. cap. centes. quinquag. primo. *Pour garantir tes parterres de secheresse, arrouse-les, an i conduisant par raions l'eau de ta fontaine, ou reseruoir. Que si tu n'as,ni fontaine, ni reseruoir d'eau,pour i faire couler, tu i an porteras dans des vases.* Amurcam spargas, vel irriges ad arbores. Circum capita maiora, amphoras: ad minora, vrnas, cum aquæ dimidio addito. *Cato*, de re rust. cap. tricesimo sexto. *Verse au pied des arbres de la crasse liquide, qui degoute de l'oliue, auant d'etre pressurée.* Ipse labore manum duro terat; ipse feraces Figat humo plantas,& amicos irriget imbres. *Virgilius*, quarto Georg. *Que le iardinier peuple ses iardins de plantes fecondes, & les arrouse soigneusemant d'eau.*

IRROGO, as,or,aris. Irrogat aliquid alteri, qui rogatione agit, legem rogat apud populum contra quempiam. Tullius 3. de Leg. 11. Priuilegia ne irroganto. De capite ciuis, nisi per maximum comitiatum,ne ferũto: *Que personne ne traite auec le peuple pour faire etablir vne loi contre vn particulier.* Tull. pro Domo 42. Vetant leges sacratæ,

tæ, vetant duodecim tabulæ priuatas leges hominibus irrogari. *Qu'on ne face faire au peuple vne loi contre vn homme particulier.*

11 Irrogare,ri, vſurpatur etiam de multa, pœna, & huiuſmodi,quæ irrogatæ legis ſanctione infliguntur,aut aliunde imponuntur. Tullius pro Domo 58. Timui,ne mihi præſenti,ſi multa irrogaretur, nemo intercederet. Hirtius de bello Afric. Tributa, vectigaliáque irrogare. *Impoſer des tributs par voie de ſupplice.*

IVBEO. Senatus erat cenſere, vt eius,penes quem eſſet ſcientia poteſtáſque iudicandi: Sciſcere, hoc eſt, ſuffragium ferre, Plebis, cui ſola facultas adeſſet optandi, & eligendi ſuffragio, non iudicandi, aut iubendi. Sed iubere, & velle populi totius, quo,ſcilicet,plebs & patricij comprehenderentur,& penes quem Imperij ius reſideret. Verbo Iubendi,volendique vtebatur populus, cùm legem, aut quid aliud rogatus à magiſtratu hoc modo,Velitis,iubeatis, Quirites: ita reſpondebat,ſi rogationem probaret,& acciperet; Volumus, iubemúſque. Ideóque dictus eſt populus,Iubere legem, pacem, fœdus, conſulem, aut quid aliud, de quo iubendo conſtituerat. Vt ſi Tribuno pleb. rogante,velitis,iubeatis,Quirites, Sedulij centum ſe velle, ac iubere dixerint. Pro Dom. Quod nec Senatus cenſuit, nec populus iuſſit, id arroganter non præiudico. ad Brut. ep.4.Quæ ſciſceret plebs,aut quæ populus iuberet.pro Flacc. 4. Senatus decreuit:populúſque iuſſit.4.Verr.161.Populus Rom. legem iuſſit de ciuitate tribuenda.pro Corn. 38. *A fait vne loi,par laquelle il donne droit de bourgeoiſie à,&c.* Num apud populū de legibus iubendis,ac vetandis.1.de Or.60. Quia vos fœdus non iuſſeritis,veretur Hiempſal, vt ſatis firmum

fit. 2. in Rul. 57. *D'autant que l'aliance n'a eté contractée de vostre autorité. On n'a pas requis votre ordonnance.* Cæsar ostendit, se Dolabellam Consulem esse iussurum, id est, creaturum. Excepêre, ne posteà eosdem Tribunos iuberent. Liu. 3. ab vrbe. id est, crearent iubendo.

II Vsurpatur in salutationibus, vel coram, vel per literas. Item in adhortandis, excitandis amicorum animis ad aliquid, & in iis confirmandis, vbi Iubeo, non imperantis est, sed cupientis, optantis, precantis, vt, Illum salutaui, posteà iussi valere. Att. 5. ep. 2. Dionysium iube saluere, supple, à me. Att. 4. ep. 14. Sic Horat. Vrbis amatorum Fuscum saluere iubemus.

III Iubeo te benè sperare, & bono animo esse. Pro Deiot. 38. *Ie te prie, ou ie t'anhorte de, &c.* Iubeo te sine cura esse. 2. Verr. 19. Valdè iubeo gaudere te. *Ie desire fort, & suis d'aduis que.* 7. ep. 2. Ita porrò sine cura esse iussit. Att. 12. ep. Quæ literæ rectè sperare iubent. Sperare nos amici iubent, suadent, hortantur. lib. 14. ep. 1. Datiuum huic verbo addit Cæsar l. 3. Ciuil.

IV Iubere fide sua aliquid esse alicui, supple, creditum: auctorem esse, velle, vt ei concredatur, aut pecunia, aut aliud. *Faire preter argeant a autrui, à son nom, sur sa foi & parole.* Stichum, aut decem fide tua esse iubes. *Si ie lui prete, ou vand mon esclaue Stichus, si ie lui baille à chãge dix escus, an responds-tu?* Quantam pecuniam credidero, fide tua esse iubes? Si quadraginta non soluerit reus, fide tua esse iubes? Hæ formulæ sunt frequentes in Iure, & benè Latinæ. V. FIDE IVBEO.

IVDICO. Iudicare alicui perduellionem, & perduellionis, capitis, pecuniæ; supple pœnam, dicitur tam Accusator, quàm Iudex: iste, cùm

cognoſcit cauſam criminis ; ille, cùm rei
n æſtimat, & æſtimandum poſtulat à Iudi-
ıt perduellionis, aut capitis, & eo nomine
iudicio perſequitur. Liuius l.1.83. Duum-
, qui Horatio perduellionem iudicent, ſe-
ùm legem, facio. Ibidem 84. Tum alter ex
mviris: P. Horati, tibi Perduellionem iudi-
Ie te condamne, comme attaint de leze Maieſté.
ı lib.26.9. Se in mora non eſſe, quò minùs in-
eret, quoad Capitis, aut Pecuniæ iudicaſſet
ato. Ibid.10. Iudicaret ſe Perduellionis, Cnęo
ıio.
VNGO. Iungere verba, ex ſimplicibus iun-
facere, hoc eſt, vt vocant, Compoſita facere,
r des compoſez. Verba ponenda ſunt, quæ vim ha-
nt illuſtrandi, nec ab vſu ſint abhorrentia: gra-
, plena, ſonantia, iuncta, facta, cognominata,
n vulgata, &c Part.52. Iuncta verba, *Mots compo-*
.. Facta, *Inuantez, forgez de noueau.* Cognomi-
ta, *Synonymes, Diuers mots de meme ſignification.*
centiam Poëtarum faciendorum, iungendorúm-
e verborum, maiorem eſſe, quàm Oratorum. Or.
ı Iungere flumen ponte, currum equis. Li-
us lib. 21. 79. Romani Ticinum ponte iun-
unt, tutandíque pontis, caſtellum ſuperimponunt.
*es Romains batiſſent vn pont ſur le Tiſin, & ſur
pont vn petit fort, pour la garde d'icelui.* Iunge-
e porrò fluuium dicitur, qui pontem exſtruit,
uaſi binas ripas interiecto ponte iungeret, &
ontinuaret. Cicero 6. Att. 1. Vedius venit mihi
bbuiam cum duobus eſſedis, & rheda equis iuncta,
& lectica, & familia magna. Liuius l. 5. 67. Ma-
ximè conſpectus eſt Camillus, curru equis albis
iuncto, vrbem inuectus. Iuncti etiam dici ſolent
equi illi, quibus currus iungitur, quo nomine diſ-

tinguuntur ab clitellariis,seu dossuariis. Columella l.2.c.22.Arbores serendi causa collo vel mulo clitellario afferre:sed iūcto aduehere non permittitur.
III Iungere amicitiam, caritatem,consuetudinē, vulgatum non est. Deiotarus cū hominibus nostris consuetudines, amicitiásque iungebat. pro Deiot. Vt omnis charitas inter eos iungatur.de Am.
IV Rem, rationémque iungere cum aliquo, pro communicare. pro Deiot. Res alia re iuncta coniunctæ,pro,Res rei cuipiam iunctæ.Hæc verò,quæ cum somniis naturali cogitatione ei iunguntur.de D. Improbitas scelere iuncta. de Orat. Laudatio defensione iuncta. de Cla. Rheda equis iuncta. Attic. Nunc video infinitum bellum iunctum miserrima fuga.Att.

¶ IVREIVRO, are, sollemne iusiurandum, ac in concepta verba interponere.Publius Licinius Crassus sacrificiis se impediri sollemnibus excusabat. Cæterùm ire iussus, aut iurare pro concione,sollemni sacrificio se prohiberi. Id vbi in P. Licinio ita statutum est, & ab se, vti iusiurandum acciperent,M.Cornelius postulauit, ne in Hispaniam vlteriorem iret.Prætores ambo in eadem verba iureiurarunt.*Liuius*, lib.quadrag.primo, sect. vicesf.sept. *Marcus Cornelius requit,qu'il fut receu, à s'excuser par sollamnel sermant, sur les iustes ampechemans qu'il auoit,de ne se porter an son gouuernemant. Les deux Preteurs,Crassus, & Cornelius,preterent le sermant sollamnel,sous la meme forme, au fait de leurs excuses.*

¶ IVRO; are,iusiurandum adhibere,seu vulgare, seu sollemne,seu priuatum,seu publicum.

¶ I Iurare ex animi sui sententia,verba sunt concepta iurantium,& sine dolo se iurare profitētium, hoc est,se iurare lingua, quod mente conciperent, iurare

iurare animo, quod ore nũcuparẽt. Quod ex animi tui sententia, sicut verbis concipitur, more nostro, id non facere, peierare est. *Tull.* tertio Offic. sect. centes. oct. *Iurer selon sa consciance, prononcer les paroles du sermant, comme, & auec l'intantion, qu'elles se doiuent antandre.* P. Scipio, stricto super capita consultantium gladio: Ex animi mei sentẽtiã, inquit, iuro, vt ego rempublicam nõ deserã, neque alium ciuem Romanũ deserere patiar. Si sciens fallo, tũ me Iupiter opt. max. domũ, familiam, rémque meã, pessimo leto afficiat. In hæc verba, Luci Cæcili, iures, expostulo, cæteríque, qui adestis; qui non iurauerit, in se hunc gladium strictum esse sciat. *Liu.* lib. vicesi. primo, sect. centes. decima quarta.

¶ II Iurare conceptis verbis, certis verbis, sollẽnibus verbis, legitimis verbis, Iurare in concepta, in certa, in legitima, in sollẽnia verba, *Iurer sous vne forme sollãnele de sermant, faire vn sermant an forme sollamnele.* Iurare in certa verba, & cõceptis verbis peierare. *Tull.* pro Cluentio, sect. cẽtes. tricesi. quinta.

¶ III Iurare iusiurandum, interponere iusiurandum. Magna voce iuraui verissimum, pulcherrimúmque iusiurandum. *Tull.* lib. quint. Ep. prima. *I'ai fait à haute voix, vn veritable sermant, & digne du suiet, qui etoit remarquable.*

¶ IV Iurare morbum, Iurare in verba excusandæ valetudinis: Iureiurando asserere, sibi esse legitimam excusationem, & vacationem ab obeundo munere quopiam, propter morbum. Appuleius mihi iusserat nunciari, se molestum non futurum. Sed cura, vt excuset, morbi causa, in dies singulos. Prende Septimium, Statilium. Denique nemo negabit, se iuraturum, quem rogaris. Quod si erit durius, veniam, & ipse perpetuum morbum iurabo. *Tullius*, duodec. ad Atticum, ep. dec. quarta.

Que si il leur est facheux de me faire cete courtoisie, ie viendrai & iurerai, qu'Apuleius est alité d'vne continuele maladie. Exactæ iam ætatis erat Camillus, Comitiisque parato iurare in verba excusandæ valetudinis solita, consensus populi restiterat. Sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat, virebátque integris sensibus: & ciuiles iam res haud magnoperè obeuntem bella excitabant. *Liuius*, lib. sexto, sect. sexag. octaua. *Camillus etant pret, de faire serment sollamnel, an l'assamblée generale de l'election des magistrats, que pour son indisposition, il auoit droit d'etre dispãsé des charges de guerre, tout le peuple s'etoit opposé à cete dispanse, connoissant la force & viuacité de son esprit, an vn cors desia caduque.*

¶ V Iurare in verba alicuius, iusiurandum iurare, in quæ te verba is adegerit, in quam iurisiurandi formulam abs te poposcerit. *Iurer sous la forme de serment proposée par quelcun.* In aduersarij verba, de calumnia iurare. *Iurer sous la forme de serment, deferée, proposée par sa partie aduerse, qu'on n'intante point action contre lui, à dessein de chiquaner, & sans fondemant.*

¶ VI Iurare in verba Consulis, Dictatoris, Imperatoris, Prætoris, militari sacramento adactum & rogatum, conceptis verbis, ab Consule, Dictatore, Imperatore, Prætore, iurare obsequium, ac fidem. Quamquam per Dictatorem delectus esset habitus, tamen quoniam iurassent in Consulum verba, sacramento teneri militem rati, per caussam renouati ab Æquis belli, educi ex vrbe legiones iusserunt. Liuius libro secundo, sect. nonag. octaua. *Croians que les soldats demeuroient obligés à obeïssance & fidelité, pour an auoir preté le serment aux Consuls, sous la forme par iceux proposée.* Nihil non per milites, iuratos in Consulis verba, quamuis perniciosum

ſum populo, ſi liceret in caſtris legem ferre, ferri poſſe. *Liu*.lib. ſept.ſect.quadrag. quarta.*S'il etoit licite de faire des loix au camp,par l'antremiſe de l'armée,aſſermantée par le Conſul, an cas de l'obeïſſance & fidelité.* V. Sacramentum, & Sacramento dicere.

¶ VII Iurare calumniam,de calumnia,iureiurando,conceptis verbis,aſſerere id, quod ab ſe agatur, bona fide,ac non dolo malo,agi: *Qu'on procede de bonne foi,& non à faux titres,an ſa pourſuite.* Nam de diuinatione Appius, cùm calumniam iuraſſet, contendere auſus non eſt,Pilióque ceſſit.*Cœlius ad Tullium*,octauo,Ep.octaua. *Appius aiant preté ſollamnel ſermant, qu'il ne pourſuiuoit pas à deſſein d'aucune colluſion, d'etre nommé accuſateur de Seruilius,n'a oſé paſſer outre, & conteſter cete charge à Pilius,mais la lui a cedée.* Qui iuſiurãdũ refert,prior de calumnia debet iurare,ſi hoc exigitur:deinde ſic ei iurabitur.Lege triceſ.quarta, D. De iureiurando. *Celui, qui defere le ſermant à ſa partie,la ſomme de faire ſermant, doit lui meme premierement iurer, qu'il defere le ſermant de bonne foi, ſans mauuais deſſein:& lui aiant iuré,ſa partie iurera,ſur la forme de ſermant par lui deferée.*

¶ VIII Iurare in litem,iureiurando affirmare, ſe litem aduerſario æſtimaturum,ex æquo, non rigidiùs, non iuſto ſeueriùs:*Qu'on taxera,qu'on priſera à ſa partie,ce,dont il s'agit au procez, equitablemant, hors de rigueur,dans l'equité,& moderation.* Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitat.*Tullius*,pro Q.Roſcio,ſect.quarta. *Le demandeur,apres auoir preté ſermant, de faire l'eſtime de ſa dete, & des interets moderémant, a bien oſé faire vne demande, & propoſer vne taxe de ſes interets beaucoup plus exceſſiue, qu'il ne l'auoit couchée*

couchée sur son liure de raison, auant qu'etre assermanté.

¶ IX Iurare in legem, iureiurando se adstringere, ad latæ legis obseruationem. Vnus Metellus in legem, per vim latam, iurare noluerat. *Tullius*, pro Sestio, sect. tricesſ. septima. *Vn seul Metellus d'antre tous, n'auoit voulu s'obliger par serment, de garder la loi, que Marius auoit publiée, & fait receuoir par contrainte.*

¶ X Iurare Deos, per Deos, testes Deos, iureiurando interposito, adhibere. Iurarem per Iouē, Deósq; Penates. *Tullius*, quarto Academ. sect. sexag. quinta.

¶ XI Iurare in se, iureiurando sibi malè precari, si dolo malo iuretur, si non seruetur iurisiurandi fides. Idem deinceps omnis exercitus in se quisque iurat. *Liuius*, secundo libro, sectione tricesima. *Apres le chef, toute l'armée fit serment, auec imprecations contre elle meme, au cas qu'elle ne tint son serment.*

¶ XII Iurare Iouem Lapidem, sanctissimum iusiurandum interponere, in eadem illa verba, quibus Pater Patratus iureiurabat in sanciendis fœderibus, quóque maiorem iurisiurandi fidem faceret, precabatur Iouem sibi infestum, si sciens falleret, adhibito silice lapide ad feriendum porcum, vel aliam victimam, qui silex Iouem, vti præsentem, ac iurisiurandi vindicem, referret. Quo modo autem tibi placebit, Iurare Iouem Lapidem, cùm scias Iouem iratum esse nemini posse? Tullius, septimo libro, epistola duodecima. *Et commant te pourras-tu resoudre, à faire serment, par Iupiter la pierre, par Iupiter represanté an la pierre, dont on assomme la victime, au sollamnel serment des alliances, viuant antre les Epicuriens, qui ne croient pas, que Iupiter se puisse indigner contre personne?* Cùm Phauorino Hygini

Hygini commentarium legissem, atque ei displicuisset insolentia,& insuauitas, *Amaroris*: Iouem lapidem,inquit,quod sanctissimum iusiurãdum est habitum, paratus sum ego iurare, Virgilium hoc numquam scripsisse. *Agellius*,libro primo, cap.vicesprimo. Ῥωμαίους Δία Λίθον ὀμνύειν, κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος, ἐπὶ δὲ τούτῳ, τὸν Ἄρην, καὶ τὸν Ἐνυάλιον. *Polybius*,libro tertio. Romanos Iouem Lapidem iurare, vetus est consuetudo, atque, ab Ioue Lapide, Martem, & Quirinum. Ἔστι δὲ τὸ Δία Λίθον τοιοῦτον· λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα λίθον, ὁ ποιούμενος τὰ ὅρκια περὶ τῶν συνθηκῶν, ὀμόσας δημοσίᾳ πίστει, λέγει εὐορκοῦντι μὲν τἀγαθά. *Polybius*,ibidem. Est autem, Iouem Lapidem iurare, adhibere hanc cærimoniam sollemnem. Qui fœderis feriendi caussa,interponit religiosum iureiurandum, sumto in manum silice lapide, postquàm de pacto in commune conuenit,ex animi sui sententia, & sanctè iurantibus,bona precatur. Quem locum Polybij, & in ipso eius contextu Calcographi, & in Latina versione Interpretes, corruperunt, alucinantes in vocula Δία,Iouem,vt pro Δία Λίθον, Iouem Lapidem, permutarint, διὰ λίθου,per lapidem, contra mentem Polybij,& orationis,ac structuræ consecutionem. Nam si, διὰ,locum ibi haberet, dicendum fuerat, διὰ λίθου, καὶ Ἄρεος,καὶ Ἐνυαλίου.

L

LABEFACTO. Quæ infirmamus, aut etiam conuellimus, ea labefactare dicimur. Iisdem machinis sperant me posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. pro Dom. Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. pro Pomp. Quæ cogitatio erat aliquantulum labefactata, atque conuulsa.Ep.Perfringere, ac labefactare conspirationem bonorum, in C. Labefactare,

factare, & rescindere ab aliis constituta. contra Rul. Hoc adolescentis præsidium,equidem adhuc satis firmum esse confido : sed ita multi labefactant,vt,ne moueatur,interdum extimescam. Brut. Itaque Milonis consulatus, qui viuo Clodio labefactari non poterat,mortuo denique tentari cœptus est.pro Mil.

LABORO, id est, sollicitus sum. *Ie suis an peine,an souci.* Non laboro, sollicitus non sum. *Ie ne m'an trauaille point.* Latinissimum est. Non laborabat, si esset moriturus. Si sociis prospicere non laboratis. Si quemadmodum socij à magistratibus tractentur, non laboratis. in Verr. Græci numquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt,sed quemadmodum se explicent dicendo.Pro Flac. *Ne se soucient d'autre chose, que de dire,sans etre an peine de verifier leur dire.* Miror te non tuis bonis delectari potiùs, quàm alienis malis laborare. Ep. *Te metre an peine du mal d'autrui.* De fama nihil sanè laboro. Attic. Nec de me laboro, de pueris, quid agant, non habeo. *Ie ne suis an souci pour mon regard.* Homo de re magis, quàm de verbis laborans. Or. Non id ago, neque in eo nunc laboro. Pro Quint. Sed hæc hactenus, ne videar περὶ μικρὰ σπουδάζειν. Att.& de republica gaudeo te non laborare.De republ.nimiùm te laborare doleo. Qu. Frat.

II Laborare aliquem,alicuius membra,pro Ægrotare,& propriè, & translatè vsus est Cicero, cum ablatiuo,& præpositione,ex, aut sine ea. Ex quibus rebus respubl.laborat : iis maximè mederi conuenit.Pro S. R. Significant enim tuæ litteræ,te prorsus laborare. Att. Quod si omnes facerent, & respubl. ex illis, & ipsi ex inuidia nimis laborarent. Pro R. Quibus incommodis valetudinis laborandum

dum est. Pro Mur. Vtpote cùm sine febri laborassem. Att. Nec verò quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat. de Fin. Cùm iam decimum diem grauiter ex intestinis laborarem. Ep. Ceparius dixit te in lecto esse, quòd ex pedib. laborares. Ep. Dionysius cùm ex renibus laboraret. *Etant fort trauaillé d'vn mal de reins.* 1. Tusc. 6. Eum grauiter esse ægrum, quòd vehementer eius artus laborarent. 1. Tusc. 61. *D'autant que les iointures de ses mambres etoient attaintes de grandes douleurs.*

111 Laborat fide creditum. V. Credo. Creditum.

LAVO, cùm absolutè ponunt Scriptores, de toto corpore intelligunt, alioqui eam partem exprimunt corporis, vt manus, &c. quam lauari significant. Plautus Truculento 2. 3. Pisces ego credo, qui vsque dum viuunt, lauant, minùs diu lauare, quàm hæc lauat Phronesium. Mihi quoque præ lassitudine opus est, vt lauem. Liuius lib. 44. 12. Lauanti regi nunciatum est, hostes adesse.

11 Laua manum, formula inuitantis eum, qui hora accubitus interuenerat, vt simul accumberet. Cicero 2. de Orat. 246. Cœnabo, inquit, apud te, vni enim locum esse video, Manus laua & cœna.

LEGO aliquem, pro Legatum mitto, tritum satis est: sed Legare sibi aliquem, reconditius est: quod Romanis idem fuit, ac, Legatum sibi deligere, sumere, qui aut in prouincias vicarius cum Præsidibus, aut in bellum cum Ducibus, & Imperatoribus iret. Dolabella me sibi legauit. Att. *M'a fait son lieutenant.* Cæsar Cassium sibi legauit. Ep. Messius defendebatur à nobis, sed de legatione reuocatus: nam eum Cæsari legarat Appius. Att. Ego me à Pompeio legari ita sum passus, ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti. pro

pro Pomp. *I'ai permis, qu'il m'ait nommé son lieutenant.*

II Legare aliquid alicui ab aliquo. *Faire quelque legat à receuoir, & prandre d'vn autre, comme de l'heritier.* Legare aliquid alicui à filio, vel à secundo hærede. Pro Cluent. 33. Vide verbo Cerno, quid sit hæres secundus. Cluuium à Tito Hordeonio legare Terentiæ sestertiûm quinquaginta millia, nihil à nobis. *Il ne fait aucun legat à prandre vers moi, qui suis son heritier an partie.* Obserua non tantùm dici hominibus legari aliquid eo sensu, sed etiam sepulcris, ludis, statuis, & aliis rebus, hoc est, legari, quæ in eas insumerentur.

LEGO, Or. Legere, cogere, colligere est, vt nucem, oleam, spolia, & eiusmodi. Cato rei Rust. cap. 144. Oleam legendam hoc modo locare oportet. Oleam cogito rectè omnem arbitratu domini. Oleam qui legerint, omnes iuranto, sese oleam non surripuisse. Qui eorum ita non iurauerit, quòd is legerit, pro eo nemo argentum dabit, nec debebitur. Tullius 2. de Orat. 265. Ego Magium eam pecuniam non conseruasse dico, sed, tamquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse. Liu. 10. 64. Postero die spolia de hostibus lecta, & pro concione donati, quorum virtus insignis fuerat.

II Legere, deligere, seligere est. Tullius 6. Phil. 15. Vt hos iudices legeret, quorum lectione duplex imprimeretur reip. dedecus. Tullius pro Mil. 21. Ex quibus cùm optimos viros non potuit legere non studiosos mei.

III Legere in, allegere in aliquem cœtum, in quodpiam hominum collegium. *Liuius* 1. 120. Tarquinius Priscus centum in Patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati. *Liuius* 1. 169.

Patrum

Patrum numero imminuto, statuit Tarquinius superbus nullos in Patres legere,quo contemtior ipsa paucitate ordo esset. *Se resolut de ne faire chois de personne,pour l'associer au nombre des Senateurs. Liuius* 1.14. Amulius Rheæ Siluiæ, fratris filiæ, per speciem honoris,cùm Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus adimit.

IV Legere, aut recitare senatum, est, Censorem habendo Censu Romano, recensere ex Albo Senatorum nomina, eáque recensione illos præterire, tacere, quos indignos Senatu censeret,ignominiáque vellet afficere; dignos autem eo ordine, eos, suo quemque loco appellare cum honore. *Liuius.* Censores fideli concordia Senatum legerunt. Princeps Senatus lectus est ipse Censor, M. Æmilius Lepidius. Tres eiecti de Senatu. Retinuit quosdam Æmilius à collega præteritos. *Liuius* 25. 62. 63. Dictatorem,qui Censor antè fuisset, creari placuit, qui Senatum legeret. Fabium Buteonem Dictatorem in sex menses dixit. Is se, neque senatu quemquam moturum dixit, transscribi tantùm, recitaríque eos iussurum,quos C. Flaminius,& L. Æmilius Censores in Senatum legissent.

V Legere in Senatum, idem est,atque Legere, Allegere in Patres, in Senatores, vt capite tertio ostendimus. Præterea idem valet, atque legi, recitari ab Censore in recensione Senatus, de qua egimus capite quarto proximo. Dicuntur autem legi in Senatum,etiam qui iam Senatores recitantur ex Albo ab Censore, quoniam ea recensio est veluti noua quædam,aut certè iterata lectio in Senatum, quòd esset in arbitrio Censoris retinere,aut eiicere Senatores, quos indicaret. *Liuius* 23. 63. Fabius Buteò Censor dixit se, neque Senatu quemquam motu

moturum ex iis,quos C. Flaminius,& L. Æmilius Censores in Senatum legissent. *De ceux qu'ils auoient retenus,& comme de nouueau associez au Senat,an leur çansure.* Tullius pro domo 82. Vbi cauisti, ne meo me loco Censor in Senatum legeret? *An quel endroit de la loi as-tu defandu au çanseur, de me nommer an mon rang, an faisant lecture de la liste des Senateurs approuuez?*

VI Legere oram, præteruehi oram maris, terræ maritimæ. Liuius 37. 44. Profecti inde, pacatis cæteris, cùm oram Asiæ legerent, Loryma peruenerunt. *An cotoiant l'Asie, passant sur la cote d'Asie.*

LEVO, pro, Leuius facio,& Imminuo,nostri non vtuntur, vt veteres. Auctoritas leuatur inconstantia. *L'autorité d'vne personne est raualée, amoindrie par des traits de legereté.* Acad. Criminationem leuari. de Inu. Perspicuitas argumentatione leuatur.de Nat. Leuare annonam. Pro Mil. *Diminuer la cherté, donner moien de faire rabaisser le pris des danrées.*

LICEO,Or. Licet,seu Licetur emtor, qui rem venalem in auctione mercatur. Plautus Menechmis 24. Venibunt serui,supellex, omnia venibunt, cuique præsenti licebunt pecunia. *Seront vandus à quiconque marchandera l'argeant à la main.* Tullius 12. ad Att. 24. De Drusi hortis, quanti tu licuisse scribis, id ego audieram. *Quelle mise tu auois fait sur les iardins de Drusus, à quelle somme etoit montée l'anchere.* Tullius pro Cæcinna, sect. 16. Adest ad tabulam Æbutius, licetur,deterrentur emtores multi, partim gratia Cæsenniæ,partim pretio,fundus addicitur. *Æbutius se presante à l'ancant,il met anchere sur les autres acheteurs,qui sont degoutez,& refroidis de l'anchere par l'excez des mises d'Æbutius.*

tius. Tullius quinta Verrina, 77. Herbitenses liciti sunt vsque eò, quoad se efficere posse arbitrabantur. *Les habitans d'Herbita ont haussé l'anchere, autant qu'ils ont creu pouuoir faire, sans s'angager à perte notable.*

II Contra aliquem liceri, certare licitatione cum aliquo, licente aliquo suprà adiicere. *Faire des mises an l'ancant sur vn autre, par emulation, metre anchere sur lui, contre lui.* Tullius tertio de Off. 61. Non licitatorem venditor, nec, qui contrà asse liceatur, emtor apponet. *Ni le vandeur n'apostera aucun acheteur, qui par ancheres excessiues echause les autres acheteurs, & les deçoiue, ni l'acheteur n'apostera point d'autre acheteur, qui rauale l'estime de la marchandise, an faisant des mises trop basses.*

III Liceri digito, sublato digito liceri. Vetus mos Romanorum in auctionibus, & redemtionibus, vt emturi, redemturi, conducturi quidpiam, id se sublato digito facturos indicarent. Tullius quinta Verrina, sect. 27. Vtrùm æquius est Decumanum petere, an aratorem repetere? eum, qui manu quæsierit, an eum, qui digito licitus sit, possidere? *Sçanoir-mon, s'il est plus equitable, que le Dimeur, celui, qui a açansé les dimes, an a eté mis an possession, an haussant seulemant le doit, & à la discretion de Verres, amporte le fruit des moissons, plutot que le pauure laboureur, qui les a aquises à la sueur de son cors.* Tullius tertia Verrina, sect. 141. Verres locare incipit, non proscripta, neque prodicta die, alienissimo tempore, ludis ipsis Romanis. Accurrunt tutores, digitum tollit Iunius patruus. *Verres commance à bailler la tache, le pris-fait de l'ouurage, les tuteurs des pupils, à qui la tache an auoit eté expediée, i accourent, Iunius, l'oncle du pupil leue la*

Que si il leur est facheux de me faire cete courtoisie, ie viendrai & iurerai, qu'Apuleius est alité d'vne continuele maladie. Exactæ iam ætatis erat Camillus, Comitiisque parato iurare in verba excusandæ valetudinis solita, consensus populi restiterat. Sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat, virebátque integris sensibus: & ciuiles iam res haud magnoperè obeuntem bella excitabant. *Liuius*, lib. sexto, sect. sexag. octaua. *Camillus etant pret, de faire sermant sollamnel, an l'assamblée generale de l'election des magistrats, que pour son indisposition, il auoit droit d'etre dispăsé des charges de guerre, tout le peuple s'etoit opposé à cete dispanse, connoissant la force & viuacité de son esprit, an vn cors desia caduque.*

¶ V Iurare in verba alicuius, iusiurandum iurare, in quæ te verba is adegerit, in quam iurisiurandi formulam abs te poposcerit. *Iurer sous la forme de sermant proposée par quelcun.* In aduersarij verba, de calumnia iurare. *Iurer sous la forme de sermant, deferée, proposée par sa partie aduerse, qu'on n'intante point action contre lui, à dessein de chiquaner, & sans fondemant.*

¶ VI Iurare in verba Consulis, Dictatoris, Imperatoris, Prætoris, militari sacramento adactum & rogatum, conceptis verbis, ab Consule, Dictatore, Imperatore, Prætore, iurare obsequium, ac fidem. Quamquam per Dictatorem delectus esset habitus, tamen quoniam iurassent in Consulum verba, sacramento teneri militem rati, per caussam renouati ab Æquis belli, educi ex vrbe legiones iusserunt. Liuius libro secundo, sect. nonag. octaua. *Croians que les soldats demeuroient obligés à obeïssance & fidelité, pour an auoir preté le sermant aux Consuls, sous la forme par iceux proposée.* Nihil non per milites, iuratos in Consulis verba, quamuis perniciosum

ſum populo, ſi liceret in caſtris legem ferre, ferri poſſe. *Liu.*lib. ſept.ſect.quadrag. quarta.*S'il etoit licite de faire des loix au camp, par l'antremiſe de l'armée, aſſermantée par le Conſul, an cas de l'obeïſſance & fidelité.* V. Sacramentum, & Sacramento dicere.

¶ VII Iurare calumniam, de calumnia, iureiurando, conceptis verbis, aſſerere id, quod ab ſe agatur, bona fide, ac non dolo malo, agi: *Qu'on procede de bonne foi, & non à faux titres, an ſa pourſuite.* Nam de diuinatione Appius, cùm calumniam iuraſſet, contendere auſus non eſt, Pilióque ceſſit. *Cœlius ad Tullium*, octauo, Ep. octaua. *Appius aiant preté ſollamnel ſermant, qu'il ne pourſuiuoit pas à deſſein d'aucune colluſion, d'etre nommé accuſateur de Seruilius, n'a oſé paſſer outre, & conteſter cete charge à Pilius, mais la lui a cedée.* Qui iuſiurãdū refert, prior de calumnia debet iurare, ſi hoc exigitur: deinde ſic ei iurabitur. Lege triceſ. quarta, D. De iureiurando. *Celui, qui defere le ſermant à ſa partie, la ſomme de faire ſermant, doit lui meme premierement iurer, qu'il defere le ſermant de bonne foi, ſans mauuais deſſein: & lui aiant iuré, ſa partie iurera, ſur la forme de ſermant par lui deferée.*

¶ VIII Iurare in litem, iureiurando affirmare, ſe litem aduerſario æſtimaturum, ex æquo, non rigidiùs, non iuſto ſeueriùs: *Qu'on taxera, qu'on priſera à ſa partie, ce, dont il s'agit au procez, equitablemant, hors de rigueur, dans l'equité, & moderation.* Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitat. *Tullius*, pro Q. Roſcio, ſect. quarta. *Le demandeur, apres auoir preté ſermant, de faire l'eſtime de ſa dete, & des interets moderémant, a bien oſé faire vne demande, & propoſer vne taxe de ſes interets beaucoup plus exceſſiue, qu'il ne l'auoit couchée*

couchée sur son liure de raison, auant qu'etre assermanté.

¶ IX Iurare in legem, iureiurando se adstringere, ad latæ legis obseruationem. Vnus Metellus in legem, per vim latam, iurare noluerat. *Tullius*, pro Sestio, sect. tricess. septima. *Vn seul Metellus d'antre tous, n'auoit voulu s'obliger par sermant, de garder la loi, que Marius auoit publiée, & fait receuoir par contrainte.*

¶ X Iurare Deos, per Deos, testes Deos, iureiurando interposito, adhibere. Iurarem per Iouẽ, Deósq; Penates. *Tullius*, quarto Academ. sect. sexag. quinta.

¶ XI Iurare in se, iureiurando sibi malè precari, si dolo malo iuretur, si non seruetur iurisiurandi fides. Idem deinceps omnis exercitus in se quisque iurat. *Liuius*, secundo libro, sectione tricesima. *Apres le chef, toute l'armée fit sermant, auec imprecations contre elle meme, an cas qu'elle ne tint son sermant.*

¶ XII Iurare Iouem Lapidem, sanctissimum iusiurandum interponere, in eadem illa verba, quibus Pater Patratus iureiurabat in sanciendis fœderibus, quóque maiorem iurisiurandi fidem faceret, precabatur Iouem sibi infestum, si sciens falleret, adhibito silice lapide ad feriendum porcum, vel aliam victimam, qui silex Iouem, vti præsentem, ac iurisiurandi vindicem, referret. Quo modo autem tibi placebit, Iurare Iouem Lapidem, cùm scias Iouem iratum esse nemini posse? Tullius, septimo libro, epistola duodecima. *Et commant te pourras-tu resoudre, à faire sermant, par Iupiter la pierre, par Iupiter represanté an la pierre, dont on assomme la victime, au sollamnel sermant des alliances, viuant antre les Epicuriens, qui ne croient pas, que Iupiter se puisse indigner contre personne?* Cùm Phauorino

Hygini

Hygini commentarium legissem, atque ei displicuisset insolentia,& insuauitas, *Amaroris*: Iouem lapidem,inquit,quod sanctissimum iusiurādum est habitum, paratus sum ego iurare, Virgilium hoc numquam scripsisse. *Agellius*,libro primo, cap.vicesi.primo. Ῥωμαίοις Δία Λίθον ὀμνύειν, κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος, ἐπὶ δὲ τούτῳ, τὸν Ἄρην, καὶ τὸν Ἐνυάλιον. *Polybius*,libro tertio. Romanos Iouem Lapidem iurare, vetus est consuetudo, atque, ab Ioue Lapide, Martem, & Quirinum. Ἔστι δὲ τὸ Δία Λίθον τοιοῦτο· λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα λίθον, ὁ ποιούμενος τὰ ὅρκια περὶ τῶν συνθηκῶν, ὀμόσας δημοσίᾳ πίστει, λέγει δὐορκοῦντι μὲν τ' ἀγαθά. *Polybius*,ibidem. Est autem, Iouem Lapidem iurare, adhibere hanc cærimoniam sollemnem. Qui fœderis feriendi caussa,interponit religiosum iureiurandum, sumto in manum silice lapide, postquàm de pacto in commune conuenit,ex ánimi sui sententia, & sanctè iurantibus,bona precatur. Quem locum Polybij, & in ipso eius contextu Calcographi, & in Latina versione Interpretes, corruperunt, alucinantes in vocula Δία,Iouem,vt pro Δία Λίθον, Iouem Lapidem, permutarint, διὰ λίθον,per lapidem, contra mentem Polybij,& orationis,ac structuræ consecutionem. Nam si, διὰ,locum ibi haberet, dicendum fuerat, διὰ λίθου, καὶ Ἄρεος,καὶ Ἐνυαλίου.

L

LABEFACTO. Quæ infirmamus, aut etiam conuellimus, ea labefactare dicimur. Iisdem machinis sperant me posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. pro Dom. Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. pro Pomp. Quæ cogitatio erat aliquantulum labefactata, atque conuulsa.Ep.Perfringere, ac labefactare conspirationem bonorum, in C. Labefactare,

factare, & rescindere ab aliis constituta. contra Rul. Hoc adolescentis præsidium,equidem adhuc satis firmum esse confido : sed ita multi labefactant,vt,ne moueatur,interdum extimescam. Brut. Itaque Milonis consulatus, qui viuo Clodio labefactari non poterat,mortuo denique tentari cœptus est.pro Mil.

LABORO, id est, sollicitus sum. *Ie suis an peine,an souci.* Non laboro, sollicitus non sum. *Ie ne m'an trauaille point.* Latinissimum est. Non laborabat, si esset moriturus. Si sociis prospicere non laboratis. Si quemadmodum socij à magistratibus tractentur, non laboratis. in Verr. Græci numquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt,sed quemadmodum se explicent dicendo.Pro Flac. *Ne se soucient d'autre chose, que de dire,sans etre an peine de verifier leur dire.* Miror te non tuis bonis delectari potiùs, quàm alienis malis laborare. Ep. *Te metre an peine du mal d'autrui.* De fama nihil sanè laboro. Attic. Nec de me laboro, de pueris, quid agant, non habeo. *Ie ne suis an souci pour mon regard.* Homo de re magis, quàm de verbis laborans. Or. Non id ago, neque in eo nunc laboro. Pro Quint. Sed hæc hactenus, ne videar περὶ μικρὰ σπουδάζειν. Att.& de republica gaudeo te non laborare.De republ.nimiùm te laborare doleo. Qu. Frat.

II Laborare aliquem,alicuius membra,pro Ægrotare,& propriè, & translatè vsus est Cicero, cum ablatiuo,& præpositione,ex, aut sine ea. Ex quibus rebus respubl.laborat : iis maximè mederi conuenit.Pro S. R. Significant enim tuæ litteræ,te prorsus laborare. Att. Quod si omnes facerent, & respubl. ex illis, & ipsi ex inuidia nimis laborarent. Pro R. Quibus incommodis valetudinis laborandum

dum eſt. Pro Mur. Vtpote cùm ſine febri laboraſſem. Att. Nec verò quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat. de Fin. Cùm iam decimum diem grauiter ex inteſtinis laborarem. Ep. Ceparius dixit te in lecto eſſe, quòd ex pedib. laborares. Ep. Dionyſius cùm ex renibus laboraret. *Etant fort trauaillé d'vn mal de reins.* 2. Tuſc. 6. Eum grauiter eſſe ægrum, quòd vehementer eius artus laborarent. 2. Tuſc. 61. *D'autant que les iointures de ſes membres etoient attaintes de grandes douleurs.*

111 Laborat fide creditum. V. Credo. Creditum.

LAVO, cùm abſolutè ponunt Scriptores, de toto corpore intelligunt, alioqui eam partem exprimunt corporis, vt manus, &c. quam lauari ſignificant. Plautus Truculento 2. 3. Piſces ego credo, qui vſque dum viuunt, lauant, minùs diu lauare, quàm hæc lauat Phroneſium. Mihi quoque præ laſſitudine opus eſt, vt lauem. Liuius lib. 44. 12. Lauanti regi nunciatum eſt, hoſtes adeſſe.

11 Laua manum, formula inuitantis eum, qui hora accubitus interuenerat, vt ſimul accumberet. Cicero 2. de Orat. 246. Cœnabo, inquit, apud te, vni enim locum eſſe video, Manus laua & cœna.

LEGO aliquem, pro Legatum mitto, tritum ſatis eſt: ſed Legare ſibi aliquem, reconditius eſt: quod Romanis idem fuit, ac, Legatum ſibi deligere, ſumere, qui aut in prouincias vicarius cum Præſidibus, aut in bellum cum Ducibus, & Imperatoribus iret. Dolabella me ſibi legauit. Att. *M'a fait ſon lieutenant.* Cæſar Caſſium ſibi legauit. Ep. Meſſius defendebatur à nobis, ſed de legatione reuocatus: nam eum Cæſari legarat Appius. Att. Ego me à Pompeio legari ita ſum paſſus, ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti. pro

pro Pomp. *I'ai permis, qu'il m'ait nommé son lieutenant.*

II Legare aliquid alicui ab aliquo. *Faire quelque legat à receuoir, & prandre d'vn autre, comme de l'heritier.* Legare aliquid alicui à filio, vel à secundo hærede. Pro Cluent. 33. Vide verbo Cerno, quid sit hæres secundus. Cluuium à Tito Hordeonio legare Terentiæ sestertiûm quinquaginta millia, nihil à nobis. *Il ne fait aucun legat à prandre vers moi, qui suis son heritier en partie.* Obserua non tantùm dici hominibus legari aliquid eo sensu, sed etiam sepulcris, ludis, statuis, & aliis rebus, hoc est, legari, quæ in eas insumerentur.

LEGO, Or. Legere, cogere, colligere est, vt nucem, oleam, spolia, & eiusmodi. Cato rei Rust. cap. 144. Oleam legendam hoc modo locare oportet. Oleam cogito rectè omnem arbitratu domini. Oleam qui legerint, omnes iuranto, sese oleam non surripuisse. Qui eorum ita non iurauerit, quòd is legerit, pro eo nemo argentum dabit, nec debebitur. Tullius 2. de Orat. 265. Ego Magium eam pecuniam non conseruasse dico, sed, tamquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse. Liu. 10. 64. Postero die spolia de hostibus lecta, & pro concione donati, quorum virtus insignis fuerat.

II Legere, deligere, seligere est. Tullius 6. Phil. 15. Vt hos iudices legeret, quorum lectione duplex imprimeretur reip. dedecus. Tullius pro Mil. 21. Ex quibus cùm optimos viros non potuit legere non studiosos mei.

III Legere in, allegere in aliquem cœtum, in quodpiam hominum collegium. *Liuius* 1. 120. Tarquinius Priscus centum in Patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati. *Liuius* 1. 169.

Patrum numero imminuto, ſtatuit Tarquinius ſuperbus nullos in Patres legere, quo contemtior ipſa paucitate ordo eſſet. *Se reſolut de ne faire chois de perſonne, pour l'aſſocier au nombre des Senateurs. Liuius* 1.14. Amulius Rheæ Siluiæ, fratris filiæ, per ſpeciem honoris, cùm Veſtalem eam legiſſet, perpetua virginitate ſpem partus adimit.

IV Legere, aut recitare ſenatum, eſt, Cenſorem habendo Cenſu Romano, recenſere ex Albo Senatorum nomina, eáque recenſione illos præterire, tacere, quos indignos Senatu cenſeret, ignominiáque vellet afficere; dignos autem eo ordine, eos, ſuo quemque loco appellare cum honore. *Liuius.* Cenſores fideli concordia Senatum legerunt. Princeps Senatus lectus eſt ipſe Cenſor, M. Æmilius Lepidius. Tres eiecti de Senatu. Retinuit quoſdam Æmilius à collega præteritos. *Liuius* 25. 62. 63. Dictatorem, qui Cenſor antè fuiſſet, creari placuit, qui Senatum legeret. Fabium Buteonem Dictatorem in ſex menſes dixit. Is ſe, neque ſenatu quemquam moturum dixit, transſcribi tantùm, recitaríque eos iuſſurum, quos C. Flaminius, & L. Æmilius Cenſores in Senatum legiſſent.

V Legere in Senatum, idem eſt, atque Legere, Allegere in Patres, in Senatores, vt capite tertio oſtendimus. Præthereà idem valet, atque legi, recitari ab Cenſore in recenſione Senatus, de qua egimus capite quarto proximo. Dicuntur autem legi in Senatum, etiam qui iam Senatores recitantur ex Albo ab Cenſore, quoniam ea recenſio eſt veluti noua quædam, aut certè iterata lectio in Senatum, quòd eſſet in arbitrio Cenſoris retinere, aut eiicere Senatores, quos indicaret. *Liuius* 23. 63. Fabius Buteò Cenſor dixit ſe, neque Senatu quemquam motu

ius. Tullius quinta Verrina, 77. Herbitenses lici-
i sunt vsque eò, quoad se efficere posse arbitra-
bantur. *Les habitans d'Herbita ont haussé l'anchere, autant qu'ils ont creu pouuoir faire, sans s'angager à perte notable.*

II Contra aliquem liceri, certare licitatione cum aliquo, licente aliquo suprà adiicere. *Faire des mises an l'ancant sur vn autre, par emulation, metre anchere sur lui, contre lui.* Tullius tertio de Off. 61. Non licitatorem venditor, nec, qui contrà asse liceatur, emtor apponet. *Ni le vandeur n'apostera aucun acheteur, qui par ancheres excessiues echauffe les autres acheteurs, & les deçoiue, ni l'acheteur n'apostera point d'autre acheteur, qui ranale l'estime de la marchandise, an faisant des mises trop basses.*

III Liceri digito, sublato digito liceri. Vetus mos Romanorum in auctionibus, & redemtionibus, vt emturi, redemturi, conducturi quidpiam, id se sublato digito facturos indicarent. Tullius quinta Verrina, sect. 27. Vtrùm æquius est Decumanum petere, an aratorem repetere? eum, qui manu quæsierit, an eum, qui digito licitus sit, possidere? *Sçauoir-mon, s'il est plus equitable, que le Dimeur, celui, qui a açansé les dimes, an a eté mis an possession, an haussant seulemant le doit, & à la discretion de Verres, amporte le fruit des moissons, plutot que le pauure laboureur, qui les a aquises à la sueur de son cors.* Tullius tertia Verrina, sect. 141. Verres locare incipit, non proscripta, neque prodicta die, alienissimo tempore, ludis ipsis Romanis. Accurrunt tutores, digitum tollit Iunius patruus. *Verres commance à bailler la tache, le pris-fait de l'ouurage, les tuteurs des pupils, à qui la tache an auoit eté expediée, i accourent, Iunius, l'oncle du pupil leue la*

la main, selon le stil des ancheres, & fait mise an marché.

IV LICITATIO, *anchere, mise faite an l'anchere.* Tullius quarta Verrina, sect. 133. Exquisitis palàm pretiis, & licitationibus factis, describebat Censores binos in singulas ciuitates Timarchides. *L'affranchi & ageãt de Verres, metoit an vante l'office de deux çanseurs, pour chaque ville de Sicile, à vne anchere de finance excessiue.*

LITO, as. Litare dictus est, cui sacrificanti nihil in hostia, in cærimoniis vitiosi acciderat, ut ratum Deo sacrificium credi posset. Liuius 6.4. Quòd non litasset Sulpicius, neque inuenta pace Deûm, post diem tertium obiectus hosti exercitus Romanus esset, postridie Iduum rebus diuinis supersederi iussum. Liuius 8.23. Decio caput iecinoris à familiaris parte cæsum, haruspex dicitur ostẽdisse, alioqui hostiam diis acceptam esse, Manlium egregiè litasse. Liuius 5.110. Tribuni non loco castris antè capto, non Deorum saltem, si non hominum, memores, nec auspicatò, nec litatò instruunt aciem. Litare, & prosperè litare, idem est. *Sacrifier heureusemant, auoir presage de prosperité an son sacrifice.* Liuius 8.23. Bene habet, si ab collega prosperè litatum est.

LOCO. Locare opus faciendum. *Donner vne besongne à prix-faict.* Locare agrum colendum. *Bailler vne terre à labourer à pris d'argeant.* Dolabella locum illum sternendum locauit. Att. *L'a baillé à pauer à tache, à pris d'argeant.* Vtique quæstores eam basim, statuámque faciendam, & in rostris statuendam locent. in A. Locare opus faciendum maxima pecunia. in V. &, Opus, quod sestertiûm quingentis sexaginta millibus faciendum locasti. Anseribus cibaria publicè locantur in Capitolio.

pro

pro S. R. *Lon baille à nourrir des oies à pris d'argeant.* Non palàm virorum funera locabantur. in V. Conducere, Redimere opus dicuntur, qui mercede faciendum sumunt.

11 Sic etiam homines se locant, qui aliis suam operam mercede addicunt, & vendam præbent. Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio Comico æstimabat: nam illa membra merere per se non ampliùs poterant duodecim æris: disciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat se non minùs sestertiûm centum millibus.

LVCESCIT, LVCET, libenter dicunt Latini, pro lux oritur. Ad 4 Idus Octobreis, cùm aduesperasceret, expedito exercitu, ita noctu iter feci, vt ad tertium Idus Octobreis, cùm lucesceret, in Amanum ascenderem. Ep. Nondum legere poteramus: nam & lumina dimiseramus, nec satis lucebat: cùm autem luceret. Att.

1 Sic lucis vocabulo diem, vel integrum, vel eius partem, vt nocti opponitur, vel initium diei, significabant Latini. Luce noctem, nocte lucem exspectas. ad Her. Pridie Iduum hæc scripsi ante lucem. Qu. Fr. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij. Pro Milone. Quis audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum aggredi? in Ant. *An plein jour.* Luce palàm, in foro saltare. Off. Metellus prima luce in campum currebat. Attic.

M

MACTO, are, præter alia, idem valet atque, re quapiam augere, ac ornare. Sapientiæ inuictę gratia, & honor. Is pater honestè re mactauit aucta. *M'a honnoré, & remonté d'vn riche presant d'or.*

Fertum

Fertum Ioui moueto, & mactato sic: Iupiter te, hoc ferto obmouendo, bonas preces precor. *Cato*, de re Rustica, cap. centes. tric. qu. *Pour les premices des moissons, vous eleuerés des mains an haut le tourteau de blé nouueau, le secouërés antre vos mains, & an ferés offrande à Iupiter, an cete sorte.* Tamen, honestè mactatum, reducam domum. *Plautus*, Restione. Ferunt laudibus, mactant honoribus. *Tullius*, fragm. de Repub. Inferorum animas elicere, & puerorum exstis deos manes mactare. *Tullius*, in Vatinium, sect. decima quarta. *A force de charmes, rappeler des anfers les ames des trespassez, & faire sacrifice & honneur aux Dieux intandans des defunts, auec les intestins de petits anfans.*

¶ MACTVS, auctus re aliqua, & honore affectus. Iane Pater, vti te, strue commouenda, bonas preces benè precatus sum, eiusdem rei ergô, mactus vino inferio esto. Cato, de re rustica, cap. centes. tric. qu. *Pere Ianus, tout ainsi que, secoüant, eleuant, & vous offrant cete iauele de bled, ie vous ai fait sinceres prieres, & du meilleur du cœur, auec pareille affection, & pour le meme suiet, acceptés fauorablemant ce vin d'offrande, dont ie vous fai sacrifice.* Fertum Ioui moueto, & mactato sic: Iupiter te, hoc ferto obmouendo, bonas preces precor, vti sies volens propitius mihi, liberísque meis, domo, familiæque meæ, mactus hoc ferto, *Cato*, ibidem. *Pere Iupiter, an secoüant, eleuant, & offrant ce tourteau de nouueau bled, ie vous prie sinceremant, & du meilleur de mon ame, que de votre plein gré, vous me soiés propice, & à mes anfans, & à ma maison, & à ma famille, & soiés honoré, an tant que se peut, de ce gateau, que ie vous sacrifie.*

¶ MANCIPO. Lege mancipij aliquid vendo, more Romano, ius rei in alium transfero.

1. Fin.

1. Fin. 24. Cùm Torquatus illam feueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem Decimo Silano mancipauerat, *Lequel il auoit donné an adoption, il auoit vandu, alicné, par le sollamnel contrat de mancipation à Silanus.*

11 MANCIPATIO, species est Abalienationis, qua Mancipi res alteri transfertur, qua quidpiam Mancipio datur, & accipitur. Vlpianus titulo decimo nono Institut. Mancipatio propria species Abalienationis est, & rerum Mancipi, eáque fit, certis verbis, libripende, & quinque testibus præsentibus. *Mancipation est vne propre espece d'alienation, & ce des fonds & accessoires d'iceux, qui sont de droit & proprieté priuilegiée à la Romaine; laquelle mancipation se pratique auec certaine sollamnité de paroles formeles, le porte-balance, & cinq temoins etans presans.* Vlpianus eodẽ loco. Mancipatio locum habet inter ciues Romanos, & Latinos Colonarios, Latinósque Iunianos, eósque peregrinos, quibus commercium datum est. *La sollamnité de Mancipatiõ, an matiere de vantes, a lieu, & se pratique propremant antre les vrais citoiens Romains, & par priuilege antre les habitans des Colonies Latines, & ces autres Latins, à qui Iunius impetra le meme droit: & ancores parmi quelques etrangers, qui ont l'otroi, & benefice de commerce auec les Romains.*

MANCIPIVM & Mancupium fuit ius dominij & possessionis, præcipuæ cuiusdam prærogatiuæ Romanæ, quo iure soli Romani ciues, & quibus ciuitas cum commercio data erat, vsi sunt in Italici soli prædia rustica & vrbana, rusticorúmque prædiorum accessiones, nempe, in viam, iter, actum, haustum, aquæductum, seruos, quadrupedes, collo & dorso domari solitas, quæ omnia ideò vocata sunt Res Mancipi, id est, Mancipij, aut

Mancupi, hoc eſt, mancupij: item Res iure mancipi, & mancipij, quòd eo iure ac prærogatiua, poſſiderentur à Romanis, vt indicauimus; quam candem ob cauſam Tullius, & alij ea omnia dicunt eſſe Iuris Ciuilis, hoc eſt, Romani, & habere ius Ciuile, id eſt, Romanum, nimirum, ex Romani iuris beneficio, frui ea prærogatiua, vt ſuo commercio arceant peregrinos, Romanos tantùm dominos, ac poſſeſſores, admittant. *Mancipium iadis an Italie fut vn droit priuilegié de proprieté, dōt ioüiſſoient les ſeuls citoiens Romains, & ceux, à qui etoit otroié le titre de commerce auec eux, ſur les fonds, & acceſſoires d'iceux an tout l'anclos de l'Italie, an ſuitte duquel droit, leſdits fonds ne pouuoiēt tōber ez mains de l'etranger: & le ſtil, & vz des vantes & alienations deſdits fonds, antre les Romains etoit retraint ſous certaines particulieres formalités, & conditions neceſſaires, pour etre iceux fonds doüés de la prerogatiue ſuſdite.* Tullius 7. Fam. 29. Sum χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri; ergo fructus eſt tuus, mancipium illius. *Quant à l'vſufruit, & poſſeſſion ie ſuis à toi; mais an titre de proprieté, & vrai domaine, i'appartien à notre ami Atticus.* 7. Fa. 30. Attici proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem vſu & fructu. *Tu aduoües bien d'etre à moi pour an vſer, & m'an ſeruir; toutesfois tu an reſerues la vraie proprieté à Atticus, auquel tu es aquis, comme auec la ſollamnité de la balance, & argeant contant.* 1. ad Brut. 16. Arma quærenda putauimus, vt eſſet ſui iuris, ac mancipij, reſpublica *Nous auons eu recours aux armes, pour maintenir la Rep. an la proprieté & ioüiſſance de ſa liberté, & de ſon autorité ancienne.*

11 Mancipi, mancipij ius. *Droit & prerogatiue annexée à la propriete des fonds, & aux fonds memes,*

mes,tenus sous titre du Mancipium, *auec la qualité de ce priuilege Romain.* Tullius 1. de Orat. 173. Causæ,in quibus Mancipiorum, Nexorum, parietum,luminum iura sæpè vrgentur. *Causes,esquelles il s'agit de la nature, condition, qualité, & droit particulier de la proprieté de tels fonds, & des vantes sollamneles,qui an sont passées antre citoiens Romains, & autres.* De Harusp. 14. Multæ sunt domus in hac vrbe, atque haud scio, an penè cunctæ,iure optimo: sed tamen iure priuato, iure hæreditario, iure auctoritatis, iure Mancipi, iure Nexi.*An la ville de Rome plusieurs maisons,& peut-etre toutes sont franches de franc aleu, mais cete franchise est fondée sur vn droit priué, non public, droit aquis par succession d'heritage, par voie de prescription, par titre d'achet, la vante de telles maisons aiant eté sollamnelemant passée auec la clause,condition expresse & formele de telle franchise,& prerogatiue.*

III Mancipi,aut Mancipij res,domus,fundi,bona: & Iure Mancipi bona,domus,fundi,res, *Fonds,possessions de la condition, prerogatiue,& qualité de ce droit priuilegié à la mode Romaine.* Tullius 28. Top.Abalienatio,est eius rei, quæ Mancipi fit,traditio alteri, nexu. *Alienation est vn transport & vante d'vne chose conditionnee du droit de prerogatiue propre aux Romains,& ce moiennant les formalitez sollamneles de la balance, & de l'argeant contant.* pro Cæcinna 74. Si certum sit,omnia, quæcumque tua iure Mancipi sint, ea possisne retinere?*S'il i peut auoir doute,que tu ne sois bien fondé an la possession de tous tes biens, qui te sont aquis auec les formalitez de droit plus sollamneles,& sont de la qualité de prerogatiue & priuilege Romain.*

IV Mancipium est etiam ipsa Mancipatio, Abalienatio,

lienatio, venditio rei Mancipi, & contractæ Mancipationis ea formula & clausula, qua conditio & ius rei venalis explicatur. Tullius 3. de Offic. 67. Ædes Sergio seruiebant; sed in mancipio Marius non dixerat. *La maison vanduë par Marius etoit obligée à quelques deuoirs & seruitudes auers Sergius, n'etoit pas franche; mais le vandeur l'auoit passé sous silance, n'an auoit fait la declaration portée par la loi, au contrat de vante.* 1. de Orat. 178. Cùm Marius quamdam earum partem seruire non dixisset, ex Mancipij lege. *Marius n'aiant exprimé la condition seruile d'vn quartier de la maison, selon qu'il etoit obligé de faire par la loi.*

v MANCIPATIONIS porrò sollemnis mos fuit, vt quinque testibus præsentibus, ac libripende, qui dependendo pretio æneam libram teneret, mancipans emtorem ita compellaret: Rauduſculo (id est, nummo) libram ferito. Tum ille: Hic (aut homo, aut fundus, &c.) mihi emtus esto hoc ære, æneáque libra. Qui mancipationis ritus, vocabatur Nexum, seu nexus, & eo ritu emtæ res, Iure Nexi emtæ, seu per æs, & libram partæ.

vi Mancipio dare, Rem mancipi suo periculo vendere, Rem Mancipi ea lege vendere, vt eius rei periculum emtori sis præstaturus. *Passer vante, à condition de garantir, de dedommager l'acheteur.* Mancipio accipere, *acheter à condition d'etre garanti par le vandeur.* Tullius Topic. 45. Finge mancipio dari, quod mancipio dari non potest. *Mets le cas, que quelcun ait vandu vn fonds, ou l'accessoire d'icelui, sous le titre de droit priuilegié, & à condition de garantie auers l'acheteur, an cas d'euiction, & que neantmoins la chose vanduë ne soit de la qualité susdite, & pour telle ne puisse etre vanduë.* 13. Attic. 48. Scripsit ad me Vestorius, vt iuberem mancipio

pio dari seruo suo fundum Brinnianum. *Que ie lui fisse passer vante du fonds, que i'ai herité de Brinnius, auec la condition ordinaire de garantie.* 1. Attic. 1. Cæcilius, cùm à P. Vario magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum eius fratre de iis rebus, quas eum, dolo malo, mancipio accepisse à Vario diceret. *L'a tiré an instance sur le suiet des aquets, que de mauuaise foi il a fait de Varius, pour frauder les creanciers d'icelui.*

VII Mancipia etiam priscis dicta sunt, quæ nouitiis Mobilia: illis prædia, quæ istis Immobilia. Tullius 3. de Offic. 71. Nec in prædiis solùm ius ciuile, ductum à natura, malitiam, fraudémque vindicat: sed & mancipiorum venditione, venditorum fraus omnis excluditur. Modestinus leg. 3. D. de diuers. temp. præscr. Longæ possessionis præscriptionem, tam in prædiis, quàm in mancipiis, locum habere, manifestum est. Mouentes res, Liuius hoc Mancipiorum genus vocat. lib. 5. 73. Camillus identidem omnibus locis concionabatur. Enimverò illud se tacere, conscientiam suam non pati: quòd ex ea tantùm præda, quæ rerum mouentium sit, decima designetur. *Que de toute la conquete faite sur les Veiens, on paioit le dime voüé aux Dieux, seulemant quant aux biens meubles.*

VIII Mancipium, Seruus captiuus. Mancipia pauca retinere vult. 1. Verr. 55. Conculcari Italiam videbis à mancipiis collectis. Att. 8. ep. 11. *Par des esclaues.*

MANDO. Mandare quid alicui. *Le lui commetre, lui an bailler commission, & charge.* Inde mandare alicui magistratum, honores. *Lui commetre quelque charge publique.* Mandare magistratum alicui existimabant, Pro Mur. Mihi Magistratum pop. Rom. mandauit. in V. Populus mandandis magi-

ſtratibus non inanis eſt dignitatis iudex. Pro Pl. Populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat.contra Rul.Auctoritatis tantum in me eſt, quantum vos honoris mandandum eſſe voluiſtis. Pro Pompeio.

II Mandari literis, monumentis, hiſtoriis, verſibus, ſcriptis, animis, memoriæ, dicuntur ea, quæ conſeruari volumus. Literis conſignamus, quæ monumentis mandare volumus. *Nous redigeons par ecrit ce, dont nous voulons conſeruer la memoire.* Acad. Athenis primùm monumentis,& literis oratio eſt cœpta mandari. de Cl. Inſtituendi mihi ſermonem, referre, & mandare huic tertio libro,quem,&c. de Orat. Hæc monumentis annalium mandantur.Pro Sext.Simiæ Dodonææ improbitatem hiſtoriis Græcis mandatam eſſe demiror. de Diuin. Mandare verſibus æternum laborum alicuius præconium. Pro Arch. Mandare ſcriptis actiones ſuas. Off. Mandare factum alicuius immortalitati. Pro Deiot. Percipite, quæſo,diligenter, quæ dicam, & ea penitùs animis veſtris, mentibúſque mandate. In Catil. Quare mihi crede,& memoriæ manda,&c. Epiſt.

III Tenebris,vinculis,vetuſtati ad ſeruandum includere,aut condere. Cæſar non dubitat,P. Lentulum æternis tenebris vinculíſque mandare. in C. Mandare aliqua condita vetuſtati. de N. Vitam ſuam fugæ ſolitudiníque mandare. in C.

IV Mando,pro Relego, amando procul.Dimittere aliquē ab ſe,& mandare in vltimas terras. Pro Syl. Is non modò ex numero virorum exturbatur, ſed etiam ſi fieri poteſt,infra mortuos mādatur. pro Q.

MANO,propriè rerum fluentium eſt, vnde traducitur ad ea omnia, quæ orta,& profecta alicunde ſunt,& funduntur aliò. Quæ natura fluunt, atque

ue manant. de Nat. Herculis simulacrum multò
udore manauit. de D. Multáque à Luna manant, &
uunt, quibus animantes alantur, & pubescant. de
I. Æternis causis naturæ necessitate manantibus
erum est id, quod. de Fat. Manare, & fundi per
mnes partes. Tusc. Cùm serperet in vrbe infini-
um malum, ídque manaret in dies latiùs. in Ant.
Iomines, qui terram incolunt, interruptos ita esse,
t nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit.
e Somn. Idque eorum nomen vsque ad Pythagorę
ıanauit ætatem. Tusc. Aliquid sine capite mana-
:, & eius auctorem non exstare. Pro Plan. Latiùs
pinione disseminatum est hoc malũ, manauit, non
olùm per Italiam: sed etiam transcendit Alpes,
bscurè serpens occupauit multas prouincias. in
. Manaret sermo in consilio, pecuniæ quamdam
ıentionem inter iudices esse versatam. Pro Clu.
ienera quatuor, ex quibus honestas officiúmque
ıanaret. Off. &, Omnis honestas manat à partibus
uatuor, Cùm hoc triduo tristis à Mutina fama
ıanaret. in Att. Contagiones malorum, quæ à La-
edæmoniis profecta manarunt latiùs. Offic. Pec-
ata ex vitiis manant. Parad,

MANVMITTO, Manu emitto, or. Ma-
umittere, è manu, hoc est, è sua potestate emitte-
: seruum, cúmque suæ potestatis, sui iuris face-
: *Le metre an franchise, an liberté, le randre mai-
re de soi-meme.* Tullius pro Milone 58. Seruos
ıanumisit Milo: manu verò cur miserit, si id po-
ùs quæris, quàm cur parum ampliùs affecerit prę-
iis, nescis inimici factum reprehendere. Liuius
24. sect. 51. Conuenêre domini seruorum, quos
empronius ad Beneuentum manu emiserat. Ma-
umissio, emissio è sua manu, è sua potestate. *Af-
ranchissemant, main-mise.*

11 In manu esse alicuius, hoc est, in potestate ipsius,vt seruus domini,filius patris in manu est.

MANVS. In manu eius esse dicebatur quis, apud Romanos, in cuius erat potestate, vt seruus domini,filius patris,vxor viri : mitti verò è manu, seu manu emitti, cùm liber esse iubebatur, & sui iuris, suæ spontis, ac tutelæ:& manumissio, serui exemtio è potestate,seu manu heri.Liu. 3. 135. In ea,quæ in patris manu sit,neminem esse alium,cui dominus possessione cedat. *Au procés & controuerse de la liberté,ou seruage d'vne personne,etant au pouuoir de son pere, nul autre,que le pere,ne peut vindiquer,ou s'attribuer la recreance de telle personne, ni celui, qui vindique & repete celle personne, comme son esclaue, n'est tenu de ceder an ce point à autre qu'au dit pere.* V. Vindico. Vindiciæ. In manum viri conuenire dicta vxor, hoc est, in potestatem, ac mancipium viri,cui nubebat,coëmtionis ritu. *Que la famme venoit au pouuoir du mari, & an subiection d'icelui, quand elle se marioit auec la cerimonie de Coëmtion,ou de mutuel achet.* Tullius pro Flacco 84. Vxor Andronis Sextilij in manum conuenerat. Quæro, an vsu, an coëmtione? Vsu non potuit: nihil enim de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate deminui potuit: Coëmtione? omnibus ergo tutoribus auctoribus. *Elle ne peut auoir eté reduite sous le plein pouuoir de son mari, si elle est mariée auec la cerimonie du mariage, appélée,* Vsus:*car lors la famme mariée demeure tousiours an la puissance de ses tuteurs, & par consequant, si elle meurt* ab intestat,*son mari n'an herite pas.* V. Coëmo. Coëmtio. Vtor. Vsus.

¶ MEDITOR,ari. Extra,& supra mentis commentationem, Latini sæpè, ac eleganter exprimunt hoc verbo eam sensuum,membrorum,& totius

Roſcius vne promeſſe reciproque, de le garantir antretout autre, qui auroit quelque droit an la ſomme qu'il lui prometoit? D'antreuenir, comme garant, à qu'aucun autre ne lui demandat iamais rien. Ib. Quid reſtipulatio clamat? Quòd à Flauio abſtulerit partem dimid. &c. Quid hic porrò nunc reſtipulatur, quod iam pridem ipſe exegit? *A quel propos Roſcius requiert de Fannius vne mutuele promeſſe ſur vne partie, que lui-meme a deia touchee, deia receuë?* ADSTIPVLOR, idem quod, aduocatus, teſtis, in ſtipulando adhibeor, adſum. Adſtipulator, id eſt, qui ſic ſe interponit, qui ſtipulanti operam ſuam nauat.

RESTITVO. Reſtituere, reſtituere in integrum, eſt, aliquem in ſtatũ, ex quo excidit, ſeu gratiæ, ſeu libertatis, ſeu bonorum, ſeu ciuitatis, &c. reuocare. 2. Phil. 56. Antonius reſtituebat multos calamitoſos. Licinium Denticulam de alea condemnatum, colluſorem ſuum, reſtituit, vt quod ille in alea perdiderat, beneficio legis perſolueret. Quam attuliſti populo Rom. rationem, cur eum reſtitui oporteret? abſentem, credo, in reos relatum, rem indicta cauſa iudicatam, nullum fuiſſe de aleæ lege iudicium. *Antonius a retabli, remis an ſon antier Denticula: Il l'a releué de la condamnation, & peine ancouruë, le faiſant iouïr des memes droits, qu'auparauant la condamnation.* pro Clu. 98. Condemnatos ambitus in integrum reſtitutos. *Leur a eté faite grace de la peine decernée an iugemant contre eux, comme preuenus, & attains de crime, an fait de brigue & ſollicitation par preſans.* Pro Cæcin. 36. Prætor, aut vim fieri vetat, aut reſtitui factam iubet. *Il commande de retablir an ſon antier celui, à qui a eté faite violance. Celui, qui à force a eté depoſſedé.* Pro Cæcin. Prætor interdixit, vt vnde deiciſſet,

ciſſet, reſtitueret. *Il ordonna par ſon interdit, par ſon decret ſollamnel, an cas de poſſeſſion, qu'il retablit le depoſſedé an ſon antier. Le remit an poſſeſſion, & ſaiſine du fonds, dont il l'auoit chaſsé.* Reſtitutorium interdictum, iudicium: Reſtitutoria actio. l. 1. D. de Interd. Interdictorum tres ſpecies ſunt. Exhibitoria, Reſtitutoria, &c. Sic autem vocantur, quòd in eorum formula. Reſtituendi verbum ſemper interponitur, vt: Quod ab illo precariò habes, id illi reſtituas.

RESTO. Reſtare alicubi, id eſt, Subſiſtere, Remanere, rariùs vulgò vſurpatur. 4. Catil. 4. Qui ad Catilinam accipiendum Romæ reſtiterunt. 3. Off. 110. Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. pro Lig. 5. Ligarius poſt aduentum Vari in Africa reſtitit.

11 Cum indignatione & ſtomacho verbum hoc adhibemus, vt ſignificemus, ad rem indignam per ſe, accedere aliquid indignius. pro Quinct. 33. Illud reſtiterat, quod heri fecerunt, vt te in iudicium adducerent. *Il ne faloit plus que cela, comme s'ils ne t'auoient pas aſſez mal traité, ils ont voulu t'acheuer an ce point.* 8. Att. 7. Vnum reſtat amico noſtro ad omne dedecus, vt Domitio non ſubueniat. *Il ne reſte plus, que cete faute, pour le combler d'infamie.*

RETEXO, nec Tullio, nec aliis veteribus eſt, quod vulgus putat, iterum texo: ſed contrà, quod detextum, pertextum eſt, diſſoluo. 4. Acad. 94. Quid, quòd Dialectica, quaſi Penelope, telam retexens, tollit ad extremum ſuperiora? *Elle defait ſa tiſſure.* 11. Fam. 27. An, quod adoleſcens præſtiti, nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipſe retexam? *Que ie me debatiſſe, à deſſein de me refaire de nouueau, tout autre que ie ne ſuis?* 5. Fin.

in. 84. Cupit dicere, nihil posse ad beatam vitam eesse sapienti. Audeo dicere, inquit, non potest, isi retexueris illa: Paupertas si malum est, menicus esse beatus nemo potest, quamuis sit sapiens. *Celle proposition là ne peut subsister, sans la resolution, destruction de cete-ci.* 4. Verr. 63. Omnia erant Metelli huiusmodi, vt non tam suam Præturam gerere, quàm istius Præturam retexere videretur. *Il ne sambloit pas tant faire bien sa charge, comme de vrai il faisoit, que defaire, detruire tout ce, que Verres auoit mechammant fait.* 2. Phil. 31. Non fortasse satis, quæ distinctè dicuntur, intelligis: sed tamen hæc est summa conclusionis meæ, Quoniam, &c. Itaque iam retexo orationem meam. Scribam ad illos, vt si qui fortè, quod à te mihi obiectum est, quærent, sitne verum, ne cui negent. *Pource que tu ne vois pas la suite d'vn discours tissu auec raisons, & dependance de parties l'vne de l'autre, tu ne conçois par la force de l'illation, & consequance tirée de ce, qui est posé; ie desmamb rerai la tissure de mon propos, pour te dechifrer an menu, & à part, le sans de chaque piece, & proposition.* 11. Fam. 14. Die natali tuo, victoria nunciata, in multa sæcula videbamus rempub. liberatam. Noui timores retexunt superiora. *Ruinent, & detruisent tout ce, qui etoit heureusemant ancommancé, & comme deia etabli.*

REVERTO, OR. Sicut reditionis, ac reditus, & reuersionis: ita Reuertendi, & redeundi verborum discrimen aliquod ipse indicat Tullius certis locis, ostendens, Redire & reditum esse, illius, qui, quò intenderat, peruenit, voléns que inde regressus est: Reuertere autem & reuersionem, eius esse, qui destinatum attigit locum, nec libens, sed vi, aut casu, seu repellente, seu reuocante, retrocessit.

troceſſit. 16. Att. 7. Dij immortales, quàm valdè ille reditu, vel potiùs reuerſione mea lætatus! Hanc ſuam reuerſionem, 12. Fa. 25. ita deſcribit. In Græciam, deſperata libertate, rapiebar, cùm me Eteſiæ relinquentem remp. proſequi noluerunt, Auſtérque aduerſus maximo flatu me, ac tribuleis tuos Rhegium retulit. Item 1. Phil. 17. Expoſui profectionis conſilium, nunc reuerſionis breuiter exponam. Cùm me ex Sicilia ad Leucopetram, quod eſt promontorium agri Rhegini, venti detuliſſent, ab eo loco conſcendi, vt tranſmitterem: nec ita multùm profectus, reiectus Auſtro ſum in eum ipſum locum, vnde conſcenderam. 8. Att. Cùm eſſet incertum iter Cæſaris, quòd vel ad Capuam, vel ad Luceriam iturus putabatur, Leptam ad Pompeium miſi, & literas; ipſe, ne quò inciderem, reuerti Formias. 3. Fam. 10. Pomptinus, cùm, maximis ſuis rebus coactus, à me inuitiſſimè deceſſiſſet: tamen, vt vidit tua intereſſe, conſcendens iam nauem, Epheſo Laodiceam reuertit.

RIGO, IRRIGO, OR. Aquam rigare, irrigare, eſt, aquam deriuare, deducere, vel, vt emittatur tantùm, vel etiam, vt ea irrigetur quidpiam. Liuius 5. 48. Romane, aquam Albanam caue lacu contineri: caue in mare ſuo flumine manare ſinas, emiſſam per agros rigabis, diſſipatámque riuis extingues. *Tu la feras ecouler par la campagne.* Cato de re ruſtica, cap. 36. Amurcam ſpargas, vel irriges ad arbores. Circum capita maiora, amphoras; ad minora, vrnas cum aquæ dimidio addito. *Fai couler par les raies, de la craſſe d'huile, pour arrouſer tes arbres.* Cato cap. 151. Si quando non pluet, vti terra non ſitiat, aquam irrigato leuiter in areas: ſi non habebis, vnde irriges, gerito, inditóque leuiter. *Si tu n'as fontaine, ni reſeruoir, pour an*

faire couler de l'eau an tes parterres, portes-i an, les arrouse doucemant. Plinius lib. 13. cap. 37. grandes venæ, sparsæ ramorum serie, per alias minores, omnibus membris vitalem sanguinem rigant. *Distribuent le sang porte-vie à tous les mamb-res, par les eschenaux des moindres veines.*

ROGO. Petit, qui nec precibus, nec rationibus agit in petendo. Poscit, postulat, qui suo veluti iure quid petit. Rogat, qui ad petitionem preces adiungit. Orat, qui cum demissione, & precibus, & rationibus vtitur, ad impetrandum. Atque hæc omnia Petendi verbo efferri etiam possunt, additis idoneis adiunctis, vt tametsi, nec Rogandi, nec Orandi verbum audiatur, tamen sermo sit propriè, aut orantis, aut rogantis, propter apposita adiuncta, vel precum, vel rationum. 6. Verr. 64. Iste petit à Rege, & cum pluribus verbis rogat. 16. Attic. 18. Quod vt facias, vehementer, etiam atque etiam rogo. 10. Attic. 11. Mi Planci, rogo te, atque etiam oro. 1. Verr. 3. Rogare, & orare, ne illos supplices aspernarer.

II Sæpè ponitur pro, simpliciter Quæro, Interrogo, maximè in opinione & sententia alicuius inquirenda. Post. in Sen. 17. Quem in Senatu tertio loco sententiam rogaris. 2. Qu. Frat. 1. Racilius Marcellinum primum rogauit. Cato contradixit. Postea Racilius de priuatis me primùm sententiam rogauit. *D'antre ceux, qui sont hommes priués, qui sont sans charge publique, il m'a an premier lieu demandé mon aduis.*

III Rogare populum, aut plebem, Rogare legem, consules, bellum, pacem, fœdus, magistratus, &c. huiusmodi, est agere cum populo, vt suum suffragium interponat, quibus de rebus rogatur, hoc est, exquiritur eius voluntas. Liuius l. 26. De iis rebus, quid

quid fieri velitis vos, rogo, Quirites. Plebs sic iussit. Quod Senatus maxima pars censeat, qui assidetis, id volumus, iubemúsque. Tullius 1. Philip. 26. Quod erit ita gestum, id lex erit; & in æs incidi iubebitis, credo illa legitima, CONSVLES POPVLVM IVRE ROGAVERVNT. Hoccine accepimus á maioribus, ius rogandi? Populúsque iure sciuit. 3. Catil. 28. Leges, quæ de ciuium supplicio rogatæ sunt. Pro Dom. 50. Hæc lex iure rogata. Pro Cæcinn. 95. Hoc tibi respondeo, adscripsisse Syllam in eandem legem, quod ius non esset rogari, eius ea lege nihilum rogatum. Quid est, quod rogari ius non sit? Declarat ista adscriptio, esse aliquid: nam nisi esset, hoc in omnibus legibus non adscriberetur. *Si quelque chose a esté requise an la proposition de cete loi, contre le droit, & bien public, & ainsi accordé par le peuple, Que cela soit tenu pour non requis, & non accordé.* 9. Att. 18. Cæsar volet, vt Consules roget Prætor, vel Dictatorem dicat. *Qu'il traite auec le peuple, de la creation des Consuls, ou qu'il nomme vn Dictateur.* Liuius l. 3. Recitabat rogationis carmen, in quo, si Tribunos plebis decem rogabo, si quo minus hodie decem Tribuni pleb fecerint, hi tum vtique, quos sibi cooptassint, vt illi legitimi eadem lege Trib. pleb. sint. *Il lisoit la formule solamnele, que gardoit celui, qui faisoit la proposition au peuple, par la creation des Tribuns Plebeiens.* Ibid. L. Trebonius rogationem tulit, vt qui plebem Rom. Tribunus rogaret, is vsque eò rogaret, dum decem Tribunos pleb. faceret. Inde ROGATOR, qui rogationem ferebat ad populum, rogabat populum aliquid. 2. Nat. 10. Haruspices responderunt, non iustum fuisse Comitiorum Rogatorem. *Que le magistrat, qui auoit proposé au peuple la te-*
nuë

uë des etats, de l'assamblée commune & vniuerse-,pour creer des officiers publics, n'auoit pas eté deüe-ment qualifié, auoit manqué an quelque point des cerimonies sollamneles an telle funtion, & pour ce n'etoit legitime executeur de telle charge.

v Rogatio, est ipsa Rogatoris actio, & simul ea lex, quã rogat populum, antè quàm ea perrogetur, seu perferatur. *La loi, qui est proposée & sur laquelle on demande le consantemant du peuple, jusques à ce qu'elle soit receuë & confirmée, se nomme* Rogatio. Priùs quàm perrogetur, inquam: Perrogare namque est, ad extremam vsque aut sententiam, aut suffragium, rogationem producere.

v Vti rogas. Vti rogatæ sunt tribus, centuriæ, &c. Cùm voce ferebatur suffragium, concedentis, approbantis ea erat formula, Vti rogas: cùm verò tabellis dabatur, tabellarum, quibus rogatio accipiebatur, erat illa inscriptio, Vti rogas. 1. Att. 12. Tabellæ ministrabantur, ita vt nulla daretur, Vti rogas. *Les partisans de Clodius criminel, duquel on poursuiuoit la condamnation vers le peuple, distribuoient les tabletes des suffrages, & n'an bailloient point d'affirmatiues, mais toutes negatiues, quoi qu'il falut les donner toutes deux. Ne distribuoient que celles, qui etoient absolutoires de Clodius.* Liuius l. 6. Cùm Dictator stipatus agmine Patriciorum, plenus iræ consedisset, atque ageretur solito primùm certamine, & vti rogassent, primæ tribus dicerent, tum Camillus, &c. *Les premieres Tribus auoient donné l'affirmatiue, an faueur des Tribuns populaires, contre les Patriciens.* Idem libro 30. De pace, vti rogatæ omnes tribus erant, iusserunt pacem dare Scipionem, eundem exercitus deportare, &c. lib. 33. Ea rogatio ad plebem in Capitolio lata est. Omnes tribus, vti rogatæ,

gátæ, iusserunt. *Elles ont toutes donné le suffrage affirmatif. Elles ont aquiescé, consanti à ce, que l'on demandoit.*

VI Rogare aliquem sacramento. *Lui faire preter serment an sa faueur, de faire sa charge deüemant.* Liuius libro 32. Obuios in agris, sacramento rogatos, arma capere, & sequi cogebat. lib. 35. Vagos milites de exercitu Africani sacramento rogasse. *Leur auoir fait preter le serment militaire de fidelité.*

¶ RVO, ere, præter cætera, valet idem atque, effodere, refodere, refossa educere, effosa eximere suo loco. Quid dicam, iacto qui semine, cominus arua insequitur, cumulósque ruit malè pinguis arenæ? *Virgilius*, primo Georg. Mœrentes altum cinerem, & confusa ruebant ossa focis, tepidóque onerabant aggere terræ. *Virgilius*, vndecimo Æneidos. Quo ex verbo, ea sententia vsurpato, ducta sunt ea, quæ in iure antiquo *Ruta* dicuntur, de quibus hæc accipe.

¶ II RVTA, apud Iureconsultos veteres, ea sunt, quæ in fundo, aut ædificio, non habentur vti partes, & accessiones, sed velut extraria quædam adiuncta, sua sponte, quasi eruta, & auulsa solo, non autem insita. *Sous les mots de* Ruta, *& tout de meme de* Cæsa, *sont antanduës certaines choses mobiles, au respet du fonds, du batimant, auquel elles se treuuent, côme etans, de leur nature, & condition propre, deiointes, & desunies de la substance du fonds, de l'immeuble.* In *Rutis*, & *Cæsis* ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili, tectorióque non continentur. *Sceuola*, De verb. sign. Lege ducentes. quadrag. prima. *Par ces mots* Ruta, & Cæsa, *faut conceuoir, certaines pieces de meubles, au regard du fonds, ou edifice, auquel elles se rancontrent, comme n'etans, ni du solage, ni de la maçonnerie, ni de la charpante-*

rie

e d'icelui. Granaria, quæ ex tabulis fieri solent, a ædium sunt, si stipites eorum in terra defixi int: quòd si supra terram sunt, *Rutis* & *Cæsis* ceant. *Lege* decima oct. D. De action. vend. & emt. *s sont imputés aux meubles, ont suite antre les chos mobiliaires.* Tegulæ, nondum ædificiis imposie, quamuis tegendi gratia sunt allatæ, in *Rutis*, & *æsis* habentur. Ibidem. Anus Iunia dicet Bruto, te, àm ędes venderes, ne in *Rutis* quidem, & *Cæsis*, so. um tibi paternum recepisse. *Tullius*, primo de Or. ect. ducent. vic. sexta. *Que tu as si peu de respet à on pere, que vandant ta maison, tu ne t'es daigné reeruer, & retenir, antre les meubles, la selle dossiere, an aquelle seant il repondoit à ceux, qui le consultoient n droit.*

S

SACRO, as. Sacro ritu, quæ dedicamus, ea sacrari, sicut consecrati, dicuntur, quod notum atis est.

II Sacrare, est, sacramento, & exsecrationibus interpositis quidpiam sancire, vt fœdus, & alia eius generis. Liuius lib. 38. Fœdus, quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis sacratum fuisset, irritum esse.

III Sacrare, sacrum facere, est aliàs, deuouere, & omnibus diris prosequi quidpiam, idque penitùs vsu, & commercio hominum, vt detestandum, excludere. Liuius l. 2. Ante omnes, de prouocatione aduersùs magistratus ad populum, sacrandóque cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inisset, gratæ in vulgus leges fuêre. Idem lib. 5. Eum prędam Veientanam, publicando, sacrandóque, ad nihilum redegisse. SACROS homines faciebat

ciebat populus, quos,ſcilicet,ob graue maleficium damnabat, & commercio humano exigebat,quos ideò impunè occidit licuit, quòd eorum animas Diis debitas veteres putarint. Vnde lex prima Tribunitia: Si quis eùm, qui plebiſcito ſacer ſit,occiderit, parricida ne ſit. SACRATAE leges erant, quibus ſancitum fuit, vt,qui aduersùs eas feciſſet, ſacer alicui Deorum eſſet. Liuius l. 4. Lege ſacrata, quæ maxima apud Etruſcos vìs cogendæ militiæ erat, delectu habito, vtrimque validi exercitus profecti. Idem l. 9. Etruſci lege ſacrata coacto exercitu,cùm vir virum legeret,quantis numquam aliàs antè, ſimul copiis, ſimul animis dimicarunt. *Ils auoient mis ſur pié vne armée, an vertu d'vne loi ſacrée,antre eux ſollamnele, qui contraignoit chacun de ceux,qui etoient choiſis par vn autre, de main en main, de prandre les armes, ſur peine d'etre chargés d'horribles exſecrations,& comme abominables,liur. à la merci de tout le monde.*

IV SACRVM à Sancto, & Religioſo,quid differat, Iuriſconſulti ſic tradunt, vt dicant; Sacrum eſſe,quod Dei proprium eſt, eíque dedicatum,ſollemni ritu,per Pontifices; qua de re V. Conſecro, Dedico: Sanctum verò,quod,ne quis violet, capitis pœna ſancitum eſt, vti ſunt muri, & portæ, & cætera quædam. V. Sancio, Sanctio,Sanctum. Porrò,Sancta nullius Deorum fuiſſe, veteres tradunt, licèt religionis aliquid haberent, vt muri, & portæ, quibus violatis,conſuli ſolerent Pontifices, vt docet Tul. 3. Nat. 95. & alibi. Religioſum denique de ſepulcris dici, quæ illato mortuo ſtatim religioſa fiant:eſſéque Deorum Manium proprium,quod religioſum eſt, vnde vetus, & ſollemnis inſcriptio ſepulcrorum, D. M.

V SACROSANCTVM, eſt ſacro facto ſancitum.

um. Pro Corn. 35. Sacroſanctum nihil eſſe po-
t, niſi quod per populum, plebémve ſancitum
. Ibidem 33. Sanctiones ſacroſanctæ ſunt: aut
nere ipſo, vt obteſtatione legis: aut pœna, cùm
put eius, qui contrà facit, conſecratur. V. San-
o.

SACRAMENTVM, Iuſiurandum eſt mili-
re, quò pollicetur miles, ſe in fide permanſurum.
Offic. 36. Obligare ſecundo militiæ ſacramen-
, quia, priore amiſſo, iure pugnare cum hoſtibus
n poſſet. Adigere, Dicere, Rogare ſacramentum,
ſacramento, quid ſit, ſuis locis abundè dictum
t anteà. V. Adigo, Dico, Rogo.

Sacramentum item, eſt certa & legitima pecu-
iæ ſumma, quæ ſacro loco deponebatur à liti-
antibus, vt iudicio victus, ſua parte multaretur,
uæ ſacris cederet; victor ſuam reciperet. Spon-
o autem eſt, mutua litigantium promiſſio: cùm
lter ab altero certam ſummam ſtipulatur, ni bo-
am cauſam habeat; quam pecuniam neuter de-
onit, promiſſione aduerſarij contentus, ex qua
romiſſione victori in cauſa naſcitur actio ex ſpō-
ſi, id eſt, certi condictio, vt ſibi ſponſam pecuniam
xigere, & habere liceat. 7. Fam. 32. Pugnà, ſi me
mas, niſi quæ ſunt à me in ſecundo libro de Ora-
ore, per Antonij perſonam diſputata de ridi-
ulis, arguta eſſe apparebunt, vt ſacramento con-
endas, mea non eſſe. *Soutien hardimant, voire in-
terpoſant cete maniere de ſacrée & ſollamnele gageu-
re, que cela n'eſt point de moi.* 1. Orat. 42. Agerent
tecum Pythagorei, quibuſcum tibi iuſto ſacramēto
contendere non liceret. *Tu ne pourrois iuſtemant les
prouoquer par la ſacrée & ſollamnele gageure, ſur
la proprieté, que tu t'attribues.* Pro Mil. 75. Iniuſtis
uindiciis, & ſacramentis fundos alienos petere. pro
Dom.

Dom. 78. Si Decemuiri ſacramentum in liberta-tem iniuſtum iudicaſſent: tamen, quotieſcumque vellet quis, hoc in genere, rem iudicatam referri poſſe voluerunt: Ciuitatem verò nemo vmquam vllo populi iuſſu, amittet inuitus. *Si les Decemuirs iuges extraordinaires deputez pour les cauſes d'importance, ont condamné celui, qui auoit ſoutenu, & ce interpoſant la gageure nommée*, Sacramentum *qu'il etoit de condition libre, nonobſtant telle ſentance, le condamné peut reïterer, recommancer la meme inſtance, tant de fois qu'il voudra, & faire connoitre d'vne matiere deia iugée, an vertu du ſpecial priuilege, concedé an faueur de la liberté.* IVSTVM ſacramentum eius dicitur, qui verum probat eſſe quod ſacramento contendit. Pro Cæcin. 91. Cùm Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem inieciſſet, non poſſe ſacramentum noſtrum iuſtum iudicari, & ego vehementiùs contendiſſem, &c. poſteà, re quæſita, & deliberata, Decemuiri ſacramentum noſtrum iuſtum iudicauerunt. INIVSTVM ſacramentum, contrà, eius eſt, qui non probat eſſe id, de quo certauit ſacramento. SACRAMENTVM in libertatem eſt, quo quis aſſeritur eſſe liber: in ſeruitutem, quo probatur eſſe ſeruus. REFERRE rem iudicatam, eſt, id, quod iudicatum eſt, iteratò vocare in iudicium, perſequi nouo iudicio id, de quo iam factum erat, quo non ſtetur, iudicium. Sic 3. Orat. 62. Athenis diutiùs eſſem moratus, niſi Athenienſibus, quod myſteria non referrent, ad quæ biduo ſeriùs veneram, ſuccenſuiſſem. *Pource qu'ils ne voulurent en ma faueur reïterer, exercer pour la ſeconde fois, leurs myſteres.* Sic quoque Terent. Prol. Hecyræ. Qui ſcripſit comœdiam, noluit iterum referre, vt iterum poſſit vendere. PORRO, quod ait Tullius, quoties

es vellet quis in causa libertatis rem iudicatam ferre, eum potuisse, constat ex l. 1. C. de Adserton. vbi docet Imperator, secundo, & tertio iudicio licuisse experiri ius libertatis, ex veterum legum anctoritate.

SALVEO. Plautus Truculento 2. 2. prima rsona expressit, sed vt alia permulta, per ludum micum dixit, & veluti nouauit. A. Salue. S. Satis hi est tuæ salutis, nihil moror, non saluco: ægrore mâlim, quàm esse tua salute sanior.

SALVE. Mirum est, quàm varient, in huius ocis vsu præcipiendo, scriptores rerum Latinam, cùm alij matutinæ, alij vespertinæ salutaonis esse doceant: alij adeuntium, alij abeuntium, se, ita salutare: alij abeuntibus, alij adeuntibus ari hanc salutem, velint. Præcipiant, quantum elint, mihi constat ex Plauto, Terentio, & aliis criptoribus Latinis, hanc salutationem omnibus llis, & personis, & temporibus esse communem, ulli propriam; paullò tamen frequentiorem repeias in cõgressu, quàm in digressu. Virgil. . Æneid. allanti mortuo, Salue æternum mihi, maxime alla, æternúmque vale. Tullius 6. Att. 2. Valebis, & aluebis à meo Cicerone. 16. Fam. 9. Vale & salue. lautus Curculione 4. 2. Vale, atque salue, nam & ram, & pecuniam benignè præbuisti. 4. 4. Ego eo, vale, atque salue. M. Malè vale, malè sit tibi. xcenta sunt istiusmodi sine discrimine tempoum, aut personarum, vt causæ nihil esse possit, cur perstitiosiùs hæreamus illis obseruationibus: nec uemquam morabitur, quòd Galba apud Suetoium c. 4. iubet, sibi manè dici, Salue: vesperi, Va: non enim scribebat leges Latinitatis, neque morm tam sollemnem indicabat, à quo sæpè non disderetur.

III SALVERE IVBEO. Alicunde aduenien olim sic salutabat, quem adiret, in quem incideret, & sic ab eodem resalutabatur. Sic etiam terminabant extremam clausulam literarum, salutem precantes. 4. Att. 13. Dionysium iube saluere. & 14. Dionysium velim iubeas saluere. 7. Att. 7. Alexin humanissimum puerum velim saluere iubeas. Illa de epistolis extremis. Hæc iam de congressu. Plaut. Casina, in prol. Saluere iubeo spectatores optumos. Mostell. 5. 2. Iubeo te saluére, & saluus cùm aduenis peregrè, gaudeo. Salue & tu Callidate, Dij te ament. Rudent. 1. 5. Iubemus te saluere, mater. Asin. 2. 2. Iubemus te saluere voce summa, quoad vires valent. Curcul. 4. 4. Iusseram saluere te, salue, saluus cùm aduenis. Trinum. 2. 4. Philto iubet saluere Lesbonicum. Discessuri quoque ita salutant eos, à quibus abeunt. Plautus Asinaria 3. 3. A. Vale. P. Aliquantò ampliùs valerem ego, si tu hîc maneres. A. Salue. P. Saluere me iubes, quò tu abiens affers morbum. Atque hoc modo & alibi vsurpatur frequenter.
IV SATIN' SALVE? Vetus forma, qua inquirebatur, quo statu res essent, seu priuatæ, seu publicæ, hoc est, recténe haberent, an secùs, vbi SALVE, valet, rectè, commodè, integrè. Cùm verò legitur, SATIN' SALVAE? intelligitur (res) eodem sensu. Terent. Eunucho 3. 6. Hem, quid est, quod trepidas, satin' saluè? dic mihi. Vbi, Saluè, Donatus, exponit, commodè, integrè, rectè, & affert locum Plauti, Trinummo 5. vlt. Lit. Satin' saluè? dic mihi. C. Rectè: tuum patrem rediisse saluum peregrè gaudeo. Pro eo dixit aliquando Terentius SATIN' RECTE? vt Andria 4. 6. Quid vos, quo pacto hîc? Satin' rectè? Liuius l. 204. Lucretiam sedentem mœstam in cubiculo inueniunt. Aduentu
suorum

suorum lacrymæ obortæ, quærentique viro, Satin' saluæ, minimè, inquit: quid enim salui est mulieri amissa pudicitia? l.6. Confusam, ex recenti morsu animi, cùm pater fortè vidisset, percontatus, Satin' saluæ? l.10. Satin' saluæ, inquit, Volumni? vt se res in Samnio habent?

v SATIN' SALVA omnia? eodem sensu, & vsu. Liuius lib. 3. Cincinnatus admiratus, rogitánsque, Satin' salua essent omnia? togam properè è tugurio proferre vxorem Raciliam iubet.

vi SALVIS REBVS, salua lege, saluis legibus. Salua rep. saluis auspiciis, saluo officio, salua fide, &c. elegantes dicendi formulæ. 4. Fam. 1. Vtinam, Serui, saluis rebus colloqui potuissemus inter nos, profectò aliquid opis occidenti Reip. tulissemus. Saluis rebus, id est, stante, atque incolumi Rep. 4. Acad. 57. Accipimus Deli fuisse complures, saluis rebus illis, qui gallinas alere permultas quæstus causa solebant. *Du tans que l'etat de cete Ile etoit sur pié.* 1. Famil. 2. Hoc videmur consecuturi, vt ne quid agi cum populo, aut saluis auspiciis, aut saluis legibus, aut denique sine vi possit. *Si ce n'est, que lon i procede, sans respet aucun d'auspice, & de loix, ou qu'on i vse de violance.* Pro S.R.4. Vtrumuis, saluo officio, facere potes. 13. Off. 44. Præclarum à magistratibus morem accepimus rogandi iudicis quæ, salua fide, facere posset. *Sans contreuenir à la sincerité, à l'integrité d'vn bon Iuge. Sans interesser sa foi & consciance.*

SANCIO à sanguine dictum est, quòd, aut sanguinis fusio, aut certè mentio, vel significatio aliqua interueniebat rebus plerisque cum proposita pœna statuendis, hoc est, sanciendis. Vnde posteà traductum est verbum ad res quasvis decernendas,

etiam extra vllam sanguinis significationem. Porrò, quia sanciendo, & decernitur quidpiam, & decretum violaturo pœna designatur, ideò Sancio nunc alterutrum, nunc vtrumque exprimit.

II SANCIRE, pro statuere. Planc. 44. Leges, quas Senatus de ambitu sanciuit. pro Dom. 80. Qui de libertate ea iura sanxerunt. Post. in Sen. 8. Vt vestram in posterum dignitatem, auctoritatémque sanciret. 1. Fin. 15. Vt dolore suo sanciret militaris imperij disciplinam. 4. Catil. 12. Si quis de seruis supplicium sanciret. 3. Agrar. 3. Genus id agrorum certo capite legis confirmatur, & sancitur. Post. ad Quirit. 13. Cùm omnia omnibus fœdera meo sanguine sancirentur.

III SANCIRE, pro Damnare, Punire, pœna plectere. 3. Leg. 46. Vt in suo vitio quisque plectatur, vis capite, auaritia multa honoris, cupiditas ignominia sanciatur. 2. Leg. 22. Incestum Pontifices summo supplicio sanciunto. 3. Off. 55. Erranti viam non monstrare, Athenis exsecrationibus publicis sancitum est. 10. Att. 1. Solon capite sanxit, si quis in seditione non alterius partis esset: id est, capitalem fraudem admisisse, ideò capite plectendum. 1. Tusc. 26. Nec cærimonias sepulcrorum violatas, tam inexpiabili religione sanxissent. *N'auroient point condamné par leurs Rituels Pontificaux, n'auroient obligé à tant extreme scrupule de conscience, à crime inexpiable, ineffaçable, ceux, qui seroient attains de la profanation des sepultures.* Pro Planc. 47. Noli obseruantiam sancire pœna. *N'impute pas à faute, & n'oblige point à peine, comme chose criminele, d'etre respecté, & honnoré d'autrui pour son merite.*

IV SANCTIO, est ipsa legis pars, pœnam exprimens, aduersùs legis violatores. Exemplum

Sanctio

Sanctionis ex reliquiis legis Regiæ est hoc: Si quis huiusce legis ergo aduersus leges, rogationes, plebísve scita, senatúsve consulta fecit, fecerit: siue quod cùm ex lege, rogatione, plebísve scito, senatúsve consulto facere oportebit, non fecerit: huius legis ergo, id ei ne fraudi esto, néve quid ob eam rem populo dare debeto, néve qua de ea re actio, néve iudicatio esto. Tullius 3. Att. 23. Scis, Clodium sanxisse, vt omninò non posset, nec per Senatum, nec per populum infirmari sua lex. Sed vides, numquam obseruatas esse sanctiones earum legum, quæ abrogarentur. Nam, si id esset, nulla ferè abrogari posset. Neque enim vlla est, quæ non se sepiat difficultate abrogationis. 6. Ver. 149. Nisi legum sanctionem, pœnámque recitassem, tabularum mihi potestas facta non esset. pro Corn. 33. Sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, vt obtestatione, & consecratione legis: aut pœna, cùm caput eius, qui contrà facit, consecratur. *Les sanctions des loix : le chef de la loi, qui porte le nom de Sanction, & d'où la loi prand sa force, & vigueur, doit etre etabli, & comme consacré, ou auec sermant sollannel, par les choses les plus saintes, de garder la loi à perpetuité : ou par la peine imposée, à qui fera contre la loi.* Liuius, cùm de Magistratibus agit libro 3. ait, eos sacrosanctos, & inuiolatos factos, tum religione, hoc est, iureiurando: tum lege, id est, pœnæ sanctione. Quod idem valet, atque illa duo, quæ posuit Tullius. SANCTVM porrò, & SACROSANCTVM quid differant, ex his facilè noscitur. Est enim sacrosanctum, quod religionis, hoc est, iurisiurandi, atque capitalis pœnę interpositione sancitum est. Quod verò grauiore pœna aliqua constitutum fuerit, sanctum id esse apparet.

SARCIO. Quæcumque instaurantur, reficiuntur, quacumque opera, & artificio, ea sarciri dicuntur, vt vestes, ædificia, & cætera eiusdem modi, vnde traducitur verbum ad damna & detrimenta, quæ, cùm præstamus, aut compensamus, sarcire dicimur, vt in duodecim tabulis, & toto iure sæpe vsurpatur.

1 Sarta tecta locare. *Bailler le pris-fait pour l'antretien des batimans publics.* Sarta tecta exigere. *Faire randre conte au pris-facteur, de l'etat des batimans publics, dont il s'est chargé.* Sarta tecta probare. *Faire la reueuë des batimans publics, les faire visiter par Expers, s'ils sont an deu etat, si le pris-facteur s'an est bien aquité.* Sarta tecta tradere. *Randre sa tache au fait de l'antretien, & reparation des batimans publics.* 3. Ver. 130. Cùm Lucius Octauius, Caius Aurelius, Consules, ædes sacras locauissent, neque potuissent omnia sarta tecta exigere, neque ij Prætores, quibus negotium erat datum: factum est Senatusconsultum, quibus de sartis tectis cognitum, & iudicatum non esset, vti Caius Verres, Publius Cœlius Prætores cognoscerent, & iudicarent. *Les Consuls n'aians peû vaquer à la reueuë des tamples, dont ils auoient commis les reparations à gage aux pris-facteurs.* Ibidem 131. Verres Prætor quæsiuit, quis ædem Castoris sartam tectam deberet tradere. *Qui etoit chargé de l'antretien du tample de Castor, & le deuoit randre an deu etat.* Ibidem 132. Lucio Rabonio ædem Castoris tradi oportebat. Cum eo, sine vllo intertrimento conuenerat iam, quemadmodum traderetur. *Lucius Rabonius, allant antrer an charge de la garde, & antretien du tample de Castor, son predecesseur le lui deuoit remetre an bon etat, comme aiant eté gagé du public, pour cet effet.*

11 Sartus

11 Sartus tectus, ab ædificiis traducitur ad aliarum rerum integritatem incolumitatémque explicandam. 13. Fam. 50. Si eá, quæ in me officia, & studia contulisti, vis etiam gratiosa efficere: hoc mihi da, vt Marcum Curium sartum, & tectum, vt aiunt, ab omniq́ue incommodo, detrimento, moléstia sincerum, integrúmque conserues.

SATISACCIPIO. Satisaccipit, qui ab satisdante, seu prædibus, ac prædiis cauente, prædes admittit, eorúmque fide sibi satis cautum putat. *Qui admet les cautions & repondans, que sa partie lui offre pour son asseurance.* Tullius pro Quinct. 42. Si veretur Næuius, vt res, iudicio facto, parata sit, iudicatum solui satisaccipiat: quibus à me verbis satisaccipiet, iisdem ipse, quod peto, satisdet. *Si Neuius doute, que la somme, qu'il pretand lui etre deuë, lui etant adiugée, ne soit prete an fin de ingemant, qu'il prenne caution de nous, pour asseurance d'icelle: mais que quant & quant, sous la meme forme, qu'il receura mes repondans, il m'an donne reciproquemant sur ce, que ie pretans m'etre deu par lui.* Plautus Sticho. Satis abs te accipiam, nisi videam, te mihi amicum esse, Antipho. Cato cap. 2. Quæ satisaccipienda sunt, satisaccipiantur. Satisacceptio. *Asseurance de dete, par voie de caution & repondant.*

SATISDO. Satisdat, qui, prædibus datis, prædiísque obstrictis, alteri cauet. *Qui an baillant, fournissant caution, asseure la dete à sa partie.* 13. Fam. 28. Rogo, vt si quid satisdandum erit, amplius eo nomine non petiscures, vt satisdetur, fide mea. *Que s'il est besoin de preter caution à la partie de Mescinius, sur ma parole, & ma foi, tu lui faces donner toute asseurance, que pour le regard de ce, que Mescinius aura receu d'elle, iamais il ne lui an sera*

rien demandé, que ledit Mescinius ne l'an garantisse.

11 Satisdatio, Satisdatum. *Asseurance de la dete d'autrui, an lui pretant caution. Protestation de repondant à sa partie.* Satisdato promittere. *Prometre paiemant an pretant caution.* Satisdato debere. *Deuoir & etre obligé auec caution.* 16. Attic. 6. Hoc, quod satisdato debeo, peto à te, vt antè prouideas, planéque expedias, & solutum relinquas. *Qu'auant toutes choses tu paies cete mienne dete, pour laquelle mes cautions sont obligées quant & moi, afin qu'elles n'an soient point molestées.*

SATISEXIGO. Satisexigere est, satisaccipere velle, satisdatum postulare. *Demander caution, & asseurance à sa partie.* Leg. Iulianus, D. ad exhibendum. Si hæres ignarus legati tui, à fructuario satis non exigit.

SATISFACIO. Soluit propriè, qui emtæ rei pretium numerat. Satisfacit verò, non qui numerat pecuniam, sed qui, aut pignore, aut expromissore, aut fideiussore creditori cauet: *Qui asseure le paiemant au vandeur, ou an baillant gage, ou an baillant caution, qui s'oblige an son nom propre, ou repondant, qui s'oblige auec le debiteur.* Sic Pomponius l. 19. De contr. emt. Quod vendidi, non aliter fit accipientis, quàm si, aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum. Et l. 9. D. de pignerat. act. Omnis pecunia exsoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum. Satisfactum autem accipimus, quemadmodum voluit creditor, licèt non sit solutum. *Nous prenons le mot,* Satisfacere & Satisfactum, *pour signifier, que le crediteur est contant, quoi que le paiemant n'ait eté fait: comme s'il s'est contanté d'vn gage, ou d'vne caution.* Soluendi tamen verbum, etiam in iure, ad quoduis satisfactionis genus

genus traducitur, vbi non intercedat pecuniæ numeratio.

11 Satisfacere in farciendis iniuriis dicitur, qui facit, quoad fatis fit paſſo iniuriam. 4. ad Herenn. 15. Pueri tui modò me pulſarunt, ſatiſfacias oportet. Video & intelligo, in qua ciuitate, non modò legatus populi Rom. circumſeſſus, non modo igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, ſed aliqua ex parte violatus ſit: niſi publicè ſatiſfactum ſit, ei ciuitati bellum indici, atque inferri ſolere.

SATYRA, vel Satura lex dicitur, in qua coniunctim multis de rebus vna rogatione populus conſulebatur, quod vetuit Cæcilia, & Didia lex. Annius Luſcius in Tib. Gracch. Imperium, quod lex per Saturam dederat, id abrogatum eſt. Salluſtius Iugurth. Quaſi per Saturam legem ſententiis exquiſitis, in deditionem accipitur. V. Diuidere ſententiam.

SCANDO, loca alta ſubeo, frequens in re militari verbum, cùm & vi & arte quadam, in aggeres, muros, turres, & cætera huiuſmodi euadit miles. Liu. l. 3. 218. Scandentem in aggeres Volſcum hoſtem nemo veſtrûm ſubmouit: in nos viri, in nos armati eſtis. Idem l. 5. 124. Aduerſùs quos Romani nihil temerè, nec trepidè, ad omnes aditus, ſtationibus firmatis, quà ſigna ferri videbant, eà, robore virorum oppoſito, ſcandere hoſtem ſinunt. Idem l. 3. 220. Ante portas eſt bellum, ſi inde non pellitur, iam intra mœnia erit, & arcem, & Capitolium ſcandet.

SCIO. Latinè, Græcè ſcire, dixerunt Latini, pro, Latinis, Græcis literis eſſe imbutum. Non tam præclarè eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire. de Clar. Omnes, qui Latinè ſciunt. 2. de Fin.

14. Cùm Græcè, vt videor, luculenter sciam. 2. Fin. 15.

11 Scio, vnde Conscio, idem quo Scisco, id est, suffragio decerno. Liuius l. 26. Id apud maiores nostros in Sutrianis factum est, cùm defecissent, vt M. Antistius Tribunus pleb. priùs rogationem ferret, sciterétque plebs, vti Senatui, de Sutrianis, sententiæ dicendæ ius esset.

SCRIBO mea, aut alterius manu. Antè quàm aliquo loco consedero, neque longas à me, neque semper mea manu literas exspectabis. At. Obsignatam iam epistolam meam, quam puto te modò perlegisse, scriptam mea manu. Ipse in Tusculano me referre in commentarium mea manu, quod idem in Asia voluit, mihi sua manu scriptum dedit. Hæc inter cœnam dictaui Tironi, ne mirere, alia manu esse. ibidem. Legimus literas, & scriptum ipsius manu. In C. Ad te statim manu mea scriptas literas misi.

11 Scripturam vocabant Latini, vectigal è pascuorum locationibus: item ipsius vectigalis rationes scriptas. *Les liures, les regitres.* Magister scripturæ, & portus, quidam L. Carpinatius. Cic. At. *Le Surintandant sur le reuenu des paturages, & le maitre des ports.* Mirandum verò est, homines eos, quibus odio sunt nostræ secures; nomen acerbitati; Scriptura, decumæ, portorium, morti; libentes arripere facultatem lædendi. pro Flacco. 19. *Sçauoir-mon, s'il faut s'emerueiller, qu'vne populace, à laquelle nos imposts sur les paturages, grains, & voitures, sont autant annuieux, que la mort meme, prenne volontiers toute occasion, & commodité de nuire à nos magistrats, au les accusant.* Portum & scripturas eadem societas habebat. 4. Verr. 171. *Cete meme compagnie de fermiers & gabeliers, tenoit la*

ganse

ganse des peages d'eau, & des paturages. In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam Carpinatius. 4. Verr. 169. *Il est substitué du Commis an la ferme des paturages.*

SENTIO. Sentire, interdum est, Aduertere. *Se prandre garde, s'apperceuoir.* Tullius Lælio 103. Numquam Scipionem, ne minima quidem re offendi, quod senserim. *An tant que ie me suis peu appercevoir.* Pro Qu. Roscio 51. Hoc, cùm sentit Saturius, esse apertum, repugnare contra veritatem non audet.

II Animo sentire, & vultu, verbo sentire, opposita interdum, atque pugnantia, interdum alterius alterum indicium, & signum. pro Planc. 34. Hic, quod cum cæteris animo sentiebat, id magis quàm cæteri, vultu promtum habuit, & lingua. *Ce qu'il iugeoit an son ame, il le manifestoit ouuertemant an sa contenance: il le portoit clairemant sur le front, & sur la langue.* 14. Att. 3. Volunt nos ita putare. Nescio, cur non animo quoque sentiant. *Pourquoi ils ne le iugent an leur ame, aussi bien, comme ils le desirent.*

III Sentire, suam sententiam verbo enunciare, pronunciare. pro Sylla 82. Quis non de communi salute apertissimè, quis non fortissimè, quis non constantissimè sensit? *Qui est-ce, qui n'a libremant dit son aduis?*

IV. Sententia. Sententiam suam rogare aliquem. *Lui demander son aduis sur l'afaire proposé.* Sententiam dicere, ferre, pronunciare. *Dire son aduis, opiner, metre an auant son opinion, iuger.* 2. Q. Fr. 1. Racilius de priuatis me primùm sententiam rogauit. 3. Off. 44. Cùm verò iurato dicenda sententia sit, meminerit, se Deum adhibere testem. pro Balbo 34. De quo fœdere populus Rom. sententiam non

 tulit.

talit. *Le peuple n'an a rien resolu, n'an a pas baillé son suffrage, n'an a rien ordonné.*

SERVIO. Seruire, Serua esse dicuntur prædia, fundi, ædes, & huiusmodi res vectigales, quas, scilicet, qui fruendas accepit, earum nomine pendit quotannis aliquid mercedis ei, cuius est in eas ius; qui verò emit, pro ratione pretij numerat eidem certam pecuniam. *Biens obligez à çanses annueles, & aux lods & vantes, & autres droits, & deuoirs anuers le Seigneur.* Hæc possunt accipi de iis fundis, qui, vt aiunt, *meuuent du fief d'autrui.* Quamquam omnes serui, & vectigales fundi non sunt eius generis, quos vocant, *fonds feodaux, tenus an fief.*

II Seruiunt item, & serua sunt prædia & ædes aliis nominibus, quòd scilicet itineris, viæ, actus, aquæductus, haustus seruitute obligentur alicui. *Fonds, & biens, qui doiuent à quelcun l'antrée & sortie, le passage, à pié, ou à cheual, auec bete, ou chariot chargé, ou autremant, le droit de conduire l'eau à trauers, &c.*

III Seruiunt item ædes, quarum luminibus obstruendi, & officiendi, in quas tignum immittendi, stillicidium auertendi, onus imponendi, propter quas altiùs tollendi, proiiciendíque ius alicui est. *Batimans, sur lesquels quelcun a droit de leur leuer le iour, la lumiere, la veuë, an les bouchant: de les percer pour appuier des trez, poutres; d'i faire choir les goutieres du toit: d'appuier contre, ou batir dessus: de leuer plus haut les murailles, à elles contiguës: de tirer par deuant, ou à coté d'elles, vne saillie, galerie, &c.*

IV De seruitute fundorum vectigalium ita Tull. Optimo iure ea sunt prædia, quæ optima conditione sunt. Libera meliore iure sunt, quàm serua. 3. Agr.

Agr. 9. Hîc Cicero vocat ea prædia, quæ nihil deberent, pro quibus nihil annuum penderetur, libera, optimo iure, optima conditione, & deinceps vocat immunia, soluta. *Fonds de franc aleu, francs, qui ne doiuent point de çanse.* Ea autem, quæ annuum vectigal penderent, serua, obligata vocat. Capite hoc, omnia, quæ seruiebant, non seruient, soluta in meliore causa sunt, quàm obligata. *Les fonds, qui paioient rante annuele ci-deuant, par le chef de la loi de Rullus, seront affranchis, ne deuront rien.* Immunia commodiore iure sunt, quàm illa, quæ pensitant. *Les possessions franches sont de meilleure condition, que celles, qui paient rante annuele.* 3. in Rull. 9. Caluus aiebat, aqua demta, & eius aquæ iure constituto, & seruitute fundo illi imposita, tamen nos pretium seruare posse, si vendere vellemus. 3. ad Qu. Frat. 1. *An nous reseruant le droit de l'eau, qui est an ce fonds, imposant vne rante annuele sur icelui, que nous-an retirerons ancore le meme pris.*

V De seruitute ædium, sic idem Tullius. Cùm Marius ædes Auratæ vendidisset, quamdam earum ædium partem seruire in mancipij lege non dixisset. 1. de Orat. 178. &, Ædes Sergio seruiebant, sed in mancipio Marius non dixerat. 3. Offic. 81. *Cete maison etoit obligée an quelques deuoirs à Sergius, dequoi Marius n'an auoit fait aucune mantion an la clause du contrat, où cela se deuoit declarer selon le droit.*

VI De seruitute actus, itineris, viæ, aquæductus, luminum, tigni, proiectorum, &c. videantur Iurisconsulti. Porrò, vt dicta sunt serua, & seruire, prædia, & ædificia eius conditionis, quam diximus: sic contrà, ij, quibus ea seruirent, dicti sunt ius habere seruitutis: neque tantùm fundi, & ædes seruiebant homi

homini, cui erat ius seruitutis in ea: sed ipsæ ædes ædibus, fundi fundis seruire dicti sunt, nomine viæ, actus aquæ, proiectorum, immissorum, stillicidiorum, &c.

SIGNO. Signare dicimur, & speciem, quam materiæ alicui imprimimus, & ipsam materiam, in qua imprimimus, sicut imprimere figuram in cera, & ceram figura signata imprimere. 3. Leg. 6. Magistrátus minores æs, argentum, aurúmque publicè signanto. 13. Famil. 29. Cùm signaretur argentum Apolloniæ. Fat. 43. Visum obiectum imprimit, & quasi signat in animo suam speciem. 4. Acad. 71. Nihil signari in animis nostris à vero, quod non eodem modo possit à falso.

11 Signum non tam vulgatum est, quàm sigillum, cùm idem tamen significent. Tum ostendi tabulas Lentulo, & quæsiui, cognosceretne signum: annuit: est verò, inquam, notum signum, imago aui tui. in C. *S'il reconnoissoit, que ce fut son cachet.* Litteræ omnes, integris signis, Prætoribus traduntur. in C. Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est. ad Brut. Tabulæ testamenti obsignatæ non minùs multis signis, quàm à lege oporteat. in V. Obsignare litteras publico signo. in V. *Du seau de la ville, du seau public.* pro Flacc. Signum in creta, quo epistola obsignata erat. in V. Signum, & manum meam requirent. Att. Librum tuum habeo sub signo, seruóque diligentissimè. Att. *Ie le tiens serré, & cacheté.* Horreum belli sub signo, claustrísque positum. contra Rul. *Reduit sous la clef, & le cachet, Fermé, & cacheté.*

SILEO, earum rerum est, quæ soni, strepitus capacia sunt, vel ex se, vel ex adiunctis suis. Columella l. 4. c. 29. Malleolos, vbi quis generosos & fecundos

cundos viti detraxerit, diem quoque tepidum, silentémque à ventis, eligat. Idem l. 3.c.19. Præstat eligere sationi, silentis, vel certè placidi spiritus diem.

11 Traducitur ad alia quæuis, quæ ab actione sibi propria cessant, in qua nihil est soni, aut strepitus. Columella l. 4. c.30. Satio est eorum priùs, quàm germinent, dum silent virgæ, quas arboribus detrahi siccas conueniet. Silent, id est, nondum germen edunt. l.4.c. 27. Fossor protinus, adhuc silentibus vineis, inducẽdus est. l.11.c.3. Surculi silentes, ad insitionem nunc præcipuè, vtilitérque leguntur. l.12.c.7. Ferulæ cum coliculo silentes. Silentem florem vitis albæ, & asparagi, & rusci, & thamni, & digitelli. Plinius l.16.c.39. Inter omnes conuenit, vtilissimè in coïtu lunæ sterni, quem diem silentis lunæ appellant. Silens luna, est suo defecta lumine, non lucens.

¶ SIREMPS, psis, hoc est, consimilis, eiusdem rationis, ac iuris, vetustum quidem, & exsoletum est vocabulum, scitu tamen dignissimum, ad plerosque antiqui Iuris, & historiæ locos intelligendos Qui ager ex publico in priuatũ commutatus fiet, de eo agro siremps lex esto, quasi is ager, P. Mucio, & L. Calpurnio consulibus, per totam Italiam. Fragmentum legis agrariæ Thoriæ. *Quel fonds que ce soit, qui de commun & publique aura eté fait particulier & priué de quelcun, demeure de meme condition, franchise, & immunité, que furent par toute l'Italie, les fonds du domaine de la Republique Romaine, durant le Consulat de P. Mucius, & L. Calpurnius.* Et prætereà rogas, vt in quemque aduersùs ea, si populus condemnarit, siremps lex fiet, quasi aduersùs legem fecisset. *Cato Censor* dissuadendæ legis fragmento. *An outre, tu requiers, que le peuple.*

peuple, receuant ta loi, ordonne, que quiconque aura eté condamné par le peuple, icelui soit tenu, comme conuaincu d'auoir mefait contre la loi. Qui aduersùs ea quid fecerit, & aduersùs ea obrepserit, sitemps lex ei, ais, causáque omnium esto vtique, atque vti esset; esséque oporteret, si is aduersùs legem, riuum, specum rupisset, forasséve. *Frontinus*, libro secundo, de aquæductibus. *Quiconque, soit ouuertemant, soit par obreption, & surprise, fera contre le contenu de cete loi, qu'il i ait contre lui meme droit, & action, au profit de qui sera l'interet, tout ainsi que s'il auoit contre la loi rompu, ou percé ce canal d'aquedut.* Quam in quisque decuriam ita præco lectus erit, is in ea decuria præco esto, ita vt ei cæterei eius decuriæ præcones erunt, sirémpsque eis præconibus, déque eis præconibus, quæstori omnium rerum ius, lexque esto, quasei si ei præcones in eam decuriam, in tribus præconibus anteà lectei, sublectei essent, quam in quisque decuriam eorum, ex hac lege, præco erit. *Ex fragmento* veteris legis, de viatoribus & præconibus. *An quel cors, que ce soit, de crieurs publiques, qu'vn crieur aura eté eleu, & incorporé, qu'il soit crieur de ce meme cors, tout ainsi que les autres crieurs de premiere creation, & que tout meme droit & prerogatiue soient aquis ausdits crieurs an leur office, & qu'au tresorier du public soit aquis tout pareil pouuoir & autorité, sur lesdits crieurs de nouuele election, que sur les trois de premiere creation, & crection.*

¶ SISTO, ere. Se, alium, aliquem, rem quampiam, sistere, est præsentem exhibere, ac statuere, certo quopiam loco, ac tempore. Illud abs te peto, des operam, id, quod mihi affirmasti, vt te, ante calendas Ianuarias, vbicumque erimus, sistas. *Tullius*, tertio ad Attic. vicesf. quinta. *Donne ordre, de te porter,*

er, & trouuer an personne, an quelle part que nous soions, au premier iour de Ianuier. Tu, quoniam quartana cares, & non modò morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Græcia siste. *Tullius*, decimo ad Att. decim. oct.

¶ 11 Sistere, forense verbum, ac peculiare quidem obeundorum vadimoniorũ, & in vario ac præcipuo quodam formularum genere: nam dixerunt Romani, Sistere, Sistere se, Sistere iudicio, Sistere in iudicio. Sistere se in iudicio, Sistere in iure, Sistere aliquem, Sistere aliquem in iudicio, Sistere vadimonium. Sisti in iudicium. Necessarios rogat, ad tabulam Sestiam sibi adsint. Veniunt frequentes, testificantur isti, Quinctium non stitisse, & se stitisse: tabulæ consignantur signis hominum nobilium: disceditur. *Tullius*, pro Quinctio, sect. vicesquinta. *Les partisans de Neuius viennent sur la place, portent temoignage an sa faueur, que Quinctius n'auoit point comparu, ne s'etoit pas presanté an droit, n'auoit satisfait à l'assignation par lui accordée, mais que Neuius auoit satisfait, se presantant au iour, & heure prinse.* Vbi tu es, qui me libello citasti? ecce me sisto, ades contrà, sisto ego tibi me, & mihi contrà vt sistas, suadeo. *Plautus*, Curculione. Et si post tres, aut quinque, plurésve dies, quàm reus sisti iudicio se promiserit, secum agendi potestatem fecerit. Lege nona. D. Si quis caution. Si actoris seruus, domino sciente, &, cùm possit, non prohibente, dolo fecerit, quo minùs in iudicio sistam. Lege secunda, D. De eo, per quem factum erit. Qui alios rogauerit, vt eum detinerent, vel abducerent, ne in iudicio sisteret. Lege prima. D. De eo, per quem. Vas factus est alter, eius sistendi, vt si ille non reuertisset ad diem, sibi ipsi moriendum esset. *Tullius*, tertio Offic. sect. quad. quinta. *L'vn des deux s'etoit*

randu

randu plege pour son ami, de le representer an personne, à iour nommé, à faute dequoi, il s'offroit à mourir an sa place. Venit Romam Quinctius, vadimonium sistit. *Tullius,* pro Quinctio, sect. vicesnona. *Quinctius se porte à Rome, des Gaulles, où il etoit, & comparoit an droit, au iour de l'assignation.*

SOLVO. Cùm de re pecuniaria dicitur. Soluere adulterinos nummos pro bonis. *An fausse monnoie.* Præsentem pecuniam, & præsenti pecunia, & præsentes nummos, præsentia tot sestertiûm soluere. *Argeant contant.* Soluere pecuniam reliquam, ad diem. *Au iour, au terme prefix.* Decidis, statuísque tu, quid iis ad denarium solueretur. pro Qu.7. *Tu decides, tu ordonnes de ce, à quoi reuenoit la somme totale, qu'il faloit paier.*

II Soluere, numerare, dare, repræsentare à se, non semper est, quod aiunt, de suo soluere: nec soluere ab alio est, vt vocant, soluere alterius pecunia: nam ita loquitur etiam Cicero, cùm pecunia non est illius, qui numerat, licèt possit esse. Sed frequentiùs ita loquitur, vt eum significet, cuius manibus, aut opera, nummi numerantur: quod exemplis probatur. Si Prætor dedit, vt est scriptum, à Quæstore numerauit: Quæstor à mensa publica: mensa, aut ex vectigali, aut ex tributo. pro Flacc. 44. Ea certè pecunia, nec erât Prætoris, nec Quæstoris, sed mensæ publicæ, hoc est, ærarij, hoc est, populi, cuius erat ærarium. Sic illud: Homines dicere, se à me soluere. Quod enim Prætori dare consuescent, quoniam ego non acceperam, se à me quodam modo dare. Att. lib. 5. ep. 17. Eodem sensu, & vsu ponuntur quæcumque verba solutionem significant.

III In re nautica, vel absolutè ponitur, vel cum accus.

cus. rei, quæ soluitur, & ablatiuo loci, vnde disceditur. Agamemnon soluere imperat, auersa aui. Diu. *Desancrer, leuer les ancres, partir, faire voile.* Nos eo die cœnati soluimus. 16. Fam. Mercatores ab Alexandria soluisse. 3. Off. 50. Soluere portu, soluere ancoras pro Mur. 4.

IV Solui legibus, liberum fieri ab earum obseruatione. Hæc locutio in his maximè locum habuit, qui suo merito, aut aliqua ratione, admittebantur ad gerendos magistratus, ante ætatem legibus definitam. Hinc lex Cornelia, de iis, qui legibus soluuntur, qua cauebatur, ne quis solueretur, nisi faciendo ea de re Senatusconsulto ducenti adessent. pro Pomp. 62. Quid tam singulare, quàm, vt ex Senatusconsulto legibus solutus, Consul antè fieret, quàm vllum alium magistratuum per leges capere licuisset? Quid tam incredibile, quàm vt iterum eques Romanus ex Senatusconsulto triumpharet?

SORTIOR. Sortitur magistratum, prouinciam, iudices, tribus, dicas, qui sortibus permittit, qui magistratus, quæ prouincia, qui iudices ei sunt euenturi, quæ dica prima in iudicum veniat manum, cognitionémque. Tullius 7. Philipp. 161. Antonius sua lege cum C. Cæsare magistratum sortitus est. Tullius 2. Verr. 21. Prætores designati cùm sortirentur, Metello obtigit, vt is de pecuniis repetundis quæreret. *Les Preteurs tirans au sort la iurisdiction, que chacun d'eux exerceroit.* Tullius 2. Rull. 21. Tribus sortitur Rullus, educet, quas volet, tribus. *Liuius* 38. 107. Decreuit Senatus duas in Italia prouincias, Tarentum & Galliam, & exemplò Prætores, antè quàm inirent magistratum, sortiri iussi. *Les Preteurs furent commandez de tirer au sort les prouinces, que chacun d'entre eux deuoit*

gouuer

gouuerner. Liuius 28. Vt Veturius & Cæcilius sortirentur inter se, compararéntve vter in Brutiis duabus legionibus rem gereret. *Qu'ils tirassent au sort, ou demeurassent d'accord antre eux, lequel des deux feroit la guerre au terroir des Brutiens, an la haute Calabre.*

II SVBSORTIOR. Iudices subsortiri dictus est Reus, qui ad eorum numerum supplendum, quos reiecerat, quíve adesse iudicio non poterant, alios sortiebatur. Tullius 2. Ver. 80. Manlium & Cornificium, quòd Tribuni plebis erunt, iudices non habebimus. P. Sulpicius, iudex tristis & integer, M. Crepercius, L. Cassius, Cn. Tremellius, non iudicabunt. Subsortiemur etiam in M. Metelli locum, quoniam is huic ipsi Quæstioni præfuturus est.

SPONDEO, OR, spondere, despondere puellam alicui, est coniugem ei futuram promittere. Plautus Curculione 5, 2. Spondésne, miles, mihi hanc vxorem? spondeo. B. & ego hoc idem vnum spondeo, *me la prometez-vous?* Plautus Pseudolo 5. 3. Tuam mihi filiam maiorem velim despondeas. P. Pactam rem habeto. R. Spondésne igitur? P. Spondeo. Plautus Trinummo 2. 4. Sine dote posco tuam sororem filio, quæ res benè vortat, habéne pactam? D. Proh! Dij immortales! conditionem quoiusmodi? Dij benè vortant. Spondeo. Plautus Trinummo 5. 2. Sponden' tuam gnatam vxorem mihi? Spondeo, & mille auri philippûm dotis. Dotem nihil moror. V. Despondeo.

II Sponsalia. Vxorem ducturus, ab eo, vnde ducturus erat, eam stipulabatur ductum iri. Qui daturus erat, itidem eam spondebat. Ea pactio, is contractus stipulationis, sponsionísque, dicebatur, SPONSALIA. Exinde, quæ promissa erat, appella

pellabatur ſponſa, & ſponſus, eam ducturus. Poſt eas ſtipulationes, ſi puella non dabatur, aut non ducebatur, qui erat eam ſtipulatus, ex ſponſu agebat. *Il agiſſoit, il intantoit action an cas de promeſſe an mariage.* V. Deſpondeo.

III Spondeo, extra ſponſalia, cæterarum ſtipulationum, reſtipulationúmque, quibus obligationem nomine noſtro contrahimus, proprium, ac peculiare verbum. En tibi ſtipulationis, & ſponſionis formulam. Illum bouem, quo de boue agitur, decimo die dare ſpondes? Spondeo. Ecce Reſtipulationis concepta verba. Tu verò, ſi bouem, quo de agitur, dedero, neminem, cui petitio ſit, ampliùs eo nomine petiturum, ſpondes? Spondeo. *Me prometez-vous au reciproque, que perſonne, qui ait droit de vous, ne me demandera rien plus, pour ce regard là?*

IV *Sponſio*, promiſſio dotis, ipſáque dos promiſſa, ex Varrone. *Sponſio*, omnis nõ ſolùm promiſſio, ſpõſus, interrogatione facta, ſed quæuis alia ſtipulatio, promiſſióque. Sponſio *ſe prand, non ſeulemant pour cete ſorte d'aſſeurance, propremant dicte*, Sponſus, *ou promeſſe, mais pour toute autre, qui antreuient an quelque ſtipulation que ce ſoit.* *Sponſio*, certatio eſt pignorũ, ni ita ſe res habeat, vt aſſerit, qui pignora deponit. L. 17. D. de præſcript. verb. Si quis, ſponſionis cauſa, anulos acceperit, nec reddit victori, præſcriptis, verbis actio in eum competit. *Si quelcun a eté fait gardien des aneaux, qui ſont mis an depoſt pour gageure.* Sponſionem facere, Sponſione certare, Pignoribus certare, *faire gageure*, fare commeſſa, ſcommettere, *comme dient au change les Italiens.* Sponſio, certæ pecuniæ promiſſio, ab intendente litem facta, ni veram cauſam habeat. Sponſione laceſſere, prouocare aduerſarium. *Le ſommer*

gouuerner. Liuius 28. Vt Veturius & Cæcilius sortirentur inter se, compararéntve vter in Brutiis duabus legionibus rem gereret. *Qu'ils tirassent au sort, ou demeurassent d'accord antre eux, lequel des deux feroit la guerre au terroir des Brutiens, an la haute Calabre.*

II SVBSORTIOR. Iudices subsortiri dictus est Reus, qui ad eorum numerum supplendum, quos reiecerat, quíve adesse iudicio non poterant, alios sortiebatur. Tullius 2. Ver. 80. Manlium & Cornificium, quòd Tribuni plebis erunt, iudices non habebimus. P. Sulpicius, iudex tristis & integer, M. Crepereius, L. Cassius, Cn. Tremellius, non iudicabunt. Subsortiemur etiam in M. Metelli locum, quoniam is huic ipsi Quæstioni præfuturus est.

SPONDEO, OR, spondere, despondere puellam alicui, est coniugem ei futuram promittere. Plautus Curculione 5, 2. Spondésne, miles, mihi hanc vxorem? spondeo. B. & ego hoc idem vnum spondeo, *me la prometez-vous?* Plautus Pseudolo 5. 3. Tuam mihi filiam maiorem velim despondeas. P. Pactam rem habeto. R. Spondésne igitur? P. Spondeo. Plautus Trinummo 2. 4. Sine dote posco tuam sororem filio, quæ res benè vortat, habeóne pactam? D. Proh! Dij immortales! conditionem quoiusmodi? Dij benè vortant. Spondeo. Plautus Trinummo 5. 2. Sponden' tuam gnatam vxorem mihi? Spondeo, & mille auri philippûm dotis. Dotem nihil moror. V. Despondeo.

II Sponsalia. Vxorem ducturus, ab eo, vnde ducturus erat, eam stipulabatur ductum iri. Qui daturus erat, itidem eam spondebat. Ea pactio, is contractus stipulationis, sponsionísque, dicebatur, SPONSALIA. Exinde, quæ promissa erat, appella

ellabatur ſponſa, & ſponſus, eam ducturus. Poſt as ſtipulationes, ſi puella non dabatur, aut non acebatur, qui erat eam ſtipulatus, ex ſponſu age-at. *Il agiſſoit, il intantoit action an cas de promeſſe a mariage.* V. Deſpondeo.

I I Spondeo, extra ſponſalia, cæterarum ſtipu-lationum, reſtipulationúmque, quibus obliga-ionem nomine noſtro contrahimus, proprium, ac eculiare verbum. En tibi ſtipulationis, & ſponſio-nis formulam. Illum bouem, quo de boue agitur, ecimo die dare ſpondes? Spondeo. Ecce Reſti-ulationis concepta verba. Tu verò, ſi bouem, quo e agitur, dedero, neminem, cui petitio ſit, am-pliùs eo nomine petiturum, ſpondes? Spondeo. *Me prometez-vous au reciproque, que perſonne, qui ait droit de vous, ne me demandera rien plus, pour ce regard là?*

I V *Sponſio*, promiſſio dotis, ipsáque dos promiſſa, ex Varrone. *Sponſio*, omnis nō ſolùm promiſſio, ſpō-ſus, interrogatione facta, ſed quæuis alia ſtipula-tio, promiſſióque. Sponſio *ſe prand, non ſeulemant pour cete ſorte d'aſſeurance, propremant dicte*, Spon-ſus, *ou promeſſe, mais pour toute autre, qui antreuient an quelque ſtipulation que ce ſoit.* *Sponſio*, certatio eſt pignorū, ni ita ſe res habeat, vt aſſerit, qui pignora deponit. L. 17. D. de præſcript. verb. Si quis, ſponſio-nis cauſa, anulos acceperit, nec reddit victori, præ-ſcriptis, verbis actio in eum competit. *Si quelcun a eté fait gardien des aneaux, qui ſont mis an depoſt pour gageure.* Sponſionem facere, Sponſione certa-re, Pignoribus certare, *faire gageure*, fare commeſ-ſa, ſcommettere, *comme dient au change les Ita-liens.* Sponſio, certæ pecuniæ promiſſio, ab in-tendente litem facta, ni veram cauſam habeat. Sponſione laceſſere, prouocare aduerſarium. *Le ſommer*

sommer de faire gageure, de s'obliger par gageure, an consignant vne somme d'argeant, si telle chose n'est ainsi. Vincere sponsione. Vincere sponsionem, *gagner vne gageure.* Tullius 7. Verr. 140. Seruilium spōdere coëgit Verres, sestertiûm duobus millibus, cum lictore suo, ni furtis quæstum faceret. *De faire gageure de deux mille Sesterces, que, &c.* Sponsio & sacramentum quid differant. V. Sacramentum, Sponsor, Fideiussor, Adpromissor, Expromissor. *Caution, repondant.* Expromissor tamen hoc ampliùs facit, quàm alij sponsores, quòd suo, non alieno spondet nomine, *S'oblige an son nom, & desoblige son principal.* V. Sacramentum.

SPERO, eodem sensu de præteritis, præsentibus, atque futuris dicitur. Vnde effici posse puto, non pro Timeo poni, sed pro Cogito, atque Existimo, in illo Virgiliano: At sperate Deos memores fandi, atque nefandi, & in cæteris huiusmodi. Cicero 5. Att. 14. Spero, meos omnes seruire laudi meæ. l. 1. Att. Spero, tibi me causam probasse, cupio quidem certè. 23. de Orat. 48. Quoniam hæc satis spero vobis quidem, certè maioribus natu, molesta, & putida videri. Pro S. R. 10. Sin à vobis, id, quod non spero, deserar; tamen animo non deficiam. Existimo, in hæc omnia optimè videtur quadrare; Timeo, non videtur.

¶ STEMMA, atis. Alienam notionem huic vocabulo affingit vulgus, & id haudquaquam recepto vsu adhibet. Quo errore vti Latinitatis Tirones liberemus, de *Stemmate* differemus paullò fusiùs.

¶ 1 *Stemma*, ex genuino etymo, est & corolla, & in corollæ speciem figuratus orbiculus. *Hesychius* certè de *Stemmate* sic tradit: στέμμα ἐστὶ τὸ στεφάνωμα. Stemma est corolla, seu coronamentum, hoc est,

est, florea, herbaria, frondea corona, & simul ipsi flores, ipsæ herbæ, ac frondes, vnde corolla exitur. Hoc enim vtroque sensu, στεφάνωμα, vsurpant Theophrastus, de plantis, & Athenæus, in Symposiacis. *Cornutus* verò in eandem abit sententiam, ad illum Persij versum, ex tertia satyra: *stemmate quòd Tusco ramum millesime ducis*, cùm scribit: Stemma dicitur παρὰ τὸ στέφειν, ab eo, quod est, coronari, quia imagines singulę cognatorum, in genealogicis tabulis, frondea, vel florea corona includebantur. *Iulius* quoque *Firmicus*, Astrologię libro tertio, capite octauo, de Stemmatis hęc habet: Quòd si sic Mercurius, Mars, Iupiter, in diurna genitura respexerint, magnos viros facient, qui sacris, & gloriosis stemmatis coronentur. *Si Mercuré, Mars, Iupiter, regardent an cete posture ceux, qui naitront de plein iour, ils les randront grands personnages, qui pour leur valeur seront coronnés de sacrées & glorieuses guirlandes de victoire.* Eodem spectant illa *Plinij* verba, de ludicra Cœni pictura, libro historię tric. quinto, capite vndecim. Alcimachus Dioxippum pinxit, qui pancratio Olympię, citra pulueris iactum, vicit. Cœnus pinxit *Stemmata*. Ctesilochus petulanti pictura innotuit. *Alcimachus peignit Dioxippus pancratiaste, victorieux à Olympe, sans an venir aux plus fortes prises, & sage de la poudre, pour mieux serrer sa partie. Cœnus s'occupa à des leger espeintures, de coronnes, guirlandes, festons, & tables de genealogie.* Quem locum Dupinetius, vernaculus Plinij Interpres, his reddidit verbis: *Cœnus peignit des armoiries.* Cuiusmodi versionem vt mihi probet hic Interpres, ab eo priùs stipulabor, vti ostendat, quis Latinorum Scriptorum, ea notione, *Stemma* vsurparit: immò

immò quis fuerit, tota in gente aliqua, scutariorum vsus, cùm *Stemmata* Coënus pingeret. Rem vtique magnam fecerit Dupinetius, si hoc præstiterit. *Brissonius*, commentario de Verborum significatione, atque, ante, & post ipsum, non pauci, ad hâc *Stemmatis* notationem referunt geminos Martialis locos, sed extra rem, quoniam eos fefellit adulterina lectio. Prior locus est ex Amphitheatro, epigram. decimo sexto, in hæc verba: Cæsaris atque Iouis, confer nunc *Stemma*, iuuentus: pa onus vt tulerint, altiùs iste tulit. Sed prior horum versuum, vti germanus vtriusque sensus constet, sic legendus est: Cæsaris, atque Iouis, confer nunc *Schema*, iuuencos. Nam, & Iupiter, & Cæsar, tauri vterque *Schemate*, vexit suum onus, Iupiter Europen, Cæsar Alciden in theatro. Nihil itaque ad rei argumentum facit hîc *Stemma*, sed *Schema* opportunissimè, quo Poëta vtriusque suppositítij tauri figuram mutuò componit. Posterior locus est sumtus ex decimo libro, epigrammate quinquages. sexto, his verbis: Non secat, & tollit stillantem Fannius vuam, tristia saxorum *Stemmata* delet Heros: cuius epigrammatis posterior versus sic restituendus est: Tristia seruorum *stigmata* delet Eros. Nam totum epigramma est de re medica & chirurgica, quò non pertinent nec saxa, nec stemmata. Constat porrò agi eo loco, præter cæteras curationes medicas, de abstergendis, & abolendis stigmatis, mancipiorum vultibus per sæuitiam inustis.

¶ II Stemmatis appellationem, ab coronis floreis, & frondeis, Latini traduxerunt ad res duas similitudine illis maximè affines, ad genealogicarum scilicet tabularum, & gentilitiarum ex cera imaginum orbiculatos in corollam valuulos. Veteres enim Iureconsulti eas cellulas, quibus cognatorum

torum vel propria vocabula inserebant,in schematibus genealogicis,*Stemmata* vocabant, vt hodiéque vocant. Eodem item nomine veteres scriptores appellarunt lineares illos,vel floreos,frondcósve orbiculos,quibus includebantur cerearum gentis cuiusque Romanæ imaginum breuiculæ epigraphæ,veluti corollis circumscriptæ:vtrisque autem illis,orbiculatis cellulis, & valuulis, cognationum singuli gradus distinguebantur.Eo autem de genere *Stemmatum* sic habet Cornutus Interpres Persij ad citatum,suprà versum, satyræ tertiæ, *Stemmate* quòd Tusco ramum millesime ducis. *Stemmata* dicuntur, inquit, ramusculi, quos etiamnum faciunt Aduocati,in Iure,cùm partiuntur gradus cognatorum:vt puta.Ille,filius illius:ille, pater illius.*Stemmata* porrò appellantur, παρὰ τὸ στέφαι, quasi surculo inflexo coronentur singuli quique cognatorum gradus. Sic Cornutus, qui *ramusculi* vocabulo, intextam arborario surculo corollam significat. *Par le mot de* Stemmata, *faut conceuoir, & antandre, ces rondeaux de rainseaux d'arbre, pliés an cercle, à guise de coronne,dont vsent les Aduocats, an matiere de droit, & de successions, quand ils dressent leur arbre de consanguinité, & marquent distinctemant chaque personne, & degré de la race, dans chacun de ces rondeaux.* Ad eumdem planè modum, de gentilitiis, ex cera imaginibus Romanæ nobilitatis, tradit *Plinius*, libro tricesimo, capite secundo. Imagines erant, quæ spectabantur, non signa externorum artificum, nec æra, aut marmora. Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, vt essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera. Semper, defuncto aliquo, totus aderat eius gentis, quæ vnquam fuerat, populus. *Stemma-*

ta verò difcurrebant lineis ad pictas imagines. *Chés les nobles Romains iadis, on voioit dans des fales, & galeries, de leurs baffes courts, des images, & non des curieufes pieces de bronze, ou de marbre. C'etoient des vifages, ou pectoraux de tous les defunts de la race, tirés au vif an cire, rangés ordonnémant, chacun dans fon aumoire, ou niche ouuerte par deuant, referués à deffein pour les montrer, & les faire marcher, de fuite, & par honneur, aux conuois, & pompes funebres des trepafsés de l'eftoc & race. Car aux obfeques de qui que ce fut de meme nom, & race, etoient portées, & affiftoient toutes les images, qui iufques alors auoient eté tirées. Or les rondeaux contenans le nom, qualité, & degré de confanguinité, de chaque perfonne de la race, etoient coulis, & gliffoient aisémant, du long d'vne cordele, pour fe ranger chacun à fon image, & la faire connoitre.* Hunc locum Dupinetius, Plinij vernaculus Interpres, ficut alios huius generis parum expeditos, fuo more, meris inuoluit tenebris. Ridiculè verò facit, cùm cereas Romanarum gentium imagines, perpetuò vfurpat, pro fcutariis fymbolis, & Francico vocabulo, *Armoiries*, femper explicat, & vertit.

¶ 111 Stemma verò ab notis, & fignis, ad res ipfas, hifce notis defignatas, vfu, ac fignificatione ita tranfiit, vt eodem tempore cœptum fit vfurpari, pro fingulis gentilitiis gradibus, hoc eft, pro quibufque & ftirpibus, & capitibus cuiuf que gentis, tam in ftructo illo cerearum imaginum agmine, quàm in arborario cognatorum fchemate. Quinetiam fumtum eft *ftemma* pro tota genealogica tabula, & pro vniuerfa ferie ac turba cerearum imaginum. *An meme tans, on a co[...]*
man[...]

mancé à prandre le mot de , Stemma, *& pour les rondeaux des noms , & qualités de chaque tete de genealogie , és arbres de consanguinité : & pour chaque degré meme de consanguinité , tracé an l'arbre , ou specifié an l'ordre , & suite rangée des images , & pectoraux de cire , de la noblesse Romaine.* Obiectum Cassio Longino, Iureconsulto , quòd in vetere gentilium *stemmate*, imaginem Cassij , percussoris Caij Cæsaris, retinuisset. *Suetonius* , Nerone,capite tricesimo septimo. *On reprocha à Cassius Longinus , Iurisconsulte , qu'il auoit conserué l'image , le pectoral de cire de Cassius , l'vn des assassins de Iules Cesar , dans le cors des images des plus anciens de sa race.* Galba , haud dubiè nobilissimus, magnáque , ac vetere prosapia ; vt qui , statuarum titulis , pronepotem se Quincti Catuli Capitolini semper adscripserit : Imperator verò, etiam *stemma* in atrio proposuerit , quo , paternam originem , ad Iouem ; maternam autem , ad Pasiphaën , Minoïs vxorem referret. *Suetonius*, Galba , capite secundo. *Galba exposa,an vne sale de sa basse court , toute la suite,tout le train de sa genealogie , an images de cire , par lequel il rapportoit son estoc , l'origine de sa race paternele , à Iupiter , & de la maternele,à Pasiphaë , famme du Roi Minos.* Alexander Seuerus,Imperator , *stemma* generis depinxerat , quo ostendebatur, genus eius à Metellis descendere. *Lampridius* , Alexandro. *Alexandre Seuere auoit fait tracer la genealogie de ses ancetres, par laquelle il paroissoit , que sa race prenoit sa source des Metelles , tres-nobles , & trés-anciens Romains.* Stemmata quid faciunt?quid prodest,Pontice,longo sanguine censeri, pictósque ostendere vultus maiorum , & stantes in curribus Æmilianos?

Tota licèt veteres exornent vndique ceræ atria, nobilitas sola est, atque vnica virtus. *Iuuenalis*, sat. octaua. Atria Pisonum stabant cum *stemmate* toto,& docti Senecæ ter numeranda domus. *Martialis* libro quarto, epigr. quadrages. *La maison de Pise, auec toute sa noble race, m'etoit ouuerte, & faisoit pour moi.* Cùm sibi redire de patruelibus fundis ducenta clamat coccinatus Euclides, Corinthióque plura de suburbano, longúmque pulchra stemma repetit ab Læda. *Martialis* libro quinto, epigr. tricesimo sexto. *Et outre ses incomparables moiens, il rapporte l'ancien estoc de sa race à la belle Leda.* Hoc satis? an deceat pulmonem rumpere ventis, *stemmate* quod Tusco ramum millesime ducis. *Persius*, satyra tertia. *Scauoir-mon, s'il est seant, que tu racontes & presches par tout la noblesse de ton extraction, jusques à perte d'haleine, d'autant que tu es, ou crois d'etre au millieme degré de pere à fils, d'vne tres-noble race de Toscane.* Huic *Stemmatis* notioni adscribi pleríque putant legem nonam, D. De gradibus & affinibus, cuius est initium. *Stemmata* cognationum directo limite separantur: & ex *Suetonij* Augusto, capitis nonagesimi quarti locum hunc: Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, vt Stemma suum vulgauerit: sed vtroque loco vitiosa est lectio, *Stemmata*, & *Stemma*, pro, Themata, & Thema, vt proximo capite ostendemus.

¶ IV *Stemma* quoties apud Iureconsultos adhibetur, pro ipso integro schemate genealogico, pro integra cognationis tabula, arborariam in speciem expressa, certum quoddam genus est genealogicæ imaginis, peculiaribus adstrictum legibus, quo nomine differt ab cognationis *thema-*

te,

te, quod est aliud, & lariùs patens, genealogicæ tabulæ genus. Est porrò multiplex discrimen inter *Stemma* & *Thema* Iureconsultorum, quorum illud primum est, quo, in Stemmate delineando, sola propria nomina capitum singulorum gentis cuiusque exprimuntur: in Themate verò, communia tantùm vocabula cognationis. De propriè dicto *Stemmate* accipienda sunt hæc, & huius generis: Ab Ioue prognatus est, vt perhibent, Tantalus, ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem satus est Atreus, qui nostrum propagat genus. *Fabius* nono. Item: Si Saturnus Deus est, patrem quoque eius Cælum, Deum esse, confitendum est. Quòd si ita est, Cæli quoque parentes Dii, Æther & Dies, eorúmque fratres, qui ab genealogis antiquis sic denominantur. *Tullius*, tertio de Natura Deorum, sectione quadragesima. Huius generis pleraque sunt apud Poëtas, Historicos, & cæteros Scriptores. Sed præstat hoc *Stemmatis*, & *Thematis* discrimen, proposito vtriusque schemate, oculis spectandum subiicere.

Stemma.

Cælus.

Saturnus.

Iupiter, Neptunus, Orcus.

Thema.

Proauus.

Auus. Propatruus.

Pater. Propior sobrino.

Is, de quo quæritur. Sobrinus.

Mistum ex *Stemmate* ac Thema exemplum posueris, si dices: Cælo filius fuit Saturnus: nepo-

tes, Iupiter, Neptunus, Orcus : pronepotes, Apollo, Vulcanus, Mercurius: Vel sic, Mercurio parens fuit Iupiter, auus Saturnus, proauus Cælus: Vel sic, Cælo pronepos fuit Mercurius: nepos Iupiter: filius Saturnus. Porrò lex nona de Gradibus, & Affinitatibus, quæ vulgò ad Stemmata referri solet, non ad ea pertinet, sed ad Themata, & sic restituendus eius contextus: *Themata* cognationum, (non *Stemmata*) directo limite in duas lineas separantur, quarum altera superior, altera inferior. Ex superiore autem, & secundo gradu, transuersæ lineæ pendent. Ille item Suetonij locus, in Augusto, capite nonages. quarto, quem vulgus de stemmate genealogico accipit, ad Themata, seu positus Astrologicos Planetarum pertinet, non ad Stemmata, aut Themata genealogica, & sic legendus est: Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, vt Thema suum vulgauerit, nummúmque argenteum, nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit. *Dés l'instant, que Theogenes eut pronostiqué à Octauius, les heureux effets de son ascandant, il conceut si grande asseurance de son destin à l'ampire, qu'il publia son horoscope, & fit ietter vne medaille d'argeant, marquée du signe de Capricorne, sous lequel il etoit né.*

STERNO, areis, viis, porticibus, templis, pauimento muniendis, frequenter accommodatur. Cic. 14. At. 16. Dolabella columnam sustulit, locum illum sternendum locauit. *Il a baillé la tache pour faire pauer cete place.* Liuius l. 10. 69. Semitam quadrato saxo à Capena ad Martis strauerunt Ædiles Curules, ex eo, quod redactum est. *Dez la porte Capena iusques au tample de Mars.*

STIPVLOR, forense verbum, idem est quod, Postulo, ex sollemni iuris formula, mihi quidpiam ab alio promitti. Cicero in oratione pro Qu. Rosc. 13. Reliquum est, vt stipulatum se esse dicat. Stipulatus es? vbi? quo die? quo tempore? quo præsente? quis spopondisse me dicit? nemo. Ibidem 14. Hæc pecunia necesse est, aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit. Stipulatam non esse taciturnitas testium concedit. 2. de leg. 53. Eodem loco res sit, quasi ea pecunia legata non esset, si is, cui legatum est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est, vt ea pecunia & stipulatione debeatur. *Si quelcun a stipulé auec vn autre, c'est à dire, lui a d. mandé, s'il ne veut pas bailler, ou faire telle, ou telle chose an sa faueur.* V. Restipulor.

STO. Ab aliquo, cum aliquo stare, sicut facere ab, cum, pro aliquo, esse partium eius, stare contra, in, aduersùs aliquem. Nemo contra perditos ciues à Senatu, & à bonorum causa stetit constantiùs. de Cla. *N'a tenu, suiui le parti des geans de bien plus constammant, perseueramment.* Stare à mendacio contra verum. de Inuent. A se potiùs legem, quàm ab aduersario stare. Ibid. Probare rationem aliquam, quòd ab ea steterint viri probatissimi. ad Heren. Quemadmodum ei dicebamus, qui à scripto diceret, hoc fore vtilissimum, si quid de æquitate ea, quæ cum aduersario staret, derogasset: sic hunc, qui contra scriptum diceret, &c. de Inu.

II Stare alicui aliquid, pro, certum, & ratum esse. Modò nobis stet illud, vnà viuere in studiis. Epist. *Que cela soit arresté, conclu.* Neque adhuc stabat, quò potissimùm, sed scies. 3. Att. 13.

111 Stare conuentis, iudicio alicuius, &c. cum ablatiuo, cum præpositione, aut sine ea. Stare conuentis. 3. Off. 95. *Tenir, obseruer les conuantions, l'accord fait auec autrui, sur quelque differant, ou negoce.* Qui his rebus iudicatis standum putat. pro Clu. *Aquiescer, se tenir à la santance randuë.* Extra quam, si ita negotium gestum est, vt eo stari non oporteat. Attic. *Ne s'y arreter pas.* Meo iudicio multò stare malo, quàm omnium reliquorum. Censores ipsi sæpè superiorum Censorum iudiciis non stant. pro Clu. *Ne suiuent les Santances, les Iugemans randus par leurs predecesseurs.* Si statuimus vestro de nobis iudicio standum esse. pro Flac. Non enim Regulus suo iudicio stetit, sed suscepit causam, vt esset iudicium Senatus. Offic. L. Gellij iudicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius, & vterque Censoris opinione standum nō putauit. pro Cl. Promissis standum esse. Off. Omnes cupiebant, Cæsarem stare conditionibus iis, quas tulisset. *Qu'il se tint aux offres, qu'il auoit faits, au parti qu'il auoit presanté.* Stare in eo, quod sit iudicatum. de Fin. Caius Marius dedit fidem, sed in fide non stetit. pro Rabir. Si in eo, quod ostenderat, non stat, mihi placet, ea, quæ malè emta sunt, reddi. Attic. Vt illi planè suo iudicio stare non liceret. in P.

STOMACHOR alicui, cum aliquo, aliquid stomachor. 10. Fam. 26. Iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremis. 2. Orat. 267. Scipio cùm stomacharetur cum C. Metello. 14. Attic. 24. Amariorem me facit senectus, stomachor omnia.

Stomachus, pro bile, aut ira, & indignatione sæpè vsurpatur. Epistola plena stomachi, & querelarum. Q. Fr. Ne in me stomachum erumpant, cùm sint tibi irati. *Qu'ils ne se dechargent sur moi, à ton occasion.*

occasion. Hæc mihi maiori ſtomacho, quàm ipſi Quinctio fuerunt. *M'ont plus offausé, indigné.* Homo exarſit iracundia, & ſtomacho. I. V. Si mihi, homini vehementer occupato, ſtomachum moueritis. pro Mur. Noſti ſtomachi mei faſtidium in hominum indignitate inſolentium. Ep. Ridere in ſtomacho. Ep.

STVDEO. Studere homini alicui, & Studioſum eſſe alicuius, pro, operam nauare, fauere, adeſſe. Si partes, quibus illi ſtudent, lædantur. ad Her. Cur quemquam, vt ſtudeat tibi, vt te adiuuet, rogas? Pro Mur. Nemo Arpinas non Plancio ſtuduit. Pro Plãc. Multi boni adoleſcentes illi homini nequam, atque improbo ſtuduerunt. pro Cœl. Cœlius ſtuduit Catilinæ iterum petenti. Pompeius Scauro ſtudet, vtrùm fronte, an mente, dubitatur. 4. Attic. 14. *Lon doute, ſi c'eſt à bon eſciant, ou par feintiſe.* Ego mei ſtudioſos habeo Dyrrachinos. in V. Habet enim certos ſui ſtudioſos, & c. de Cla. Democritus ſtudioſus nobilitatis. Acad. Attici noſtri te valdè ſtudioſum eſſe cognoui. Item. Eques Romanus, vetus amicus ſuus, ſtudioſus, amans, obſeruans ſui. Pro Rab. Poſt. Sic vſurpatur Studium alicuius, pro fauore, amore erga aliquem. Pro meo ſtudio, quod in vos habuit ſemper. de Inu. Tua erga me officia, plena tuí ſuauiſſimi ſtudij. Attic. Cognoui tua ſtudia in amicos, etiam in re amicorum. Att. Tibi polliceor eximium, & ſingulare meum ſtudium. Ep. Studium erga me tuum multis in rebus perſpexi. Ep. Hæc amicorum ſtudia debilitant. Mur. Te rogo, vt omnia tua ſtudia in eum conferas. Q. Fr. Pompeius ſignificat ſtudium erga me non mediocre.

II Studere, pro, Vehementer cupere, operam dare, idque frequenter cum infinitiuo. Ego ſemper otio ſtudui. in Ac. Cùm ſerò ſentiunt, fruſtra ſe, aut

pecuniæ ſtuduiſſe, aut imperiis, aut opibus, aut gloriæ. de Fin. Cœlius ſtuduit Præturæ. Pro Cœl. Scite igitur ſtudeo, quid egeritis. Attic. Studeo ex te audire. Topic. Studeo facere aliquid. Pro S R. Ars demonſtrat, vbi ſit illud, quod ſtudeat inuenire. de Orat.

111 Cum accuſatiuo, eodem ſenſu. Cùm verò literas ſtudere incipit, & helluo immanis cum Græculis philoſophari. Poſtquàm in Sen.: 3. id eſt, cùm literas cupere, ad literas vehementer affici incipit. *Quand il commance à s'affectionner à l'etude.* Vt ipſum, quod ſtudet, facere poſſit ornatiùs. Fin. Facilè cognoui ex tuis literis, quod ſemper ſtudui. Ep. Vnum ſentitis omnes, omnes vnum ſtudetis. in Ant. Studet tui, id eſt, curam tuî habet, ſic locutus eſt Poëta, quem citat Cic. 3. Nat. 72.

SVBDVCO. Subducere aliquid, pro, ſubtrahere, deducere, demere. Subduc cibum athletæ: ferre non poterit. 2. Tuſc. 40. Subducere id, quo nititur aduerſariorum cauſa. de Inu. *Leur ſaper dextremant le fondemant de leur cauſe, leur an diuertir l'vſage.* Neque intelligunt, ſe illarum rerum fundamenta ſubducere. de Fin.

11 Subducere, ratiocinatorum eſt. 5. Attic. 21. Subducamus ſummam, id eſt, addendo, deducendóque videamus, quæ ſumma fiat. *Sommons an deduiſant & rabatant, verifions le conte, & l'arretons.* Subducere rationes, putare, inire computare, conferre rationes. *Faire conte, rapporter les miſes aux recetes, les confronter anſamble.* Aſſident, ſubducunt ad nummum, conuenit. ibidem. *Ils somment iuſques à vn denier. Ils demeurent d'accord, les contes ſont arretés.* Vel, vt alij legunt, & diſtinguunt, ad nummum conuenit. *Il n'i a pas meconte d'vn denier.* Hoc quid interſit, ſi tuos digitos noui, certè

certè habes ſubductum. Att. *Si ie ne me trompe, ſi bien ie cognoi, comme tu contes l'ien, tu as deia ſommé cela, tu ſçais ce qu'an eſt.* Rationibúſque ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum. Item: Voluptatúmne calculis ſubductis prælium ineunt? de Fin.

III Subducere nauem, deminuta oratione, pro, in terram, in aridum ſubducere nauem. *La metre à terre, la metre à ſec, ſoit pour la refaire, ou calfeutrer, ſoit pour la garantir de la tampete.* Cæſar tertio ciuilis belli. Naues reliquas, ſi vellet ſubduci, vt refici iuberet. *Liuius* viceſimo ſexto. Cùm Tarraconem nauibus veniſſet Scipio, & nauibus ſubductis, ſocios quoque nauales armaſſet. *Liuius* quadrageſimo quinto. Naues regiæ, captæ de Macedonibus, inuſitatæ antè magnitudinis in campo Martio ſubductæ. Virgilius primo Æneidos: Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem, & ſiluis aptare trabes.

SVBIICIO. Subiicere ſub verbo, ſub voce, ſub vocabulo, rem, ſenſum, ſententiam, vim. Subiicere verbo, voci, vocabulo, ſenſum, ſententiam. *Comprandre, antandre ſous tel, & tel mot, tel ſans, telle ſignification.* 2. de Fin. 13. Huic verbo (voluptas) omnes, qui vbique ſunt, qui Latinè ſciunt, duas res ſubiiciunt: lætitiam in animo, commotionem ſuauem iucunditatis in corpore. 2. de Fin. 48. Neque vident, ſub hac voce honeſtatis, quæ ſit ſubiicienda ſententia. *Ils ne conçoiuent pas, que c'eſt, qu'on doit antandre ſous le mot d'honneteté. Ils ne ſçauent pas, an quoi conſiſte la vraie proprieté, & ſignification de ce mot.* 1. de Orat. 51. Sonitus inanis verborum, nulla ſubiecta ſententia, nec ſcientia. 2. de Fin. 6. Epicurum, qui crebrò dicat, diligenter oportere exprimi, quæ vis ſubiecta ſit vo-

 cibus,

cibus, non intelligere interdum, quid sonet hæc vox voluptatis: id est, quæ res huic voci subiiciatur.

II Subiicere sub oculis, sub aspectu, sub oculos, sub sensus, sub aspectum. Subiicere oculis, aspectui. *Represanter clairemant, naïuemant, viuemant, au vif, deuant les ïeux quelque chose, par son discours, ou autremant.* 4. Herenn. 61. Hoc simile, exornatione vtriusque rei, sub aspectu omnium rem subiecit. 4. Acad. 74. Nũ ergo Empedocles excæcat nos, aut orbat sensibus, si parum magnam vim censet in iis esse, ad ea, quæ sub eos subiecta sunt, indicanda? Orat. 139. Sæpè rem dicendo subiiciet oculis. 3. de Orat. 300. Rerum, quasi gerantur, sub aspectum penè subiectio. *Represantation des choses, si naturelemant exhibées par la parole de l'Orateur, comme si on les voioit deuant ses ïeux.*

III Subiicere testamenta, est, falsa pro veris subdere, substituere. *Supposer des faux testamans pour, an vertu d'iceux, anuahir la succession d'autrui.* 14. Anton. 7. Testamenta, credo, subiiciunt, aut eiiciunt vicinos, aut adolescentulos circumscribunt. 2. Catil. 7. Quis parricida, quis testamentorum subiector, quis circumscriptor inueniri potest, qui se cum Catilina non familiarissimè vixisse fateatur?

¶ SVBLINO, ere. Familiare verbum est rei pigmentariæ, ad eos colores explicandos, qui coloribus aliis, præparandæ idoneæ, hoc est, tenaciori, & illustriori sedi, substernuntur. Chrysocollam tribus coloribus distinguunt, asperam, mediam, attritam, quam & herbaceam vocant. Sublinunt autem arenosam, priùs quàm inducant, atramento, & parætonio. *Plinius*, tricesimo tertio, cap. quinto. *Les peintres amploient le noir de vitriol, & le blanc de terre grasse*

grasse d'Egypte,pour base, & fondemant du verd de terre,font les couches des susdites couleurs, & la charge de verd de terre. Sublini Syrico minium compendij ratio demonstrat. *Plinius*,tricesi.tertio, cap. septimo. *Le profit, & l'expedition promte de la besogne,montre,qu'il est à propos, d'ampleier le bleuf de boli armeni pour premiere couche du vermeillon. Que la charge du vermeillon reussit bien,quand elle a pour premieres couches,& fondemant de peinture, la terre bleune d'ombre.* Terra Lemnia minium sublinunt, adulterántque. *Plinius*,tricesimo quinto, cap. sexto. *Les peintres font au vermeillon sa premiere couche de croie rouge,& le corrompent,le sophistiquent aussi auec la meme croie, melangée par dedans.* Inter factitios colores,est Syricum,quo minium sublini diximus. *Plinius*, tricesi quinto,cap.sexto. *Antre lēs couleurs faitisses, artificieles, on met le bleuf de terre d'ombre, qu'on fait seruir de couche à la charge du vermeillon.* Pingentes, sandyce sublita, mox ouo inducentes purpurissum,fulgorem minij faciunt. *Plin.* tricesimo quinto, cap. sexto. *Ceux, qui peignent an rouge, la couche faite de mine, ou d'arsenic rouge, & la chargeant de rosete, detrampée auec le iaune de l'œuf, expriment par ce moien l'eclat du vermeillon.* Si purpuram facere malunt, cæruleum sublinunt, mox purpurissum ex ouo inducunt. Idem ibidem. *S'ils aiment mieux peindre an pourpre,ils font la couche d'azur,& la charge de rosete,detrampée an iaune d'œuf.*

¶ 11 Sublinere os alicui, cum dolo circumvenire, ex insidiis ei imponere, ducta dicendi formula, ex eo ludi genere, quòd dormientibus, vel inopinantibus,os fuligine inficitur. Fidei censebam maximam multò fidem esse, sed ea subleuit os mihi penissimè. *Plautus*, Aulularia,scena vicesi. secunda.

Ego

Ego, si allegassem aliquem ad hoc negotium, minùs hominem, quàm doctum, minúsque ad hanc rem callidum, os sublitum esset. Plautus Captiuis.

SVBSCRIBO. Subscribere dicuntur in iudiciis, qui vnà cum accusatoribus rei nomen deferunt, ideóque subscriptores dicũtur, & subscriptio, eorum opera, quæ in eo versatur, vt accusatorem partim iuuent, partim obseruent, ne præuaricetur, atque vt chartas, & instrumenta causæ custodiant. Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, subscribente priuigno Memmio. pro Qu. R. *S'adioignant à lui contre l'accusé.* Et qui Quæstor istius fuisset, & ab isto læsus, inimicitias iustas persequeretur, non modò deferendi nominis, sed ne subscribendi quidem facerent potestatem. 3. Verr. L. Apuleium esse proximum subscriptorem. 1. Verr. *Qui s'est adioint à Cæcilius, pour accuser Verres.* Nihil accusatore Lentulo, subscriptoribúsque eius infantius. Qu. Fr. l. 3. Exercitatus, & disertus subscriptor. Qui subscriptionem sibi postularunt, cuicumque vos delationem dedissetis. in V. *D'etre adioints, à quiconque seroit receu pour accuser.* At venit paratus cum subscriptoribus exercitatis. in V. Ille nouitius Ligur, venalis adscriptor, & subscriptor tuus. pro Dom. ADSCRIPTOR. Sicut subscriptor accusanti, ita adscriptor defendenti operam nauabat. Is fuit non modò salutis meæ defensor, verùm etiam dignitatis. Post q. In me restituendo auctorem, adscriptorémque fuisse videtis. ibid.

11 Subscribere causam, in aliquem, vel de aliquo, subscribere, non est, quod aliquis docet, iudicium aliquod sua sententia approbare: sed est iudicare, & damnare aliquem, quod de Censorum nota propriè dicitur apud Ciceronem. Video, animaduertisse

ſſe Cenſores in Iudicio, quoſdam illius conſilij
uniani, cùm iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent.
ro Cluent. 119. Hîc animaduertere, & ſubſcribe-
e cauſam, idem eſt, quod liquidò conſtat ex ſub-
iunctis locis, quibus Cenſoriæ ſubſcriptiones, ani-
maduerſiones, notæ, notationes, condemnationes,
iudicia Cenſoria, pro eodem ponuntur. Videte, ne
Cenſoribus poteſtatem regiam permittatis: ne ſub-
ſcriptio Cenſoria, non minùs calamitatis ciuibus,
quàm illa acerbiſſima proſcriptio poſſit afferre.
ibid. 823. Videamus, quid tandem Cenſores de
illo corrupto iudicio iudicaſſe dicantur. Ibid.
& deinde continenter. Illud ſtatuamus, vtrùm,
quia Cenſores ſubſcripſerunt, ita ſit: an, quia,
ita fuerit, illi ſcripſerint. Nam hæc quidem,
quæ de iudicio corrupto ſubſcripſerint, quis eſt,
qui ab illis ſatis cognita, & diligenter iudicata
arbitretur? ibid. 126. In M. Aquilium, & in T.
Guttam video eſſe ſubſcriptum. &, Duos ſolos
video auctoritate Cenſoria affines ei turpitudi-
ni iudicari. Ad notationes, auctoritatémque
Cenſoriam exemplum à conſuetudine militari
tranſtuliſſe; vt ſi à multis eſſet flagitium admiſ-
ſum, in quoſdam animaduerteretur. 128. Præ-
termitti à Cenſoribus, & negligi macula iudicio-
rum poſſe non videbatur, homines, quos cæteris vi-
tiis, atque omni dedecore infames videbant, eos
hac quoque ſubſcriptione notare voluerunt: & eò
magis, quòd illo tempore, illis Cenſoribus, erant iu-
dicia cum equeſtri ordine communicata. Ibid. 139.
In L. Popilium ſubſcripſit L. Gellius, quòd is pe-
cuniam accepiſſet, quò innocentem condemnaret,
&c. Verùm eſto, condemnat Popilium Gellius: iu-
dicat accepiſſe à Cluentio pecuniam. 132. Vide
hoc loco apertè, Subſcribere in aliquem, eſſe cum
condemna

condemnare:non autem alienum iudicium suo calculo probare:Censores enim Iudices ipsimet erant morum, non alieni iudicij suffragatores. Expende & hoc:Consideres diligenter, vtrùm Censorium iudicium graue velis esse, an Ægnatij: si Ægnatij, leue est, quòd Censores de cæteris subscripserunt. Ipsum enim Ægnatium ex senatu eiecerunt. Sin autem Censorium, hunc Ægnatium, quem pater Censoria subscriptione exhæredauit, &c. Ecce, quid sit subscribere de aliquo, è Senatu eiicere, exhæredare, quæ grauissima sunt iudicia.

III Subscribere aliàs, in Censoriis etiam notis, est,culpam,propter quam nota Censoria inusta sit, alicui exprimere, & decreto Censorio subiungere. Appius Censor C. Ateium notauit, quòd ementitum auspicia subscripserit, &c. Esto, fuerit hoc Censoris, si iudicabat ementitum. At illud minimè Auguris,quod adscripsit, ob eam causam pop. Romanum maximam calamitatem cepisse. 1. Diu. 29. Ex hoc loco,aliisque coniectura duci potest, Subscribere, idem quod condemnare, Censoribus fuisse, quòd suis sententiis, non tantùm culpam Rei, sed quantum mali ex culpa secutum esset, adscriberent.

IV Subscribi,& Subscriptio,erant vsitata vocabula in prædiorum, & cæterarum rerum professionibus apud Censores, aut decumanos referendis. Numerus aratorum quotannis apud magistratus subscribitur. 5. Verr. 120. *On baille le denombremant des laboureurs, de ceux, qui cultiuent à tache les fonds du public.* In agro Leontino iugerum subscriptio, ac professio non est plus triginta. 6. Verr. 113. *La declaration de l'etanduë de ce terroir ne reuient qu'à trante iournaux.*

SVB

SVBSIGNO eamdem notionem habet, atque ubscribo, in censu, ac professione bonorum edéda. Tullius pro Flac. sect. 80. Quæro, síntne ista prædia censui censendo: habeántne ius ciuile, sint, nécne int Mancipi: subsignari apud ærarium, apud Censorem possint? *Ie demande si ces fonds peuuent legitimemant etre donnez par declaration au çanseur, & enregitrez au tresor, comme etans de la qualité requise, & de domaine propre d'vn citoien Romain.* V. Censeo, Dedico, Profiteor, Subscribo.

II Subsignare aliquid, subsignare alicui quidpiam, est, profitendo, subsignando id obligare. Pecunię dimidia pars dabitur, vbi prædia satis subsignata erunt. Lex Puteolana operis faciundi. *La moitié du pris de la besogne sera contée, quand les cautions des ouuriers auront fait paroitre des fonds, qu'ils hypothequent pour la tache, & les i auront obligez.* L. Qui ob hoc. C. de iure immun. Non honori conductorum datum, ne compellantur ad munera mancipalia: sed ne extenuentur facultates subsignatæ Fisco. *Qui sont données par role, & hypothequées au Prince, à cause de l'administration, qu'ils ont an main, des afaires d'icelui.*

¶ SVM. Æstimationibus, pretiis, dotibus, meritis exponendis, peridoneum est hoc verbum, eóque frequenter ad id muneris adhibetur, & eleganter. Bona huius, quæ sunt sexagies, supple, *centenis millibus*, duobus millibus nummûm se emisse dicit Chrysogonus. *Tullius*, pro Sexto Roscio, sect. sexta. *Les biens de cetui, qui sont estimés, qui valent, six millions de sesterces, Chrysogenus, à ce qu'il dit, les a achetés pour le pris de deux mille.* Panurgus, ex qua parte erat Fannij, non erat quinquagenis millibus sestertiûm; ex qua parte erat Roscij, amplius erat sestertiûm centenis millibus. *Tullius*, pro

Q. Ro

Q. Roscio, sect. vicef. oct. *Ce braue Comedien & serf Panurgus, quant à la part, que Fannius auoit, c'est à dire, quant au cors, ne valoit cinquante mille sesterces: mais quant à celle de Roscius, & quant à l'art & sciance de comedie, qu'il tenoit de Roscius, il surpassoit le pris de çant mille sesterces.* Cùm in Sicilia sestertiis binis tritici esset modius. *Tullius*, quinta Verrina, sect. centes. nonag. oct. *Lors qu'an Sicile le boisseau de fromant etoit à deux sesterces, qui reuiennent à trante deux deniers tournois.* Mancipia venibant Saturnalibus tertiis. Cùm hæc scribebam in tribunali, res erat ad sestertiûm centena vicena millia. *Tullius*, quinto ad Attic. vicesima. *Les esclaues de ma conquete sur l'annemi se vandoient le troisiéme iour des Saturnales. Et lors que i'ecriuoi la presante, an mon Tribunal, l'ancheré d'iceux etoit montée à six vint mille sesterces.* Philomelensibus expedire, quanti Ephesi sit frumentum, tantum dare potiùs in Phrygia, quàm Ephesum portare. *Tullius*, quinta Verr. sect. centes. nonag. prima. *Qu'il est expediant aux habitans de Philomelos, ville de Phrygie, obligés à vne contribution de blé, paiable à Ephese, de debourser argeant an leur païs pour ce blé, à rate de ce, qu'il se vand à Ephese, plutot que d'i anuoier le blé, auquel ils sont tenus.* Vt quisque, quod plurimi est, possidet, ita ditissimus habendus est. *Tullius*, paradoxo sexto. *A mesure qu'aucun possede ce, qui est le plus precieux, c'est à dire, la vertu, il doit etre iugé le plus riche de tous.*

¶ 11 Sum, accedente sexto casu, animi, corporis, fortunæ statum, quo quis affectus sit, eleganter exprimit. Antè, quàm tuas legi litteras, in hominem ire cupiebam, non vt differrem cum eo vadimonium; nam mira sum alacritate ad litigandum. *Tullius*, secundo ad Atticum, septima. *Non pour*

iour, prometre de se treuuer au lieu assigné, à iour pr fix. Tullius pro Quinctio, sectione 57. Quo die vadimonium istuc factum esse dicis? Tullius de Senectute, sectione 21. Meminerunt constituta vadimonia, qui sibi, quibus ipsi debeant. *Se souuiennent des assignations prinses auec autrui, à qui ils les ont données, qui les leur a baillées.* Tullius quinta Verrina, sect. 78. Promittunt Herbitenses vadimonium Syracusas, *S'obligent d'aller comparoir à Sarragousse.* Esse vadimonium alicui cum aliquo: Vadimonium habere cum aliquo. *Auoir assignation auec quelcun, à certain iour.* Debere vadimonium cuipiam. *Lui etre tenu par promesse, de se trouuer à l'assignation donnée, ou prinse de part & d'autre.* Differre vadimonium cum aliquo. *Donner delai à sa partie. Prandre delai de commun accord. Differer le iour de l'assignation à autre tan.* Concipere vadimonium. *Conceuoir & prononcer de bouche, ou par ecrit, an termes formels, vne caution donnée, portant promesse de se represanter au iour assigné.* Obire vadimonium, venire ad vadimonium, sistere vadimonium. *Comparoir an iustice. Satisfaire à l'assignation, se represanter au iour, & lieu nommé* Missum facere vadimonium. *Remetre à sa partie l'obligation de l'assignation donnée.* Deserere vadimonium. *Faire defaut. Ne se treuuer à l'assignation baillée & prinse.* Tullius pro Quinctio, sect. 48. Næuius vadimonium sibi ait esse desertum. Quinctius ad vadimonium non venerat.

VALEO, quid differat à Possum, in quo idem valeat; vide in verbo, Possum. 6. Fam. 6. Quidquid gratia, & auctoritate valebo, tibi valebo. pro Cæcin. 55. In vno seruulo familiæ nomen non valet. *Le nom de famille ne peut valoir, ne peut auoir lieu, ne peut etre prins au vrai, an la personne d'vn seul*

seruiteur. Ibid. 89. Nam illud verbum, Vnde, in vtramque rem valet. *Signifie, represante l'vn & l'autre.* 3. Orat. 184. Hoc exprimere, mirum quiddam valet. 4. Fam. 10. Multùm intereſſe rei familiaris tuæ, te quamprimùm venire, idque in omnes partes valere. *Que ton retour etoit importãt an toutes façons, que tu le voudrois prandre.* 4. Acad. 16. Hoc contra te valere videtur. *Cete raiſon a force pour impugner ton dire.* 3. Orat. 117. Multa ante congreſſum fiunt, quæ non ad vulnus, ſed ad ſpeciem valere videntur. Poſt. in Sen. 10. Legem Tribunus plebis tulit, vt lex Ælia, & Fuſia ne valerent. *A deſſein de tollir, & abolir ces deux loix, à ce qu'elles ne fuſſent plus an pratique, an vſage.*

II Quod abeuntes, fortè non redituros, valere iubeamus, ex eo factum, vt quæ, vel neglectu, vel indignatione à nobis abdicamus, ea valere iubeamus, quaſi ſignificemus, vt ne redeant. 1. Nat. 125. Si Deus nulla hominum caritate tenetur, valeat. 16. Att. 14. Deſperatis Hippocrates vetat adhibere medicinam. Quare iſta valeant.

III Valeo, cùm pretij, & æſtimationis eſt, accuſatiuum frequẽtiùs habet apud Varronem, Columellam, Voluſium & veteres. Quare non audies, qui contrà ſine exemplo præcipiunt.

VEHO. Accidit huic verbo, quod aliis non paucis, vt vſurpetur in nonnullis, contra communem analogiam cognatorum verborum, & ideò ſic vſurpetur, quia vſurpatum eſt, vt ita adhiberetur. Cuius rei nulla alia ratio quærenda nobis eſt, cùm vſus vim ſacratæ cuiuſdam legis obtineat in verborum vſu. Non ergo audiendus Criticus ille importunus, qui locum illum Brut. 131. In te intuens, Brute, doleo, cuius in adoleſcentiam, per medias laudes, quaſi quadrigis vehentem, tranſ-

uerſa

[..]rsa incurrit misera fortuna Reip. ait se ferre [..]on posse, vt ita legatur: sed iubet reponi (quadrigis volantem) quia purgatæ aures, & Tullij lectioni assuefactæ, id genus loquendi probare nequeunt. Hîc, si locus pateretur, sexcenta proferrem ex Tullio, quæ purgatas istas aures ad satietatem offenderent: id vt faciamus, erit, vti speramus, & locus, & otium aliquando. Intereà quadrigis vehentem accipies, quasi diceret Tull. Quadrigis incedentem, aut vectum, aut inuectum. 1. Nat. 79. Qualis ille maritimus Triton pingitur natantibus inuehens belluis, adiunctis humano corpori, nolis esse. Hunc locum Criticus ille sibi sumit, vt ita mutet. Natantibus inuectus belluis. Sed ne audias, donec probet, neminem sic locutum esse, aut loqui debuisse. Æmilius Probus, in Timotheo, non solus est in hoc genere loquendi, cùm ait: Idem classi præfectus circumuehens Peloponesum. Quadrigarius, Annali sexto, apud Gellium lib. 2. cap. 2. Q. Fabio, Consuli, pater Proconsul obuiam, in equo vehens, venit. Epitome Trogi l. 11. sic habet. Iubentur oraculis eum regem obseruare, quem reuersi, primum in templum Iouis vehentem plaustro reperissent. Obuius illis Gordius fuit, statímque eum regem consalutant. Ille plaustrum, quo veheni regnum delatum fuerat, in templo Iouis positum, maiestati consecrauit regis. Sic alij probi scriptores loquuntur, quos suo loco proferemus.

VECTIGAL, est, quod penditur, transuectionis & portorij nomine, pro mercibus, quę inuehuntur, aut euehuntur: quæ appellatio deinde transiit ad omnia genera tributorum, quæ aut pascuorum, aut decumæ, aut stipendij nomine, aliáve de causa tribuerentur.

11 Vectigalis,le. Quæuis res, quæ vectigal pendi vt prouincia, ciuitas: vel cuius causa penditur, fundi, prædia: vel etiam ipsa res, quæ penditur, nummi, decumæ, equi, &c. vectigales dicuntu Romani enim, quos populos armis subegeran vectigales sibi faciebant, id est, soluendo vectiga adstrictos, aut etiam immunes à tributis, pr cuiusque merito, relinquebant. Vectigal autem im perabant agris, hinc decuma: pascuis, & pecor hinc scriptura: importatis, exportatísque rebu hinc portorium. Quibus autem grauius vectig imponebatur, ij stipendiarij, stipendio multa dicebantur. Subactos enim populos, tametsi so cios, & fœderatos Romani sæpè appellarent, ple rosque illorum nihilominùs vectigales, aut sti pendiarios esse patiebantur. Sociorum quider tria fuêre genera. Immunes dicti sunt, nullo mul tati vectigali: Vectigales, ex quorum pecore, por tibus, agris, tributum exigebant: Stipendiarij quibus imperatum erat tributum acerbius, pœ næ nomine. In eadem aliquando prouincia, ciui tas alia vectigalis, alia stipendiaria fuit, pro arbi trio populi Rom. aut pro merito earum. Ponamu exempla de singulis. Ager vectigalis populi Rom ex parte decima. 5. Verr. 103. *Terroir, qui pai de rante annuele la dixieme de ses fruits, les di mes.* Idem ager decumanus pop. Rom. etiam di cebatur. Erant & agri vectigales ex vicesima, ex quinquagesima, immò ex tertia, quarta, &c. I vectigalem fecit prouinciam, singulis rebus, quæ cunque venirent, portorio imposito. In Pisonem 87. *L'a randue tributaire, imposant le peage de l'an trée, de la traite, sur les marchandises.* Naues ex ve ctigali pecunia fecerat. 3. Verr. 89. *Des finances du public, de l'argeant des tailles.* Græci sunt vectigales. 1.

Qu

Qu. Fr. 26. *Tributaires aux Romains.* Tradere equos vectigales alicui. 2. Ant. 62. *Cheuaux, qu'on doit, qu'on paie an qualité, sous le nom de tribut.* Hispani agro, stipendióque multati. pro Balb. *Le terroir desquels a eté confisqué au public au peuple Romain: & an outre leur a eté imposée grosse taille, gros tribut pecuniaire.* Inter Siciliam, cæterásque prouincias, in agrorum vectigalium rationibus, hoc interest, quòd cæteris, aut impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur, vt Hispanis, & plerisque Pœnorum, quasi victoriæ præmium, ac pœna belli: aut Censoria locatio constituta est, vt Asiæ. 5. Verr. 12. Stipendiarium vectigal, & Censoris locatio, scilicet, publicorum censuum, est idem, quod antè dixit, agro, stipendióque multatos Hispanos. Perpaucæ Siciliæ ciuitates bello subactæ, quarum ager, cùm esset publicus pop. Rom. factus, tamen illis est redditus. Is ager à Censoribus locari solet. ibid. *Leur terroir aiant eté cõfisqué au peuple Romain, reduit au Domaine, leur a depuis eté quité, an retenant le droit de la rante annuele des dimes: les arrantemans desquelles etoient du maniemant des çanseurs.* Publicum fieri aliquid, dixit Tull. quod aliàs, publicari, sæpè. *Etre confisqué au public: etre adiugé au commun des Romains.* Inde publica quoque dicta sunt, quæ hac ratione, aut alia, populo Romano quæsita essent. *Le Domaine, le reuenu du public.* Qualia erant Decumæ, Portorium, Scriptura. Vt Publicanis satisfacias, præsertim publicis malè redemtis. Quint. Frat. lib. 1. epist. 1. *Tache de contanter les fermiers du reuenu public, an ce qu'ils se trouueront auoir arranté trop cher, an ce qu'ils seront greuez, pour auoir fait valoir les finances du commun, faisans des mises trop hautes.* Ex eo, quòd publica populi Rom. exercerent, hoc est, à pop. redimerent, eáque exigerent,

Publicani

Publicani dicti sunt: Mancipes illi, qui huic negotio præessent.

VECTORES. Eos, qui vehuntur, significari hoc verbo, vulgo notum non est. Malè vehi malo, alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus benè gubernare. Att. Summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent. I. A. Si id vectores negarent. pro Sest. Vectores timidi aduersa tempestate. de N. Naui eius & ipso conuectore me vsurum puto. 10. Att. 19. Conuector alicuius. *Qui est porté auec lui dans le meme vaisseau.*

VENDO, OR. Vendere, pro, Locare, sicut Emere, Redimere, pro, Conducere, veteres dicebant. Caius L. decima nona, De action. emt. & vend. Veteres in emtione, venditionéque, appellationibus promiscuè vtebantur, id est, in locatione, & conductione. *Tullius* 3. Verr. 142. Vbi illa consuetudo, in bonis, prædibus prædiisque, vendundis, omnium Consulum, Censorum, Quæstorum, vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuium periculum? *Commant obserue-on cete loüable coutume de tous les anciens Consuls, çanseurs, & Tresoriers, ez baux du domaine, & pris-faits des ouuriers du public, qu'an cas de quelque difficulté, les fermiers & pris-facteurs, qui ont obligé leurs cautions, & leurs biens, soient aduantagez sur tout autre nouueau venu?* Vendere bona, hoc loco, est, locare vectigalia, & opera publica redemtoribus. Vendere bona prædibus, ac prædiis, est, locare vectigalia, & opera redemtoribus, seu publicanis, populo cauentibus, fideiussione prædum, & satisdatione prædiorum suorum. *Açanser le domaine, & donner à tache les œuures du public, à des fermiers, qui repondent au public de leur maniemant, & par l'obligation de leurs cautions, & par l'hypotheque de leurs fonds,*

fonds, vt docet Tullius ibidem. Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur; ego me refectum esse dico: probatio futura est tua, qui locas, prædibus & prædiis populo cautum est. *I'ai obligé au public mes cautions, & tous mes biens, pour le prisfait, que i'ai pris de lui.* V. Emo, Redimo.

VENIA, placatus & beneuolus in quempiam animus. Tullius pro Font. 20. Cæteræ nationes, in bellis gerendis, ab Diis immortalibus pacem, & veniam petunt: istæ cum Diis bella gesserunt. *Supplient les Dieux, de leur accorder leur bien veillance.*

II Venia, facultas, & indulgentia liberioris alicuius dicti, factive. Bona tua venia, cum bona tua venia hoc dixerim, id fecerim. Huic dicto, huic facto sit venia. Tullius 3. leg. 34. Bona tua venia dixerim, frater, ista sententia fallit imperitos, & obest Reip. Tullius 1. De nat. 59. Cùm te audirem, acciderat, vt molestè ferrem, tantum ingenium, bona venia me audies, in tam leues, tam ineptas sententias incidisse. *Vous me permetrez de le dire. Ie le dirai franchemant, auec votre congé.*

III Præfantibus honorē sollemnes sunt hæ formulæ: Dixerim bona vestra venia, cum bona tua venia: Honos sit auribus audientium: Dicto sit venia. *On vse de telles premunitions, par excuse, quand on est cōtraint de dire parole peu hōnete.* V. Præfari honorē.

IV Venia, gratia, fauor. Tullius 1. De Orat. 98. Date nobis hanc veniam, vt ea, quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini. 6. Att. 1. Impetraui à Salaminiis, vt silerent: veniam illi quidem mihi dederunt, sed quid iis fiet, si huc Paullus venerit? *Ils m'ont accordé cete faueur.* Pro Archia 3. Quæso mihi detis hanc veniam, vt patiamini do studiis humanitatis me loqui paullò liberiùs.

V Venia, culpæ condonatio; quod notum est.

VENIO. Qui sit Lugduni, cum rectè dicer
Breui Romam veniam, venire contendam, pro, Ib
proficiscar: docent monumenta veterum: vulgo t
men eas loquendi formulas, vt minùs probas, d
fugiunt, quas Latini non declinarunt. Tull. 11. At
7. Nihil magis desideratur, quàm quòd in Africa
non ierim. Iudicio hoc sum vsus: non esse barbar
auxiliis fallacissimæ gentis Remp. defendendan
Non probant fortasse: multos enim viros bonos i
Africam venisse audio. 14. Att. 13. Proficiscor l
gatus in Græciam: sed casurus in vituperationen
quòd Reip. defuerim tam graui tempore. Senti
valdè esse vtile, ad confirmationem Ciceronis, m
illuc venire. 10. Fam. 1. Magni ad honorem nostru
interest, quàm primùm ad Vrbem me venire.

I Venire, pro, Ire, sicut rectum est: ita Ire, pro Venire, est probum. Ite mecum, pro, Venite mecum frequens est Historicis, in militari cohortatione a irruptionem. Liuius lib. 4. 83. Ferro via faciend hac, quà me prægressum videritis. Agite, qui visu ri domos, parentes, liberos, coniuges estis Ite me cum: non murus, nec vallum, sed armati armati obsistant: virtute pares, necessitate superiores estis Liuius lib. 7. 94. Agite dum, ite mecum, vt quibu locis præsidia ponant, quà pateat hinc exitus, exploremus. Varro lib. 5. de lingua Lat. Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc: Calpurni, voca in licium omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit, Omnes Quirites in licium visite huc ad iudices. Calpurnius dicit; Voca ad conuentionem omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit sic: Omnes Quirites, ite ad conuentionem huc ad iudices.

III Venire in suam tutelam, fieri sui iuris, suæ tutelæ, suæ spontis. Tullius de Clar. 194. Cùm probare

bare vellet Curium, qui ita hæres institutus esset, si pupillus esset antè mortuus, quàm in suam tutelam venisset: pupillo non nato hæredem esse non posse. Ibidem 196. Hoc voluisse, qui testamentum fecisset, quoquo modo filius non esset, qui in suam tutelam veniret, siue non natus, siue antè mortuus.

VEREOR, METVO, TIMEO vt, vt non, vt ne non, de eo dicimus, quod velimus fieri, sed timemus, ne non fiat. Contrà, vereor, timeo, metuo ne, dicimus de eo, quod nollemus contingere, sed metus est, ne contingat. Non vereor, vt ne non; non vereor, ne non; tum vsurpamus, cùm nulla nos euentus formido capit. Videris vereri, vt epistolas tuas acceperim. Att. Vereor, vt Dolabella ipse satis nobis prodesse possit. Epist. Et tamen vereor, vt hoc natura non patiatur. Tusc. Quod vos fœdus non iusseritis, vereor, vt satis firmum sit. contra Rull. Sed illa duo, Crasse, vereor, vt tibi possim concedere. de Or. Quod vereor, tibi ipsi vt probem. Att. Vereor, vt idem sit interitus animorum, & corporum. de Am. Metuo, vt eam non possim sustinere. pro Planc. Timeo, vt possim. pro Dom.

VERSVRAM facere dicitur, qui, vt creditori soluat, Nomen vertit, ab alio creditore mutuum sumit. Nihil est aliud, quàm mutare creditorem. Non modò magno, sed iniquissimo fenore versurã facere Aurelius coactus est. Att. A quibus versuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt. Pro Fon. Is negauit omninò versuram vllam fecisse Romę. Tuscul. Tabulæ societatis, quæ significabant, eos homines versuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. I. V. Quæ quidem ego, vel versura, solui volo. Attic. Non modò versura, sed etiam venditione, si modo res cogit, vindicabis. Attic. Vereor, ne illud, quod tecum permutaui, versura

sura mihi soluendum sit. Attic. Versuram scrib
esse faciendam mensium quinque. Attic.

VERTENS annus, est exiens annus, & ci
cuitum absoluens suum, atque conuersionem an
nuam. 13. Phil. 22. Apparuisse numen intra finer
anni vertentis. Cùm autem ad idem, vnde sem
profecta sunt, cuncta astra redierint, eamdémqu
cæli descriptionem longis interuallis retulerint
tum ille verè vertens annus appellari potest. d
Som. Scip. 17. Anno vertente sine controuersia. pr
Qu. 40. Mercurij stella, anno ferè vertente, signife
rum lustrat orbem. 2. de N. 54. Omnia conficien
vertentia tempora cursu. in Arat.

VERTO, Or. Vertere solum, mutare solum
exsilij causa, sponte exire patrio solo in exsilium
grauioris incommodi vitandi gratia. *De son bon gré
changer de païs, s'an aller an exil, pour euiter vn piré
inconueniant.* Tullius pro Cæcinna 100. Qui volunt
pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò
solum vertunt, hoc est, sedem, ac locum mutant.
Tullius pro Domo 78. Qui erant rerum capitalium
condemnati, non priùs hanc ciuitatem amittebant,
quàm erant in eam recepti, quò vertendi, hoc est,
mutandi soli, causa venerant.

II Vertere, pro, Verti, Conuerti, Transire in, eleganter, & sæpè scribunt Historici. Liuius 3. Aliquamdiu inter omnes æquatus terror fuit, paullatim totus vertere in plebem cœpit. *Toute la terreur tourne sur la populace.* Liuius 9. 114. Dimicatum prœlio vtrimque atroci, atque incerto euentu est; & cùm anceps cædes fuisset, aduersa tamen fama in Romanos vertit. *Quoi qu'il i an eut de tuez de part & d'autre, tout le bruit neantmoins du mauuais succez tourna au preiudice des Romains.*

III Vertere benè, fausti euentus: Vertere malè, infau

[f]usti est formula. Plautus *Persa*. Si malus,aut nequam est,malè res vertunt,quas agit. *Virgilius*,Hos [i]lli,quod nec benè vertat,mittimus hœdos.

[I]V Vertat benè, malè res. Deus rem benè, malè [v]ertat: formulæ sunt bona,aut mala precantis ali[qu]i. Terentius *Adelphis*. Viginti minis tu illam [e]misti, quæ res tibi vertat malè. Plautus *Aulula[r]ia*. Nunc quæ res tibi, & gnatæ tuæ benè,felici[t]erque vertat. Plautus *Curculione*. Deos volo benè [v]ortere istam rem vobis.

[V] Verti quidpiam in aliquo, alicubi, hoc est, [e]sse positum,constitutum, versari. Tullius 2. Verr. [1]o. Omnia in vnius potestate, ac moderatione [v]ertentur. Idem 8. Fam. 10. Quæcumque acciderint, intra hos fines vertentur. Idem 7. Verr. 131. Quòd supplicium,more maiorum,sumseris,securique percusseris,idcircò à me in crimẽ, & inuidiam [v]ocari. Non in supplicio crimen meum vertitur. *[M]on accusation ne consiste pas an la maniere, & qua[lit]é du supplice: mais an la cause, an ce que tu as [f]ait executer à mort des innoçans.* Idem 8. Att. 11. [Br]undusij omne certamen vertitur huius primi [te]mporis. *Le combat plus important de ces comman[cem]ens de guerre, se passe à Brindisi, consiste an ce, qui [se] fait à Brindisi.* Idem in Bruto 145. Ita contra [s]criptum pro bono & æquo dixit, vt hominem, in [i]ure,in quo illa causa vertebatur,paratissimum Qu. [S]cæuolam obrueret. *Il dit de telle sorte an vne cau[se], qui consistoit an vn point de Droit, qu'il accabla [d]e raisons Scæuola, homme merueilleusemant bien [v]ersé au Droit.*

VI VERTENS annus, Vertens mensis, Annus, mensis exiens, Clausula anni, mensis exeuntis, Extremus annus,cui opponitur, Annus iniens, Mensis iniens. Tullius de Somn. 17. Cùm ad idem,

vnde

vnde semel profecta sunt, cuncta astra redierin tum ille verè vertens annus appellari potest. Tul lius 2. de Nat. 54. Mercurij stella anno ferè vertec te signiferum lustrat orbem. 13. Phil. 22. Apparuit se numen Deorum intra finem anni vertentis. *Qu la puissance vangeresse des Dieux s'etoit fait recon noitre deuant l'année reuoluë.* Plautus *Persa.* Tu hanc emeris, numquam Hercle hunc mensem ve tentem seruibit tibi.

VII VERTENS fortuna, ex felici in infelicio rem declinans. Reuertens fortuna, ex minùs pro spera in prosperam se conuertens. Liuius 9. 45 Longa vita Cyrum olim, & magnum modò Pom peium, vertenti præbuit fortunæ. *Vne longue prospe rité les a exposez au reuers de fortune, au desastreu tour & changemant de fortune.*

VETO, Or. Veto, sollemne verbum in tercedentium, aut magistratui, aut rei cuipiam *Mot formel, exprimant l'autorité des Tribuns du peuple, & dont ils vsoient, antreuenans, & s'oppo sans à l'execution des commandemans du Magistrat ou superieur, ou egal.* Liuius 6. 88. Patres, nullo alio remedio, præter expertam multis certamini bus intercessionem, inuento, collegas aduersùs Tribunitias rogationes compararunt, qui ne recitari rogationes, nec sollemne quidquam a sciscendum fieri passi sunt. Tum Sextius, Trib pleb. Benè habet, quandoquidem tantùm in tercessionem pollere placet, faxo, ne iuuet vo ista, *Veto*, qua nunc concinentes collegas nostro auditis. *Ie ferai, que cete parole, Veto, de laquel le nos Collegues se seruent auiourd'hui contre nous an faueur des nobles, ne leur profite de rieh: car i m'an seruirai bien plus efficacemant contre eux, me mes, au premier iour.*

VIDEO

VIDEO, Or. Videro, videris, viderit, viderimus, viderint, selecti sunt loquendi modi, pro illis attritis vulgo, & incultis: Meum, tuum, ipsius est videre, si vis, si velit. *C'est à moi, c est à toi d'i panser, d'i prandre garde. Tu i panseras, ie m an rapporte, prens-i garde, qu'il i prenne garde, s il veut, &c* Tullius hoc idem sic interdum exprimit: Tuum, eius, eorum esto iudicium, quando, scilicet, illis verbis nihil aliud infertur, quàm iudicij ratio; sed aliquando etiam ipsa cura sollicitudóque rei iis implicatur. Quàm rectè id faciam, viderint sapientes. *Ie leur an laisse le iugemant. Qu'ils an iugent.* Sed de hoc tu videris. Att. Sed hoc fortuna videat, quoniam cōsilio vti non licet. Att. *Qu'elle an dispose à son plaisir, ie remets ceci au hazard de fortune.* Quid concupiscas, tu videris: quod cōcupiueris, certè habe. Phil.3.in Ant. *C'est à toi d'i pãser: ie t an laisse le souci.* Hac quoque loquendi forma significamus nondum nobis constitutum esse de aliqua re, suspensámque adhuc rationem consilij indicamus. Sed id quoque viderimus. Attic. Sed videro hoc posteriùs. pro Cœl. 33. *Ie verrai ci-apres ce que i'an dois faire. I'an prandrai aduis.* De hoc valdè videro. *I'i panserai à bon esciant.*

II Video, eleganter adhibetur, cùm rerum magni momenti sedulam alicui curam esse volumus, quas eius fidei, prudentiæ & diligentiæ committimus, earúmque rationem ab eo sumus exacturi. Huius verbi frequens erat vsus in Senatusconsult. cùm respublica Consulibus à Senatu commendabatur in graui aliquo discrimine. Decreuit Senatus, vt Consules viderent, ne quid Resp. detrimenti caperet. 1. in Catil. 4. Senatusconsult. Prætoribus, Tribunis plebis, & nobis, qui Proconsules sumus, negotium dedit, vt curaremus, ne quid Resp. detrimenti

menti caperet. l. 16. ep. 11. Iisdem quoque ve
conceptum Senatusconsultum erat. pro Milon.
& alibi. Sed ex aliis verbis, quibus eadem se
tusconsulta concepta exstant alibi, perspici
test, quæ vis subiecta esset verbo Videndi. N
verba hæc, commendo, permitto, & huiusmo
quæ adscribuntur, indicant, quanta rerum o
nium potestas fieret Consulibus, quantum fid
diligentiæ, ab eis requireretur in curanda Repub
ca. Consulibus totam Rempublicam commenda
dam censeo, iisque permittendum, vt Rempul
cam defendant, prouideántque, ne quid Resp. det
menti accipiat. 5. in Ant. 34. C. Mario, & L. Vale
Coss. Senatus Remp. defendendam dedit. 8. in A
Simili S.C. Caio Mario, & Val. Coss. permissa f
Resp. 1. in Catil. De ea re ita censuerunt, vt Co
sul Rempub. defenderet. 8. in Ant. Magistratib
iisdem, quibus in maximis periculis Resp. co
mendari solet. de Har. Sunt ad vrbem, ne quid c
trimenti Resp. capiat. libro 11. ep. 16. Quotie
cumque sit decretum, darent operam magistratu
ne quid Resp. detrimenti caperet. Sic plerun
que locuti Cæsar, Liu. Sallust, atque hic l. de be
Catil. sic expressit potestatem Consulibus facta
eo S. C. Ea potestas per senatum, more Roman
magistratui maxima permittitur, exercitum par
re, bellum gerere, coërcere omnibus modis socio
atque ciues: domi, militiæque imperium, atq
iudicium summum habere. Aliter, sine populi iuss
nulli earum rerum Consuli ius est. Et Cic. p
Mil. sic: Hoc Senatusconsulti versiculo armato
Consules semper fuisse, etiam nullis armis. Po
rò in rebus difficillimis, quarum causa, hæc pote
stas Consuli permittebatur, & in repentinis per
culis, Consul, cùm ciues ad arma vocaret, has vo

co

ces mittebat; Qui Remp. saluam esse vult, me sequatur: vt est apud Cic. pro Rab. perd. reo, & Corbel. In hac enim sic habet. At enim extremi, ac difficillimi temporis vocem illam, C. Cornel. Consulem mittere coëgisti, Qui Remp. saluam esse vellent. Sic Liu. sic Val. Max. & alij.

IV Vide, Videte, loquendi modus in liberiore cohortatione, ex auctoritate dicentis ortum ducens. Videte, num dubitandum vobis sit: & videte, ne, vt illis pulcherrimum fuit, tantam vobis Imperij gloriam relinquere: sic vobis turpissimum sit, illud tueri, & conseruare non posse. Frequentissimum hoc est Tullio in epistolis, vt, Vide, Videas etiam, atque etiam, &c. Est aliquando etiam stomachantis sermo huiusmodi.

V Videre multùm, plus, plurimùm, & huiusmodi locutiones, exprimunt præcipuam quamdam alicuius in aliqua re perspicienda sollertiam. Parum, nihil vidisse, contrario sensu dictum. Vno in homine, Q. Fusi, fateor, te vidisse plus quàm me. Ego P. Clodium arbitrabar perniciosum ciuem, sceleratũ, impium, audacem, &c. Tu contrà, sanctum, temperantem, innocentem, &c. Ironicè dicta sunt hæc. 8. in Ant. *Tu l'as conneu plus auant que moi, tu l'as penetré, tu as remarqué le bien, la suffisance, que ie n'ai sceu appercevoir.* In hoc vno te plurimùm vidisse, me multùm errasse concedo. ibidem. Item, Vidisse plus Ciceronem, se sperauisse meliora. *Que Ciceron auoit vraiemant veu plus clair és afaires, mieux iugé du succez, des euenemans d'iceux: mais que, &c.* Non mihi vt plus ipse prospiciam, quàm te videre, atque intelligere, mihi persuaserim? lib. 6. Fam. Ne, cùm audierit Antonius, me in hoc Senatu, & in concione confirmasse, numquam illum futurum in Senatus potestate refellendi mei

causa, vt ego nihil vidisse videar, vertat se, & Se[...]
tui pareat. 6. in Ant. *Pour me pouuoir conuaincre [...] n'auoir rien antandu an ce fait, n'i auoir veu gou[...] n'an auoir pas bien iugé.* Sed eò vidisti multùm quòd pręfinisti, quò ne pluris emerem. l. 7. Ep. 2. *[...] ce as-tu eté clair-voiant, & accort, que tu m'as d[...] terminé ce, que au plus, au dernier mot, tu an voul[...] donner. Tu m'as coté, iusques à quelle somme ie pou[...] roi faire mise pour toi à l'anchere, & non plus.* M[...] rium irridet, à quo mandatum acceperat, vt ip[...] quàm posset minimo, curaret emi prædium a[...] quod venale, quod ipsius Ciceronis erat aduent[...] tium, scilicet, ex recenti hæreditate. In quo prim[...] illa consolatio est, vidisse me plus, quàm cætero[...] cùm cupiebam quauis conditione pacem. l. 6. ep. [...] Vidisse mihi multùm videris. l. 7. ep. 28. Tu ips[...] qui & me, & alios prudentia vincis, omnia, cred[...] vidisti, nihil omninò te fefellit. l. 9. ep. 2. Pæan[...] qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrem[...] vidit parum. in Oratore.

VI Videre bona, mala, & cætera huius generis peculiari quadam dicitur ratione, pro experir[...] Vt enim ab oculis ad animum transfertur ho[...] verbum, ad ea exprimenda, quæ acutiùs, acriù[...] longiùs, certiùs cognoscimus, ita etiam ad reli[...] quos sensus referri sol[e]t, quorum cognitio, quò in experientia est posit[a], eò plerumque est certio[...] vt ideò videre bona, a[u]t mala dicamur, quibus ve[...] hemétiùs afficimur, quorum maior est sensus: qu[...] sensu, Videndi quoque verbum sæpè vsurpat sacr[...] Scriptura, amplioris significationis gratia. Qui[d] quid mali per hos annos Cluentius vidit, quic[...] quid hoc tempore habeat sollicitudinis, atque ne[...] gotij, id omne à matre est conflatum. Pro Clu. 169 *Tout le mal qu'il a anduré, santi, pati, experimant[...]*

Neque[...]

Nequeo vetera illa populi Romani, quanta fuerint gaudia, indicare, multas tamen iam summorum Imperatorum clarissimas victorias ætas nostra vidit, quarum nulla, neque tam diuturnam attulit lætitiam, nec tantam. pro Milone. En, qua ratione exponit per maximam lætitiam, quod videndi verbo proposuerat. Hîc autem agitur de cæso Clodio, quam victoriam clariss. appellat. Deinde: Mandate hoc memoriæ, Iudices, spero multa vos, liberósque vestros in Republ. bona esse visuros. In his singulis ita semper existimabitis, viuo P. Clodio, nihil horum vos visuros fuisse. Tum in spem maximam, & verissimam adducti sumus, hunc ipsum annum, hoc summo viro consule, legibus, & iudiciis constitutis, salutarem ciuitati fore. Expende, vt, quod anteà nomine gaudij, & lætitiæ expressit, hîc salutare ciuitati appellet. Id autem totum videndi verbo complexus sit. Multa occurrunt sæpè huiusmodi apud Tullium.

VII Videre alicui aliquid, pro, parare, curare. Antecesserat Statius, vt prandium nobis videret. Att. l. 5. ep. 1. *S'etoit mis au deuant, pour pourvoir à notre dine.* Quare talaria videamus, quiduis enim potiùs, quàm arma. Att. l. 14. ep. 23. Iocus est in metu, & comparatione ad fugam. *Apprestons des ailes à nos piés, disposons-nous à la fuite.*

¶ VIII Quæ oculis ipsis vsurpassent Romani, & apertissimè vidissent, numquam tamen asserebant se vidisse, cùm pro testimonio dicerent, sed se arbitrari, sic habere. Credo hæc eadem Induciomarum timuisse, ac cogitasse: qui primum illud verbum consideratissimum nostræ consuetudinis, *Arbitror*, quo nos etiam tunc vtimur, cùm ea dicimus iurati, quæ comperta habemus,

quæ ipsi vidimus: ex toto testimonio suo sustuli atque omnia se scire dixit. *Tullius* pro Fontei decima nona. Qui testimonium diceret, vt *arbitrari* se, etiam, quod vidisset, quæque iurati iudices cognouissent, vt ea, non esse facta, sed vt videri, pronunciarent. *Tullius*, quarto Academ. sec centes. quadrag. septima.

VIDEOR. Latinæ, ac vernaculæ linguæ dissimillima in multis ratio facit, vt Tirones hæreant in huius verbi vsu, velut in salebra, quoties è patrio sermone vertendum est aliquid in Latinum. Quoniã enim dicimus, *Il me famble, que ie suis, qu'i'ai, que tu es, que tu as, qu'il est, qu'il a, &c.* Ideo pueri eisdem vestigiis incedentes, verbúmque reddentes verbo, sic loquuntur; mihi videtur, quòd ego sum, quòd ego habeo, tu es, tu habes, &c. Qui si doceantur accipere illa vernacula eodem modo atque si dictum esset, *ie me famble etre, &c.* fortè faciliùs se tandem expedient illis verborum maximis, pro eo captu, difficultatibus; vtentúrque appositè hoc verbo, omnium, quæ in lingua Latina sunt, latè patente, commodo ad res quasvis explicandas, quóque nullum frequentiùs adhibet Tullius. Atque etiam hoc mihi videor videre, esse quosdam. de Inu. Obiurgaui Senatum, vt mihi visus sum, summa cum auctoritate. Att. Videor mihi videre hanc vrbem concidentem. in Catil. V mihi videbar. Attic. Vt speciem aliquam viderer videre, quasi reuiuiscentis Reip. Ep. Si quid est in me, quod iam sperare videor. 2. de Orat. Si videris tibi me posse consequi. Att. Si videtur sapere, prudens, rem consecutus, &c. Manet quodammodo ducendi pueri, vt iis vestigiis Tullium consecuti, cum eo discant vsum verbi dicántque, Mihi, tibi, illi videor, pro his, videtur mihi,

mihi, quòd ego, quòd tu, quòd ille. Sic videris mihi, tibi, illi. Hic, iste, ille videtur mihi, tibi, sibi, illi, aliis, esse prudens, doctus. Hæc non piget Tironibus numerare, veniam dabunt prouectiores.

II Videtur, visum est, &c. impersonale, vt vocant, sæpè vsurpatur à Tullio, eo sensu, quo vulgus dicit, Bonum mihi, aut tibi, aut illi visum est. *Il a samblé bon, on a eté d'aduis, &c.* Ferè eodem modo, quo adhibetur ab eodem Tullio, Placet, Placuit, Placitum est: quantum Placet, angustiùs patet, voluntatémque ferè indicat tantùm: videtur autem, prætereà consilium, iudiciúmque exprimit, vt in istis: Sicut mihi videtur, quantum iudicare possum. 2. de Orat. 57. *Selon mon aduis, à mon iugemant.* Hortos quoniam hodie eras inspecturus, quid tibi visum sit, cras, scilicet. Att. 13. epist. 28. *Ce que tu as iugé, ce que t'an a samblé.* Nunc autem mihi visum est de senectute aliquid ad te scribere. de Senect. 2. *Il m'a samblé bon de, &c.* Vero de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. Attic. 18. epist. 27. *Ce que tu treuueras le meilleur. Ce que tu iugeras plus expediant.*

III Hoc eodem sensu Cicero frequenter vsurpat hanc locutionem. Quod commodum est. Vt filiis bona patria eriperes, &, cui tibi commodum esset, condonares. 3. Verr. 113. *Que tu an fisses largesse, à qui bon te sambleroit.* Quod frequens est in Verrinis, vt, Rogat Rubrium, vt, quos ei commodum sit, inuitet: locum sibi soli, si videatur, relinquat. Vides, vt copulet vtramque locutionem eiusdem potestatis. De capite, quantum commodum fuerit, frumenti decumani detraxerit.

IV Videri admissum, factum, non autem scire se admissum, factum quidpiam, religiosè dicebant, pro

testimonio, veteres Romani. Quam rationem com probat maiorum nostrorum diligentia, qui pri mùm iurare, ex animi sui sententia, quemque vo luerunt: deinde, ita teneri, si sciens falleret; quò inscientia multa versaretur in vita: tum, qui te stimonium diceret, vt, arbitrari se, diceret, etian quod ipse vidisset: quæque iurati iudices cogno uissent, vt ea, non esse facta, sed vt, videri facta pronunciarent. *Tullius*, quarto Acad. centes. qua drag. sept.

VINDICATIO, VINDICIA. Vin dicatio est Vindiciæ postulatio, & simul inter dum earum impetratio, sicut Vindicare est Vindi cias postulare, easdémque aliquando obtinere. Vindiciæ sunt simul possessio rei litigiosæ, dum d lite cognoscitur, simul interdum res ipsa posses Liuius l. 1.33. Vindicias secundùm libertatem po stulantibus non cederet. *Qu'il ne consantit à l'in stance, que faisoit partie aduerse, d'etre mise an pos session de la chose litigieuse, pandant le procez, du rant la litispandance.* Ibidem 136. Vindicias de lege ab ipso lata, & secundùm libertatem. *Qu'il ad iuge la possession, dont est question. Qu'il saisisse le parans de leur fille, qu'ils soutiennent etre de franch condition. Qu'il la consigne antre leurs mains, tandi que l'on debatra la condition de sa personne.* ibiden 145. Vindicias dare te secundùm seruitutem. Hoc est, Appium decernere possessionem Virgini Claudio, liberto suo, eam manu asserenti, eam vin dicanti in seruitutem. Vindicias petere, poscere postulare. *Requerir d'etre mis an possession de la cho se litigieuse, pandant la connoissance de cause.* Ad dicere, dicere, dare vindicias. *Adiuger telle posses sion, ou recreance.* Abdicere, abiudicare vindicias *An debouter, qui les demande.* Cedere petenti vindi

vindicias. *Consantir : aquiescer, qu'elle soit adiugée.*

VINDICO, rectum est : VENDICO, prauo usu inductum. Vindicabat, qui manum afferebat, seu iniiciebat, vt prehenderet, quod suum esse diceret : seu, qui, simulata vi adhibita, & consertis cum aduersario manibus, in iure quidpiam suum esse aiebat, seu hominem, seu fundum &c. quod qui faceret, vindicias petere, postulare, dictus est, atque harum vindiciarum postulatio, est appellata vindicatio. Inde hæ loquendi formulæ, vindicare in libertatem, in seruitutem, & eiusmodi pleræque, de quibus, cùm tempus dabitur, dicemus, quod satis sit. Téque idem ab eo vindico, & libero. Qu. Frat. 3. ep. 1. Dubitabitis, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum ciuẽ vindicetis? pro Flac. *Que vous ne le deuiés deliurer de ses mains?* An seruos, suppliciorum metu, dominorum benignitas vna vindicta liberat : nos à mortis terrore, neque res gestæ, neque nostri homines vindicabunt? pro Rab. perd. 16. Illum felicitas ipsius ab omnibus miseriis, morte vindicauit. de Cla. *La mort l'a affranchi de maux.* Magnitudo doloris, à qua me breuitas temporis vindicabit. Tusc. Sapientia, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore vindicet. de Fin. Laudem aliquorum iam propè senescentem ab obliuione hominum, atque à silentio vindicare. de Or. Senectutem à solitudine vindicari, iuris ciuilis scientia. de Orat. Vt ista ab solitudine domum meam vindicarem. Pecunia, quæ nos posset à tributis vindicare. in A. C. Carbo morte voluntaria se à seueritate iudicum vindicauit. de Clar. *Il s'an est deliuré.* Te innocentia tua, & misericordia hominum vindicat hoc tempore à molestia. Qu. F.

VIVO. Viuere in diem, in horam, nulla fu-
 turi

turi sollicitudine teneri. *Viure du iour à la iourné*
Cum latronibus, non solùm die, sed etiam in die
viuere. in A. At hi, qui in horam viuunt, non mod
de fortunis, & de bonis ciuium, sed ne quidem d
vtilitate sua cogitauerunt. in A. Non in diem viu
mus, quodcumque nostros animos probabilitat
percussit, id dicimus. Tuscul.

11 Vitæ iucunditatem interdum notamus ho
verbo. Quòd me cohortaris ad laborem, faciar
equidem: sed quando viuemus? Qu. Frat. lib.
epist. *Quand aurons-nous vn peu de contantemant*
Quand nous pourrons nous reiouïr à bon escian
Cum Pansa vixi. Attic. l. 14. Epist. 20. Rosiæ vi
xi cum Axio. l. 4. Epist. 15. Nunc, cùm ita sim
affecti, vt non possimus planè viuere (intellig
enim, in quo maximè posita sit συμβιώσις.) Att. l. 1
Epist. 83. Viuere, id est, iucundè viuere. Illa quo
que notanda, viuere vitam, viuere de lucro, sat
diu naturæ vixisse, & gloriæ: honestè, id est, cum
virtute viuere, &c.

VLCISCOR me, te, illum, est, vindico illa
tam nobis iniuriam. Vlciscor iniuriæ auctorem
ipsam iniuriam, est, pœnam sumo, pœna afficio
Me vlcisci parentem negant oportuisse. ad Heren
Odi hominem, & odero, vtinam vlcisci potuissem
sed illum vlciscentur mores sui. Att. *Ce lui sera*
assés suffisant chatimant, d'etre vicieux, son pech
portera sa peine quant & soi. Vt per alium, teipsum
vlciscantur, laborant. I. V. Quæ equidem omni-
bus sententiis vlciscor, & persequor. Att. *Ie les*
poursui à toute reste, an plein conseil, opinant contre
eux fort franchemant, & viuemant.

VOCO. Vocare Senatum. *Conuoquer le Senat,*
le Conseil d'Etat, le faire assambler, an qualité de
Consul, ou d'autre magistrat, aiant droit de ce fai-
re.

n. Vocare populum. *Conuoquer l'assamblée genera-le du peuple, comme aiant autorité de ce faire.* Adesse iubere, pro eodem sumitur. Varro lib. 5. lat. ling. Præconi sic imperato, vt viros vocet. Quod bonum, felix, fortunatúmque fiet, omnes Quirites, pedites, armates, priuatósque curato-res omnium tribuum, voca inlicium huc ad me. Præco in templis primùm vocat: posteà de muris item vocat. Ibidem Varro. Voca inlicium omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit sic: omnes Quirites inlicium visite huc ad Iudices. Visite inlicium. *Allés à l'assamblée voir ce, que lon veut de vous.* Liuius lib. 3. 115. Plebs, quia priuatis ius non esset vocandi Senatum, non conuenire Patres interpretabatur. *Le peuple estimoit ce, que le Senat ne s'assambloit plus an cors, etre arriué, d'autant que les Deçamuirs n'auoient plus l'autorité de le con-uoquer, aians eté faits hommes priués, & sans char-ge, dés l'année expirée du Deçamuirat.* Ibidem 116. Si se plebs comitem Senatui dét, & quemadmo-dum Patres vocati non coëant in Senatum, sic plebs abnuat delectum, iam caput fieri libertatem repetentium. Ibidem 116. Postquàm citati Pa-tres non conueniebant, dimissi circa domos appa-ritores, simul ad capienda pignora, sciscitandúm-que, num consultò detrectarent: referunt Senatum in agris esse. *Les huissiers & sergeans anuoiés chez les Senateurs, pour saisir & gager les meubles de ceux, qui ne se treuueroient au Conseil, rapporterent, que tous les Senateurs etoient aux chams.* Vocandi, voca-tionis ius habere. *Auoir droit & autorité de mander, de conuoquer les assamblées publiques du Conseil, du peuple, des etats, & d'appeller auec commandemant les particuliers par deuers soi.*

11 Vocare ad arma. *Commander au peuple, de se*

 metre

metre an armes. Tullius pro Rab. perd. 21. Cùm ad arma Consules ex Senatusconsulto vocauissen, cùm armatus Æmilius, Princeps Senatus, in comtio constitisset. *Lors que par arret du Conseil d'Etat, les Consuls publierent vn edit, que tout le monde print les armes.* Vocabat item ad arma, in subita hostium irruptione, vigil & excubitor, cùm militem his vocibus excitabat, ad arma, ad arma. *Lors qu'il crioit à l'arme, à l'arme. Aux armes, aux armes, lors qu'il bailloit l'alarme.* Ciere, conclamare ad arma pro eodem vsurpatum. Liuius libro 5. 118. Manlius armis arreptis, simul ad arma cæteros ciens, vadit, & Gallum, qui iam in summo constiterat, vmbone deturbat. Liuius lib. 8. 104. Romæ, cùm concursatum, conclamatúmque ad arma omnibus locis esset, prima luce, nec auctor, nec caussa terroris comparuit.

111 Vocare ad cœnam, ad prandia. *Inuiter à manger auec soi.* 6. Attic. 3. Hortensium filium vocaui ad cœnam, quo die venit, & eiusdem patris caussa, nihil ampliùs. Vocatio, præcisè sumta vox à Poëtis, est inuitatio ad mensam. Catullus epig. 44 Vos conuiuia lauta sumtuosè de die facitis: mei sodales quærunt in triuio vocationes. *Ils vont epiant par les carrefours, qui les pourra inuiter. Ils cherchent des franches lipées.* Vocator, *qui semond à manger, qui a charge de semondre.* Plinius lib. 35. cap. 10. Indignanti Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti, vt diceret, à quo eorum inuitatus esset. *Lui faisant voir la troupe de ses mandeurs, de ses conuieurs.*

VOLO. Velle alicuius causa, aut alicui, dicebant Latini, cùm fauorem, & beneuolentiam alicuius erga aliquem significarent. Sicut Cupere, Debere alicuius causa, alicui, aliquid, omnia, valdè, &c.

Etre

Etre affectionné, auoir obligation à quelcun. Velle alicuius causa. Ep. Volo ipsorum causa. in V. Velle omnia causa alicuius. Att. Si vellent nostra causa. Att. Omnium causa velle debeo. Ep.&, Illud perficies, quo minùs tua causa velim. Si quid nostra causa vis. Ep. Sed planè volo his magistratibus, quorum voluntatem in supplicatione sum expertus. Att. Varro eius causa vult omnia. Ep. Ipsius causa vehementer omnia velle. Ep. Valdè eius causa volo. Ep. Regis causa, si qui sunt, qui velint. Epist. Nolo alicui, alicuius causa, contrario sensu. Tullius 1. Ep. 1. In eam opinionem, rem adduxerunt, vt Pompeius cupere videatur: cui qui nolunt, iidem tibi non sunt amici.

II Volo, eodem sensu, atque Iubeo, ponere solet Tull. cùm spem facit alicuius rei alicui. Volo vos benè sperare. l. 12. Volo omnes de me benè sperare. ep. l. 10.

III Est etiam benè precantis, & fausta cupientis alicui. Eam rem tibi volo, benè & feliciter euenire. l. 12. ep. 19. Tibi velim, ij sint exitus, quos mereris, quos fore confido. ep. 1. l. 1. Aliis quoque verbis idem expressit, vt, Sempiternæ laudi tibi sit iste Tribunatus, exopto. lib. 2. Epist. 7. V. Fortuno.

IV Velle debere alicui aliquid. Tullius liberalitatem quamdam, atque nobilitatem animi ponit in eo, vt velit iis, quibus magnis obstrictus sit beneficiis, prætereà maioribus obligari, quod qui recusant, quia referri à se gratiam posse non confidunt, ea nobilitate animi carere censet. Graue est, inquit, homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo, de quo se benè meritum putet: ne id, quod petat, exigere magis, quàm rogare, & in mercedis potiùs, quàm beneficij loco numerare

videatur, &c. Sed quia eſt animi ingenui,cui multùm debeas,eidem plurimùm velle debere:non dubitaui, id à te petere, quod omnium eſſet maximum:neque enim ſum veritus, ne ſuſtinere tua in me,vel innumerabilia beneficia,non poſſem: cùm præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam tantam, quam non, vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando, cumulandóque illuſtrare poſſit. l. 2. ep. 6. locum integrum adſcripſi, quia maximè illuſtris eſt.Debere non poſſe alicui, dicit Cicero,ſingulari quodam modo loquendi. Vide in Debeo.

v Volo, ſicut cogito, profectionem ad locum, & ſtatum in loco, eleganter exprimit,diminuta oratione,ſuppreſſis,ſcilicet,verbis,ire, proficiſci, eſſe, manere,ac huiuſmodi aliis. 9. Att. 1. Lepidus cras cogitabat, nos in Formiano morabamur: deinde Arpinum volebamus: inde iter, quà maximè ἀνεπάντητον eſſet,ad mare ſuperum. *Lepidus faiſoit ſon conte de partir le landemain: nous arretions ancores à notre metairie de Formie: & de là nous voulions paſſer à Arpine,& puis prandre le chemin moins ſuiet aux rancontres,vers la mer Adriatique.* 9. Att.7. Rhodum volo puerorum cauſa. *Ie deſtine ma retraite par Rhodes, pour l'aſſeurance & paix de mes anfans.*

vi Vellem,vt velles; vellem,quæ velles; velim, vt velles: in conſolandis amicis dixerunt veteres, vt ſignificarent,cupere ſe,omnia illis cedere ex animi ſententia.Plautus Moſtellaria act.3.ſcena 2.Tr. Me miſerum!occidi, quia venit nauis,noſtræ naui,quæ frangat ratem.S.Velim,vt velles,Tranio, ſed quid eſt negotij?Tr. Herus peregrè venit. *Ie ſuis marri de ton mal,ie voudroi, qu'il t'arriuat,ſelon que tu deſires.*Seneca lib.10.epiſt. 68. Adſpice M.Catonem, ſacro

sacro illi pectori purissimas manus admouentem. Vtrùm illi tandem dicturus es, vellem, quæ velles; &, molestè fero.

VSVCAPIO, pis. Ea vsucapimus, quorum auctoritas, & dominij ius, ipso vsu, & possessione nobis acquiritur; rerum, scilicet, mouentium, anno, & continenti vsu; non mouentium, vsu biennij: quam dominij adeptionem, veteres vsucapionem vocarunt. Tullius de Harusp. 32. Hoc, si minùs Iure Ciuili perspectum est, lege tamen naturæ, & communi iure gentium est sancitum, vt nihil mortales à diis immortalibus vsucapere possint. *Selon la loi de nature, & le droit des geans, les hommes ne peuuent aquerir aucun titre de proprieté, par voie de paisible possession, tant longue soit-elle, sur ce, qui a eté vne fois consacré aux Dieux.* 1. Att. 4. Te scripsisse, nihil esse iam, quòd laboraret, quoniam hæreditas vsucapta esset. Id mirabamur, te ignorare de tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vsucapi posse. *Nous nous etonnions, que tu ignorasses, que des biens d'vn pupil, qui est sous tutele, la proprieté ne peut etre aquise par le titre de la seule possession paisible.*

II VSVCAPIO, onis. Adeptio dominij, continenti possessione vnius anni in mouentibus rebus, biennij in non mouentibus, vsucapionis nomine apud Romanos designabatur. *L'vsucapion, chez les Romains, est l'aquisition du droit de proprieté sur les biens meubles, an vertu de la possession paisible, & de bonne foi, durant vn an; & sur les immeubles, durant deux ans.* Tullius Top. 27. Non esse ea dico, quæ tangi, demonstrarive non possunt, vt si vsucapionem, si tutelam definias; quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædam conformatio insignita, impressáque intelligentiæ.

L'vsu

